rationez carnis:sicut ⁊ dñs noster ait. Mõ est deus mortuoz sed viuez. Sed modo perpendãt illi qui caussant ignorantiam litere ⁊ discãt hoc ipsum esse aliqñ ad sapiẽtiam:q; aliqua deo volente ignorantur a nobis:qñ qdẽ ex abysso ne sciẽtie huius: tanta sapientie ⁊ scientie fluẽta manãt:sciantq; verã esse sniam p̃lmiste qua dicit. Sicut tenebre eius ita ⁊ lumen eius. Bonum est ergo aliqd nescire secundum superficiem litere que occidit:vt statuatur spiritalis qui viuit ⁊ viuificat itellectus. Qui vz:itellectus spiritalis:sicut spũs sanctus simplex est in substãtia opulẽs in donis:sicut inq̃z ipse vnus ⁊ idez:sed plures sunt diuisiones gratiarũ ipsius:ita ⁊ ipse vnus est:sed tñ spẽs eius multe. Generales tamen differentie ipsius que procedunt ex vno fonte litere quatuor sunt. Typita hystorica: moralis:⁊ allegorica:typica diuiditur in septez spẽs sub ipso vno noie velut in fasciculo colligatas. Allegorica diuiditur in tres hoc est in tropologicã:cõtẽplatiuam ⁊ anagogicam. Sunt enim q̃dq; intelligẽtie generales que ꝓprijs nominibus distinguñt. Septez spales. Prima quinq; intelligẽtiarum:dicitur hystorica. Scda moralis. Tertia tropologica. Quarta cõtemplatiua. Quinta anagogica. Hystorica intelligentia est similitudo rei visibilis ad inuisibilẽ:vt est aliqua virgo xpi: designata in libera:aliqua cõiugata:in ancilla. Moralis itelligẽta est similitudo rei visibilis ad inuisibilẽ secundũ partem vt alicubi:siue secũdum totum vt est in ancilla significari carnem que genuit in seruitute:in libera mentem:si tñ libera:que otio spiritali ⁊ quiete letat. Tropologica intelligẽtia est que ptinet ad doctrinam: vt est in ancilla significari literam:in libera Intelligẽtiã spiritalẽ. Cõtemplatiua intelligẽtia est q̃ pertinet ꝓprie ad dona spiritus sancti:vt est in ancilla significari vitam actuam:in libera contẽplatiuã: siue in ancilla timorem seruilem:in libera gratiam spiritus sancti: que est charitas dei ⁊ proximi:q; in illa seruitus est: in ista li-

Mat.b. 22.

ps.138.

2.cor.3.

Ga.4.

bertas. Anagogica intelligentia est que p tinet ad supernam patriam: siue aliquando ad ipsum deum: vt est in ancilla significari terrenam patriam: in libera illam que sursum est hierusalem que est mater nostra. Dicta est autem hystorica intelligentia: eo q̃ non longe sit ab hystoria: sed omnino prope ipsam ⁊ secundum ipsam gradiatur. Dicta est moralis q̃ mores cõponit. Dicta est tropologica: q̃ complectitur modos eloquiorum dei. Tropos enim grece latine modus: logos. i sermo. Inde tropologica: q̃ modus sermonum dei complectitur ⁊ discernit. Dicta est cõ
2.cor.4. templatiua: q̃ facit contemplari inuisibilia dei: dicente apostolo. Contemplantibus nobis: non ea que videntur: sed que non videntur. Dicta est anagogica eo q̃ superior ceteris sit agẽs de ipso deo: vel de ip'a superna patria: in qua qui predestinati sunt ad vitã: cessantibus vniuersis exercitijs istis: sine fine ⁊ defectu: in gete manebunt. Septem vere intelligentie typice: ad diuersos mundi status referẽde sũt de quibus in secundo libro psalterij decez cordarum: sicut ⁊ de quinq̃ prescriptis: sufficienter diximus: ostẽdentes quid cõueniat tribus primis: quid tribus sequentibus: ⁊ quid vltime: ⁊ quid magis est necessariuz: quare hoc: vel illud aut que vtilitas. Nec de diuersitate mysteriorum summatim ⁊ breuiter dicta sunt: nequis putet esse contrarium quod apparet diuersum: q̃ nequaq̃ veritas mysterijs: sed veritati mysteria subiecta sunt. nec curandum est de diuersitate viarum: dũmodo diuerse vie ad vnã pueniant ciuitatem.

¶ Explicit liber primus dictus introductorius. Ad septem sequentes.

¶ Incipit prima septem partiuz in expositione apocalipsis. Cap. primũ.

Tex.1 ¶ Apocalypsis iesu xpi quam dedit illi deus palam facere seruis suis que oportet fieri cito.

Uia profunda libri huius itinera velut ex alta montis specula contẽplari volẽtes: aliquã tuz in exordio moraz fecimus: libet prospera comitante nos aura leuatis in altuz velis: adiacẽtia queq̃ litori pertransire velocius: vt cum per alta huius operis maria nauigare ceperimus: equanimiter ferre possimus: si caute: vbi non est fatigationem vitamus. Apocalipsis (inqt) iesu xpi quã dedit illi deus palaz facere seruis suis. Quotienscũq̃ xps iesus aliqd a patre ex tpe accepisse: aliqd in forma serui peregisse narrat: alliusmox apostolici memorari debemus: q̃ cum in forma dei esset: nõ rapinã arbitratus est esse Phi.2
se equalẽ deo: sed semetipm exinaniuit formam serui accipiens: factus ⁊ habitu inuentus vt homo. In qua vz: serui forma: scõm q̃ homo est: non scõm q̃ deus accedisse a patre apocalipsim describit reuelationẽ. i. mysteriorz dei: sic. n. latine interp̃tat: q̃ nisi dei filius hõ fieret nascẽdo: vitulus in patibulo moriendo. Leo ex mortuis resurgendo. Aquila ad superos ascendendo: ea que de ipius natiuitate: passione: resurrectione: nec non ⁊ in celũ ascensione: seu etiã de aduẽtu spũs scti: scripta sunt reuelari nequirẽt. Nõ solũ aũt illa sz ⁊ cuncta sctõrz opa vel agones que pphete p̃dixerãt: tanq̃z q̃ nõ essent patefieri nõ possent. Reuelatio ergo xpi: opus est veritatis: q̃ que ipse facturus erat in plenitudine tẽporis: inspirati diuinitus p̃dixere pphete: ⁊ que illi obscuris verbis significauerãt: xps exercẽdo potius q̃z loquẽdo reuelat. Dedit ergo hanc pater filio reuelationẽ futurorz: cũ eũ incarnari: mori ⁊ resurgere fecit a mortuis: ac in assumpte mortalitatis nre substãtia: in sua illũ dextera collocauit: ⁊ cũ spũm sctũz apostolis in noie eius misit ⁊ compleuit per eum ⁊

complet oia que autem a pphetis p̃dicta sunt: aut in patrũ operibus p̃signata. Et bene addidit. Quã dedit illi deus palam facere seruis suis que opz fieri cito: q̃ circa horã nouissimã xps venit' in mũdum. Nõ tũc aũt facta est palam reuelatio ista: qñ sctõ ioanni ostensa est: nec qñ inchoata est in resurrectione dñica: sed magis in ecclesia tẽpore sexto cuius initia iam tenemus cũ: vz: in manu illius angeli q̃ visus est de celo descẽdere liber q̃ aliqñ clausus erat demõstratur aptus. Sz qbus hec reuelatio fieri p̃mittit? Nũ filys huius mũdi? qbus in typo hierusalez dñs dicit. In
Lu.19. hac die tua q̃ad pacẽ tibi: nũc aũt abscondita sunt ab oculis tuis? Num occultãtibus margaritas ⁊ disrũpentibus offerentes illas? Minime. Non inq̃z illis: sed serDa.13 uis suis: nõ illis: sed qbus ipse iaz dixerat. Vobis datuz est nosse mysteria regni dei: ceteris aũt in parabolis: vt videntes non videãt: ⁊ audiẽtes nõ intelligãt. Sic ergo nõ oibus qui audire videnẽ verbũ dei: sz tm̃ electis suis sacroz mysteriorz patefacit archana: q̃ alij audiunt ad iudiciũ vt excusationẽ nõ habeãt: alij audiũt ad salutem: vt audientes credãt: ⁊ credẽtes: operenẽ qõ bonũ est: ⁊ opantes vitã eternam consequanẽ: sequitur.

Tex.2 ¶ Et significauit mittens angelum suum seruo suo ioanni qui testimoniũ perhibuit uerbo dei & testimonium iesu christi que cunq̃z uidit.

Notandum vero q̃ in hoc libro vix aut numq̃z nomẽ angeli simpliciter introducit: vt nõ mystice angeli noie: aut sctũs aliquis: aut ordo: aut aliqd ad rẽ ptinẽs designẽt. Usus est. n. scripturaruz scãrum vt hoies
Ma.11 missi diuinitus: angeli nominent: sicut io
Mal.3 annes baptista de quo ⁊ dr. Ecce ego mitto angelũ meũ: ⁊ helyas pphetа in cuius pũ dei filiũ p̃cessit ioanes: ⁊ ipse precurrurus est in fine: vt cõuertat corda patruz ad filios anteq̃z veniat dies dñi magnus. Mal.4
Nõ solum isti qui tanti sunt culminis vt Lu.1.
inter natos mulierũ nõ credant aliquos habere maiores: sed ⁊ ipsi altaris ministri angeli dei dicti sunt: ppheta attestante q̃ ait. Labra sacerdotis custodiũt sciam: ⁊ le Mal.2
gem requirũt ex ore eius: q̃ angelus dñi exercituũ est. Angelus ergo in hoc loco: doctores spũales ⁊ celestia sacramẽta nuntiantes designat. Quin immo spiritum dei viui qui loquitur sua verba in illis. Sanctus vero ioanes ordinem cõtemplãtiuz cui datũ est: vt iã meminimus: nosse mysteria verbi dei. Angelus ergo ioanni loquit: vt ioanes ceteris audita cõscribat q̃ quod pfectis discipulis doctores spiritales idicãt: vel certe ipe p se auctor spũs ifũdẽdo infundit: hoc plecti discipuli exhibent fideliũ turmis: nimirũ q̃ ⁊ spũs sanctus magister ẽ spiritaliũ virorz: ⁊ ipi spiritales viri eorz qui p donum ipsius spũs verba spiritalia intelligere querũt. Recte aũt in typo doctorz de ioane subiũgitur. Qui testimoniũ perhibuit verbo dei ⁊ testimoniũ iesu xpi quecũq̃z vidit. Dum. n. Apo.1.
discipuli veritatis p̃dicant hoibus verba vite: testimoniuz phibẽt verbo dei. i. filio q̃ ipse sicut deus verus ex deo vero ante secula genitus: ⁊ testimonium iesu xpi: q̃ ipse sit verus homo de matre virgine in tempore natus. Qui testimoniũ inquit p hibuit verbo dei ⁊ testimoniũ iesu xpi q̃cunq̃z vidit. Qui nesciẽs testimonium phibet aut fallidicus est: aũt adulator. Tales aũt testes non approbat: sed reprobat deus: q̃ qui id qõ se nescire: scit loquit: testem cõtra se cõscizq̃ prouocat: etiã si verũ sit id quod dicit. Odibilis est enim nesciẽti: cum ceteris audire testez q̃z testimoniũ phibere: cum vocatus non sit: ne si esse discipulus veritatis refugit: ad detrimẽtuz sue aie: magister erroris fiat. Non ergo discipuli veritatis super his que ipsi nesciũt testimoniuz dicunt: sed q̃ vel legendo vel audiendo ab ore spũ alium virorz qui sibi hec annuntiãt: reuerenter adduscunt: vel certe q̃ accipiũt ab ipso spũ qui spirat vbi

vult: z diuidit de suo singulis prout libet.
Luc.11 Beati autē sunt z ipsi: z qui vel ipsis docentibus audiunt verbuz dei z custodiūt illud. Unde z hic subditur.

Tex.3 ¶Beatus qui legit & qui audit uerba pphetie huius & seruat ea que in ea scripta sunt: tempus enim prope est.

Lectio ad literatos ptinet: ad idiotas auditus: siue ergo q audit: siue qui legit verba p:phetie huius: in hoc se beatuz esse gaudeat: in hoc se putet esse felicē: si seruat ea que in ea scripta sunt. Siquis.n. iuxta iacobi sniam: auditor verbi est z non factor: hic cōparabitur viro cōsiderāti vultū natiuitatis sue i speculo. Prophetia vero: liber iste: nō mdoo
Jaco.1. spāliter sicut alij quidaz: verūetiā generaliter: dictus est: q; q̄ larga pphetarum volumina sparsim z pfuse protulerunt: in sūma libri huius pphetie spūs coarctauit: secundum qp Isaias pphetaruz egregius
Isa.10. Ro.9. in sui operis vaticinio memoratus est dicens. Uerbū breuiatum faciet dñs super terram. In preceptorum vero obseruatione: multum impedire solet premioz dilatio. Me ergo diuturnitate vite huius obseruatoz languesceret: ad tātam hic ioannes beatitudiné exhortat cū dicit. Btūs
Apo.1. qui legit z q audit verba pphetie huius
1.cor.10 z seruat ea q̄ in ea scripta sunt: tēpus.n. p pe est. De hac breuitate tēporis paulus dicit. Nos sumus in quos fines seculoz deuenerūt: z ioānes ipse cuius est liber iste.
1.Jo.1. Sicut audistis: inquit: q; antixps venit: nūc antixpi multi facti sūt: vñ scimus q; nouissima hora est. Ex hoc idcirco dicit ioānes: vt quo magis appropiat dies vltimus: eo magis pseudo xpos z pseudo pphetas crebrescere sciamus in mūdo: tā toq; nobis incūbit necessitas caute redimere malos dies: q̄zto nōnūq̄z z illos incurrim⁹ falsiloquos: q ob fictā religiōis spēz: extimant veraces. Qua in re z aliud metuēdū est: q; ex hoc ipso circa fidē naufragij periculū generat: cp dū plures falsos incurrimus: quos putamus veraces: tā bonos (indifferēter) q̄z malos recipimus habere suspectos: z plerunq; illos mēdaces credimus q deo familiarius adherēt: z p secto necesse est. simplices p diuersa pcipitia ruinā pperi: dū a quo sanū petāt consiliū (suspectis oībus) nō agnoscunt. Tales sunt dies isti: tales q e vicino sequunt de
Lu.17. qbus z saluator ait. Uenient dies q̄s desideretis videre vnuz diē filij hois. Nos dies intuebat apostolus q̄ dicebat. In nouis-
2.Ti.3. simis diebus instabūt tpa piculosa: cū sanā doctrinā nō sustinebūt. Sed in tāte necessitatis articulo: nullū hoc melⁱ puto eē psiliū: q̄z vt se q̄q; oīpotēti deo suo cū magno cōpūctionis gemitu cōtinue in oratione cōmendet dicens. Illumina oculos
Ps.12. meos ne vnq̄z obdormiā in morte ne q̄n dicat inimicus meus pualui aduersus eū. Notādū vero in hoc ope est: q; vsq; in p̄sentē locū quasi modū pfatiōis tenuit beatus ioānes: nomen tm libri z causam: sed z fructū legētis z audiētis simulq; opantis insinuās: sicq; septē ecclesijs gram optat z pacē: quibus ēt visiōis modū: quo sibi ordine reuelatus fuerit edisserit: illo hanc in loco cōcludens: vbi verba ipsa q̄ audierat z viderat singulis ecclesijs enarrare icipit dicēs. Et angelo epheſi ecclesie scribe. Ut igit̄ z nos in hoc ope: certas cū auctore libri statione ponamus. Prima in hoc loco distinctionē facimus q̄tenus salutiferaverba: altero exordio a salute sumamus.

¶Ioannes septem ecclesiis que sunt in asia: gratia uobis & pax Tex.4
ab eo qui est: & qui erat & qui uenturus est.

Querendum est nobis p̄mo in huius salutationis exordio: cur btūs ioānes septē ecclesias edificare (q animo iā fūdatas a paulo:) supedificare voluerit: aut cur apocalipsis libz̄ eisdē septē ecclesijs quasi spāliter delegauerit: q nō mō ex pte vt pphete ceteri sz generalius pre multis alys: fidelibus loquitur vniuersis. legimus in pēthateu-

Dēu.32 co moysi: libro vltio. Cōstituit terminos gentiū iuxta numerū filiorū israel. Filios aūt israel fuisse duodeciz scripture diuine
Ge.49 Exo.1. auctoritate didicimus. Ut ergo ppheticū illud cōpleret i nobis: gn imovt testiñ sequēs cōcordaret p̄dicatoz: eo ordine oportebat in testō nouo duodecim fundari ecclesias quo duodeciz quōdaz tribus israel in possessionibus abtinēdis: distribute legūtur. Ruben sane z gad: z dimidia tribus manasse citra fluenta iordanis ad plagam orientalē: reliqua vero pars manasse cum effraim z iuda ex alia pte fluminis deputate sunt. Et tribus egdē q̄q; q̄ maiores inter ceteras videbanē: tā certo mediante termino possessionibus suis locate sūt. Septē vero reliquę tribus: q nec dū hereditatē acceperāt: vbi inter se sorte diuideret terrā: mādatū nouissime peceperūt. Facta est āt p̄dia Beniamin q̄ erat nouissima z maioz gra q̄ erat extrema: vt discant amplecti minima qui letanē i magnis: z libenter cōsentire humilibus: q cupiūt z ambiunt esse primi. Sed de primis q̄q; tribubus agendū primo: ordo ipse narrationis expostulat: vt dū singulis primis: sua singula reddimus: ad cōcordiā sequētium ordinatius transire possimus. Fuit ergo Ruben primogenitus lye: iter ancillaruz filios primus extitit gad: manasse quoq; z effraim gemine p̄oli ioseph: q z ipse primogenitus rachel fuit: data sunt primogenita inter patruos suos: vt ipsi hereditarent gratiā quā amisit Rubē: castitatez
Ge.29. sp̄ris filij: qua icestus amisit: Judā quoq; cōmēdat scriptura dicēs: illū fortissimū in
Ge.30. ter fratres pp qō z sup oēs principatū accepit. Habemus ergo de veteri q̄q; principales tribus: habemus z de nouo q̄q; principalis ecclesias. Prima harū oium: hierosolimitana est: secūda anthiochena: tertia alexādrina: quarta cōstantinopolitana: quinta Romana. Tali nēpe ordine vnāquāq; floruisse cognoscit. Licet ob petrū primū principē qui fūdauit eā: romana ecclesia: dignitate p̄cellat: z q̄uis a ciuitate roma missus fuerit marcus a petro in ciuitatē alexādrie: q̄z cōstātinopolitana ecclesia honorē p̄riarchat⁹ sui nouissima p̄cepisse trādat: ppterea tñ romana: i fine scribēda ē: q; alie q̄tuoz sc̄z aliqd p̄currētes defecerūt in via: hui⁹ āt extrema tpa in fidei puritate charioza fuerūt. P̄ro eo aūt q̄ ecclesie iste alijs ecclesijs p̄ferēde erāt p̄uidēs illas in spū Isaias pphā. In
Isa.19. die (inqt) illa erūt q̄q; ciuitates in terra egypti loquētes lingua chanaā z iurātes p dñz exercituū: ciuitas solis vocabit vna. Ut.n. rubē primogenitus israelis: ita hierosolimitana ecclesia xp̄i (vt ita dixerim) primogenita fuit. Sz sic̄ p̄mogenit⁹ rubē: q; p̄ris sedauit thoz: p̄didit p̄mogenita sua: ita hierosolimitana eccl̄ia: q; p̄aue scripturā iterp̄tādo: q̄si sedo semie vbi iudaizare fideles visa ē: iure primogenita sua q̄ sibi vt primogenite debebanē: amisit. Data sūt aūt manasse z effraim: hoc ē: alexādrine z cōstātinopolitane eccl̄ie. Rubē itaq; hierosolimitane: gad āthiochene: manasses alexādrine: effraim cōstātinopolitane: iuda
Ps.77. sc̄te romāe coap̄tat eccl̄ie. Repulit āt dñs tabernaculū ioseph: z tribuz effraiz nō elegit: sz elegit tribū iuda: mōte syō quē dilexit. Hoc q̄d significet satis euidēs ē. Sed quō effraim p̄latus ē manasse cuz manasses natiuitate p̄cederet: ita cōstātinopolitana ecclesia: alexādrine p̄cessu tp̄is plata ē: cū hec p̄dia antiqtus post romanā eccl̄esiā: scriberet: Et sicut rubē z gad z dimidia tribus manasse ad plagam orientalez hereditatem accepcrunt: reliqua vero dimidia tribus cum effraim z iuda ex alia parte fluminis sita ē. ita hierosolimitana: anthiochena atq; alexādrina ecclesia ifra terminos orientalis plage fūdate sūt: hoc ē in p̄finijs illi⁹ populi: ex quo in p̄triarchis z pphis: fides seculo cepit oriri. A fluuio sane magno eufrate vsq; ad flumē egypti circa quoz p̄finia he ecclesie site sūt: p̄missa erat possessio filijs israel: q ēt infra ipsos fines aliqū z aliq̄diu habitasse nosc̄unt. Sz qd in hoc loco p iordanē fluuiū nisi baptismi gratia z Christi passio designat? Quod autem Ruben z gad z di-

midia tribus manasse transeuntes iordanem fluuiũ ad preceptum moysi preliando:tribus reliquas precesserũt:fideles ex circũcisione respicere clarum est:qui sic legem moysi obseruandã:sic exhibendã reuerentiã verbis legalibus crediderũt: vt tamẽ perfusi baptismi gratia:gẽtiles pdicãdo pirent ⁊ magni cruciatus agones pxpi nomine sustinerent.Ex alia vero parte filius:hoc est in natione gentilium:vbi nihil de iudaismo actũ est:quasi pars vna manasse:⁊ effraim ⁊ cum eis pariter tribus iuda cõstantinopolitana ⁊ ecclesia romana:largas possessiones accepisse noscũtur.Nec dissimile putãduz est:q dimidie tribui manasse alexãdrinam:cõstãtinopolitanam vero ecclesiã integraz effraym:⁊ dimidie tribui manasse assimilari dicim⁹: qz nec illa tribus dimidia manasse q̃ iordanez trãsiuit:diuisa fuisse legit ab effrayz sed cũ ea pariter possessionẽ accepit. Sic igit quinqz tribus maiores cũ qnqz pncipalibus ecclesijs ꝓuenire noscunt:sicut septem relique tribus cũ septẽ ecclesijs que
Apo.1. fuerunt in asia:quibus spãliter missus est liber iste:sicut ⁊ in sequẽtibus dr. Quod vides scribe in libro ⁊ mitte seprem ecclesijs q̃ sunt in asia.Epheso:⁊ smyrne :⁊ pergamo:⁊ Thyatyre:⁊ Sardis:⁊ Philadelphie:⁊ laoditie:Quas: vz:ecclesias:tã fundatoris dignitas:q̃z mysteriox fides: tam auctoritas antiqtatis : q̃z numerus: cũ supra noiatis quinqz:venerables fecit
Deu.32 vt scriptura cõpleret ⁊ intelligeret que dicit.Cõstituit,terminos gẽtiũ iuxta numerũ filiox israel.Dũ.n.quinqz primis ecclesijs:septẽ asiatice coniunguntr:duodecim profecto reperiunt ecclesie que tribubus duodeciz figillatim conueniũt. ¶ Libet autem hec ipsa largo modo prospicere: ⁊ internozum aciem luminum ad spiritalẽ dirigere intellectum:vt ea que tam perspicue concordasse didicimus in vnum sensum mysticum conuenire monstremus. Designata est in ruben:prima etas seculi: a primo inchoata parẽte:cui iusti noe natiuitas:aut diluuium secundum quosdã. quod sub ipso factũ est:finẽ dedit.A Noe vsqz ad habraam secuta est etas secũda designata in gad:cui tertia quoqz etas adiũcta est:hoc est:ab habraam vsqz ad dauid: designata ⁊ ipsa in manasse q̃ velut i duas partes distincta luculenter apparuit:duz in ea vt iordanis medius legislator accessit. Josue quarta etas a dauid vsqz ad ie/ Jos.13.
choniam designata in effraim:cui quinta quoqz successit designata in iuda:a trãsmigratiõe babilõis vsqz ad xpm vel potius vsqz ad finez primitiue ecclesie:in qua lex ⁊ circũcisio cõsumationẽ accepit:ita enim xps iesus inter legẽ ⁊ gratiã mediator factus est:vt vtraqz in semetipso testamenta cõiungeret : ⁊ duas maceries e diverso
Ephe.2 veniẽtes:tãqz lapis angularis copularet in vno:soluens vt ait apostolus inimicitias amboz ⁊ recõcilians duos populos in semetipso:secunduz q in ortu eius an
Luc.2. geli decantasse legunt.Gloria in excelsis deo ⁊ in terra pax hoibus bone voluntatis.Recte aũt prima generatio seculi q̃ a primo est inchoata parẽte in tribu rubeni tiga designata est:qz sicut iure rubẽ primo genita perdidit:pro eo q thorũ patris sedauit:ita primus hõ in paradiso corruẽs: honorẽ priuatus fuit:male custoditũ amisit.Que:vz:pmogenita manasse ⁊ effraiz Ge.49
filijs.f.iusti pris:sicut in paralipomenon legitur:data sunt.Quia nimirum patriarcharus gloria:que primũ hoiem si nõ peccasset.decebat:data est habrae ⁊ dauid:vt ipsi pres xpi appellari mererent ⁊ essent. Nõ q ⁊ primus homo pater xpi non sit: cũ ab ipso sit generaliter omne genus hominũ propagatũ:sed qz his p gratia fidei facta est a dño repromissio:vt:vz:in semine habrae benedicerent omnes gentes:⁊ Ge.22.
de fructu vẽtris dauid poneret a dño su/ po.131.
per sede illius.Bene aũt in manasse q interpretatur obliuio:habraã cũ sua sobole Ge.2.
designatur:qz ipi primo dictũ est a domino.Exi de terra tua ⁊ de cognatione tua ⁊ de domo patris tui:vt prefigurari videretur in eo q quandoqz per os dauid sancte matri ecclesie:dictum est.Audi filia ⁊ Ge.12.
po.44.

vide ⁊ inclina aurem tuam ⁊ obliuiscere populũ tuum ⁊ domum patris tui.Dum enim in peccato viuimus:quasi in terra nostra:hoc est:in corpore peccati manemus.
Ro.8. Unde ⁊ p apostolũ dicitur.Qui ãt in carne sunt:deo placere nõ possunt.Quasi vero de terra nostra egredimur cuz a malis operibus declinamus. Bene quoqz ⁊ in effraim qui fructificatio exprimit : dauid cum sua sobole designatur : qz ⁊ ipsi facta
po.131. est de xpo repromissio dicens. De fructu ventris tui:ponã super sedã tuã.Sed cuz taz mira dignitate vterqz præclarus sit habraam:vz:⁊ dauid:vt sicut tã dixi patres xpi vocari mererent ⁊ essent:vt tamẽ p/
Ge.48 pheticũ illud:q bñdicẽs nepotibus suis patriarcha iacob:manasse prioi fratri iuniorem pretulit effraim:compleret in eis: scribẽs euãgelista matheus, genealogiam xpi:nequaqz habraam qui primus erat dauid:sed dauid habrae preferri dicens.Liber generationis iesu xpi filij David filij
Mat.1 habraam.Et quidez habraam patriarcha fuit tñ:dauid vero qõ ẽ dignius:patriarcha ⁊ rex.Et recte quoqz Ruben ⁊ gad ⁊
Jos.13. dimidia tribus manasse ad plagam orientalez laboz suoz premia peperunt:qz prime ille generationes seculi:q̃ ab adã vsqz ad noe:a noe vsqz ad habraam:ab habraã vsqz ad Moysen:quasi due tribus ⁊ dimidia:sine lege vixerũt:⁊ mũdi origini adiacentes fuerunt velut ad plagã orientalez: hoc est in etatibus primis:in quibus sine lege viuebant:spiritalium pmia mansionum:sicut ⁊ cetere iustoz acies que p vera ⁊ catholica fide vsqz ad presens tẽpus militare nõ desinũt:pcepisse noscunt : vt nulli vnqz tẽpoz spatio:saltẽ priuate munus gratie saluari cupiẽtib⁹ videret deesse.In iordane ergo flumine:diuine fluenta legis accipiẽda sunt.Que:vz: fluẽta legis:tribus ruben ⁊ gad ⁊ dimidia tribus manasse armati ⁊ expediti ad pugnã pcedẽtes tribus reliquas:transierũt:qz quot quot in tẽporibus illis oipotẽtis dei notiã habuisse credũtur expeditius absqz legis onere:⁊ absqz pceptoz sarcina : cõtra aduersas acies militabãt:placẽtes iaz tũc p fidẽ ⁊ gratiam oipotenti deo:quem fibi p seruitutẽ legis nullus vnqz mortaliuz recõciliare põt.Uerũtamen nõ nulla opera que tpe suo scripta sunt ⁊ inter verba legalia legislator mãdauit ab ãtiquis illis patribus:obseruata legunt:vt est agni immolatio in abel : abstimentia sanguinis in noe:circũcisio in habraam:acceptio cõiugis defuncti fratris in iuda:⁊ siqua his si/ Ge.4.
milia reperta sũt.Igitur a moyse vsqz ad xpm reliq̃ manasse tribus dimidia effraiz quoqz ⁊ iuda velut ex hac fluminis parte:hereditatẽ acceperũt:qz sicut duas etates ⁊ dimidiã ante legem:sic duas ⁊ dimidiam sub lege deus oipotens esse voluit. Septẽ vero distinctiones tẽporuz ab initio secundi status vsqz ad inittũ tertij : in hac:vz:etate sexta secundum q liber iste docet:instituit : vt ⁊ numeri duodenarij seruaretur integritas:⁊ perfectio quinarij ac septenarij ⁊ siqua alia non deessent. Inde est q pasciturus dñs populũ fide miraculoz:nequaqz duodeciz simul pambus sed primo quinqz ordeaceis:postremo septẽ alijs:turbas:⁊ turbas satiare dignat⁹ est:qz nimirũ quinqz libros moysi:vel potius quinqz illa genera hystoriaz de quibus in ope cõcordie secimus mẽtionem: esurientibus adhuc populis:vnigenitus dei patris aperuit deinde libros mysticos testamẽti noui expositos p mistros suos: tanqz satiatis ⁊ plenis:escã cõtra fastidiũ lautioze apponit.Quapropter hortamur fideles vt sibi ad spiritales epulas degustãdas:vim faciant:⁊ quas nobis indignis famulis circa finẽ mũdi abundãter apponit:nõ sine gratiaz actiõe leta mẽte sumamus:vt qui corrupto lõga egritudine stomacho:cibos cõtẽnimus duriores:velut qbusdã escis sozbilib⁹ ad salutẽ feramur. Et ne cui forte videat inequale q sextam mundi huius eratẽ:septẽ distinctionibus incidendam dicimus:videat erates illas paucis fidelibus forte datas:hãc vero vnã que sexta est:multarũ deus gentiũ consecrauit saluti:vt qõ in illis opata ẽ diutur

nitas tēporū:in istis plenitudinis gētiuz multitudo suppleret.Hic est.n.qꝫ rex magnus artaxerses principibus ꝛ magnatibꝰ suis multo dierū tpe:spāle cōuiuiū preparauit:nouissime diebus septem:cunctum ciuitatis sue populū:ad vniuersale conuiuium solēniter inuitauit:qꝫ:vz:oīpotens deus:gratiaꝝ suaruz munera patriarchis primo tpe ꝛ ꝓphetis:pauciscꝫ illoꝝ tempoꝛuz patefecit electis:vbi aūt plenitudo venit tēpoꝛum:ad magnū illud agni conuiuiū:gentiū plenitudinem fine mora vocauit.Et recte cōuiuij huius spatium infra terminuz dieruz septē coartatum fuit: qꝫ sicut in libro isto scriptum est. Cum septimus angelus tuba canere ceperit consumabitur mysteriū dei:Igit qđ ad gnꝫ tribus generaliter spectat:ab exordio tempoꝛum vsqꝫ ad xp̄m cōsumatuz est.Et.n. in eisdē quinqꝫ tribubus :oēs illoꝝ tempoꝛum electoꝝ progenies intelligēde sūt: que fide ꝛ operibus bonis:eterne regnuz beatitudinis hereditare meruerunt : post quas electoꝝ turme que in illis septez tribubus designate sunt:ad eternaz possidēdam hereditatē:vsqꝫ ad tempus cōuersionis iudeoꝝ:altere post alteras incessanter decertant.Quibus:vz:electoꝝ turmis:in typo septem ecclesiarum:beatus ioannes euangelista que futura erant : predicit : ꝛ multiplici sacramētoꝝ genere b̄eu satis volumine: largo mysterio comprehēdit. Hec igitur causa est cur dilectus xp̄i discipulus spiritus se docente diuino:septē ecclesias edificare voluit.Nec cur sacra mysteria septem ecclesijs describēdo direxit. Sed nō vacat a mysterio qꝫ ecclesie eedez in asia esse perhibent.Asia nāqꝫ interpretatur elatio:ꝛ nimirū mūdus iste : continua super electos elatiōe subsistit. Unde ꝛ per psalmistaz dr̄.Mirabiles elationes maris:mirabilis in altis dñs.Maris qꝫpe elationes:mutabiles sunt : qꝫ gloriam mūdi huius aīales hoies admirātur. Sz si hanc admirantur quid dicturi sunt cū celoruz gloria reuelabitur?Patitur tamē xp̄s ad tempus elationem seculi:ꝛ vt hāc electi sustinere possent.passus est sub pontio pilato:nobis(vt ait petrus)relinquēs exemplum:vt sequamur vestigia eius.Et hoc quidē facere opus est:si volumus ad gloriam celi festināter venire:sed qꝫ nihil possumus sine eo:gratiam nobis ioannes mitti optat ꝛ pacem: vt ipse qui pōt omnia:omnis que ipse vult operetur in nobis.Nam sequitur.

Apo. 10

ps. 91.

¶ Gratia uobis & pax ab eo qui est. & qui uenturus erat & qui est.

De gratia scriptum est. Gratiā ꝓ gratia dedit nobis.De pace aūt. Pacē meā do vobis pacē relinquo vobis.Sed qualē pacez?Nō (inqt)vt mundus dat:ego do vobis.Dat enim ꝛ mūdus pacē dilectoꝝ suis.Sz nō similiter suis xp̄s.Illi nāqꝫ in magnis isti gloriant in paruis.Illi in excelsis:isti in infimis:illi in prosperis vite huius:isti in aduersis:sciētes qꝫ tribulatio patiētiā operat:patiētia vero spē.Illoꝝ ergo pax in delitijs:illoꝝ in virtutibus.Quod.n. in illis vitia:hoc in istis(vt ita dixerim) operant virtutes:qꝫ ꝛ si illi in his q̄ sortis sunt gaudēt multo magis tū isti in his q̄ sunt interius gratulant:ꝛ qđ illi frustra superbia possidendū extimant:isti humilitate fortius ꝛ felicius tenēt. Donat ergo xp̄s electis gratiam:donat ꝛ pacē : qꝫ eis quos ad operādū inspirādo preuenit : ad perseuerādū in bono pacis : adiutoriuꝫ p̄stat.Plerunqꝫ enim quod bonū est:leti seruentesqꝫ incipimus:sed tū maius est illud qđ scriptū est.Qui pseuerauerit vsqꝫ in finē:hic saluus erit.Necesse est ergo vt preuenientez gratiā subsequat pax: vt qđ prius asperū visum fuerat:gratie adiutricis lenitate mitescat: ne aut si gratia nō p̄uenit:corrupte vitiū nāe resistat.Eramus enim vt ait apostolus:nā filij ire : aut labor mētis solus cōstātiā:si pacis spūs nō assistat.Nō.n.ille pacificus est q cū cūcta que libēt:licent sine scādalo viuit:sed ille vere pacificus dr̄:q ꝛ scādali tpe pseuerat

Jo.14.

Rom.5

Gal.10

Ephe.2

ps.119.

illesus.Hec est illa pax quam se in psona xp̄i dauid ꝓpheta seruasse manifestat:cuz dicit.Cū his q oderāt pacē:erā pacificus dū loquebar illis:ipugnabant me gratis. Hāc igit gram ꝛ hāc pacem septē dari ecclesijs optat ioānes:nō a mortali hoie : q ex se nihil hz:sz ab eo q est:ꝛ q erat ꝛ q vēturus est.Verbū hoc substantiuū :diuina sibi maiestas in nomē vēdicauit eternū:sicut ꝛ in libro exodi per semetipsaz loquit dicens.Hec dices filijs israel.Qui est misit me ad vos.Nā qꝫ solus hz incōmutabiliter esse beatus ꝛ potēs deus a quo esse accepit quicqd est:iure sibi hoc nomē vēdicat:q solus est ab eterno:vt cuncta mutabilia timeāt:cū nomē essentie p̄dicat. Et qꝫ nos quoqꝫ qui vocamur hoies:vel vt cūqꝫ sumus habentes ex dono dei temporaliter esse:vt essentiā diuinā ab humana distingueret dicens.Qui est :addidit ꝛ q erat.Erat.n.ipse qñ nos nō eramus:nūc aūt ipse est:ꝛ nos ꝓ ipsum.Ipse eniz fecit nos ꝛ nō ipsi nos.Sed ꝛ hoc non nobis sufficit:nisi vēturus sit:nisi veniat in gloria adimplere promissiuz:vt videamus eū sicuti est:ꝛ in eius desiderato aspectu ad eius similitudinem reformemur.Testimoniuz hoc ioānis est:cuius est liber iste. Sic.n.ipe dicit in epistola sua. Scimꝰ qꝫ cū apparuerit similes ei erimus : qꝫ videbimus eū sicuti est.Aduētus aūt ꝛ appariio domini:ita sunt in hoc loco accipienda:qūo illud qđ in euāgelio legit. Si gs diligit me:sermonē meū seruabit ꝛ pater meus diliget eū ꝛ ad eū veniemus ꝛ mansionē apud eū faciemus.Quo aūt veniūt ad diligētes se pater ꝛ filius:qui nusqꝫ desunt?Sed qꝫ plerunqꝫ:hic deus manet in hoie ꝓ diuinitatis p̄sentiā:vt non tū sit in eo:per inhabitantē gratiam : tūc deus ad hoiem venire dr̄:cū eum sua p̄sentia visitando compungit.Et qñ visitatio ista domini qua nunc electos suos occulte preuenit:in fine cum venerit ad iudiciū: ampliori vbertate gratie manifeste perfundet.Recte non dicitur qui venit:sed qui venturus est. Quamus ꝛ si ꝓ summa vnitate personarum de tota simul trinitate:hec tria pariter accipi queant : specialius tamen in hoc loco:singulum pro singulo accipienduz sit:tanqꝫ si diceretur de patre qui erat operans in primo statu:de filio qui est cooperans in secundo:de spiritu sancto qui venturus est in tertio : vt vniuersa consumet.Notandum preterea qꝫ non ait . Qui est ꝛ qui fuit:ꝛ qui erit: sed qui est:ꝛ qui erat:ꝛ qui venturus est: ne tēpora in deo determinare videret:ac per hoc eternitas eius diuersoꝝ interuallis temporum intercidi posse putaretur:cum sit illi tota simul ꝛ interminata eternitas:vtpote cui nihil preteriti fluxum est:nil futuri futurum quod humana credere fragilitas potest:assignare non potest.Quamuis vt rez non similem:sed dissimilem dixerim : si hoc in nature sue conditione animus humanus accepisse dignoscitur:vt esse per memoriam in preteritis possit ꝛ non discedens a presentibus comprehendat aliquando ꝛ futura: ita vt non solum in his que possidet:verum etiaz in eis gaudeat que se sperat habere:quāto magis diuine nature:que semper est id quod est:ꝛ cuiuicissitudine temporum accidere nihil potest:duo illa tempora que nobis presentia esse nequeunt: preterita scilicet ꝛ futura simul sunt:vt ei nil sit preteritum:nil futurum. Nāz quic quid preterijt a nobis defluisse videtur: quicquid futurum est:nec dum comprehendere possumus.Est quoqꝫ impossibile nobis redire ad tempus preteritum: aut etiam preuenire futurum : vt tria illa tempora possideamus simul : ꝛ tamen ad imaginem dei subtilius creata anima: hec tria in memoria retinere dignoscitur: sicut non illa tantum que prope sunt oculus exterioꝝ contemplatur:sed simul plerunqꝫ:ꝛ que prope sunt ꝛ que longe. Sicut igitur homo ad imaginez dei creatus est:nec tamen equalis esse potest ei qui se plasmauit ꝛ finxit:ita quod humana memoria imaginando tenet:deus essentialiter simul possidet:vtpote qui solus ma/

Exo.3.

gnus est:solus eternus per quem facta sūt oia:p quem est ⁊ fuit quicquid fuit ⁊ est. Non ergo(ait sanctus ioānes)qui fuit tā q̄z qui fuit aliq̄n ⁊ esse desinit: sed posuit interminate qui erat:nec ait qui futurus est vel qui erit:sed qui venturus est:q: de re illa recte dr̄ erit:que nec dū é:deus aūt erat ⁊ est:⁊ in futuro venturus est. Jn singulari autez numero dictū est ⁊ nō in plurali:sicut ⁊ illud Pauli quo dicitur. Ab Ro.11. ipso ⁊ per ipm ⁊ in ipso:q: ⁊ si fide ⁊ intellectu distingui possunt diuine psone:diuidi tñ nequeunt a seipsis:q: vnū sunt:quō lux ⁊ calor a substātia illa ignea que vocat sol:diuidi nequeūt ⁊ tñ nec substātia ipsa est radius qui tangit terrā:sed de ipa sicut nec radius calor est:sz de ipo:⁊ tñ nō tres soles dicimus:sed vnum solem. Nec de sūma illa nā ex q̄ bona,cūcta,pcedūt seqtur.

Tex.5 ¶Et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt,

Dirum valde videtur quid sibi velit hoc qō dicitur. Et a septem spiritibus qui in cōspectu throni eius sunt:multoq; plus mirabile esset nisi apostolus paulus in epistola ad corin 1.cor.12 thios diceret. Diuisionis gratiaz sūt: idē aūt spūs. Scimus ⁊ enim esse septem dona:haud dubium qdē spūs sancti:ipsaq; esse illa dona:que hic septē spūs appellantur:de qbus.s.donis sicut ⁊ ō ceteris quorum est numerus infinitus:certe sunt, patrū auctoritates:q: nō sunt ipsa:spūs sanctus:sed diuisiones donoruz eius scōm q; in eadē epistola de earuz efficacijs adiunctū est. Nec aūt oia opatur vnus atq; idē spūs diuidēs singulis prout vult. Nec.n. letari posset aliter infirma ⁊ egena natura: que ex se nō hzaliud q̄z infeliciter esse:q̄z/uis bonum aliq̄d sit:q̄n quidem ⁊ illud verum esse oportet. Vidit deus cuncta q̄ Ge.1. fecerat ⁊ erāt valde bona. Valde bona sūt cūcta que fecit:haud dubiuz quidē in genere suo:⁊ quantuz ad eū qui fecit illa;q oia vt scriptura testatur in sapia fecit:fecit deniq; elemēta muta:q̄ nec viuūt nec sentiūt:fecit bruta aialia:q̄ viuūt:⁊ sentiunt: sz nō discernūt. Fecit spūs qui viuūt:sentiūt:⁊ discernūt:sed tñ sint donis spū sancti:beati esse nō pñt:imo sine dono quod ipse est:p quod dona oia infundunt. Ramuli ⁊ rami arboz multi sunt:sz arbor vna. Et videmus ex summitate arboruz quasi quedam dona procedere que sint in cibum famelicorum:hoc est: fructus copiam que procedit ab ipsis:in quibus non inanis figura est illius desiderabilis fructus:quem commendat apostolus: vbi dicit:fructus autem spiritus:est charitas:gaudiuz:pax: lōganimitas:patiētia:bonitas. Et hec quidem de illis virtutibus sine quibus salus esse non potest:inter quas ⁊ charitas virtus quam tantopere scriptura cōmendat ⁊ sine qua nil ꝓsunt alie :primatū tenet: Reliqua vero dona spiritus ad ornatum sunt potius ⁊ decorem ⁊ ad aliquam spiritalem vtilitatem ecclesie. Sic enim inter cetera dicit apostolus. Unicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Et 1.cor.12 adiecit. Alij per spiritum datur sermo sapientie:alij sermo scientie: ⁊ his similia. Jnfluit enim idem spiritus ciuitatē dei: ⁊ inter cetera dona sua:velut quibusdam septem meatibus vniuersa perlustrat:dās singulis electorum turmis aliquod speciale donum:⁊ vnum quod sit omnibus in commune:vt ⁊ diuerse donoruz species: pulchritudinem seruent:⁊ liuoris sedita/ Esa.11. tem:vnitas amoris excludat. Dicūtur autem dona ipsa specialia septem spiritus ⁊ septem lampades.siue etiam septem oculi domini missi.in omnem terrā: q: dum spiritus qui spirat vbi vult : dona ipsa sicut vult mentibus humanis infundit: quasi quedaz luminaria lucere ea facit in caliginoso loco:⁊ notas facit per ea hominibus vias vite : vt ambulent in semitis mandatorum dei. Licet ergo vnus sit spiritus ad quem proprie:propius pertinet charitas : que ⁊ proprie retinet nomen eius.propter quam maxime donum patris ⁊ filij idem spiritus dictus est. Sunt tamen ⁊ alia dona quoruꝝ est numerus

infinitus

Augustinus. 15.ō tri. Infinitus inter que sicut iaz diximus spālia septem:que septē oculi dñi ⁊ septem spūs dicta sunt. Utrūq; .n. vt ait Augustinus inuenitur in scripturis diuinis:⁊ donum s.⁊ dona tanq̄z si diceretur. Unuz corpus multa membra sunt:quod ipse quoq; apostolus in exemplū assumpsit. Ascensurus Lu.24 certe in celum dñs ipm spūm scīm apostolis ꝓmisit dicens. Ecce ego mitto promissum patris mei in vos. Porro apostolus nō donū singulariter scripsit:sz dona. Ait enim. Ascēdēs in altū captiuā duxit captiuitatem:dedit dona hoibus. Ex ephe.4 Ps.67. his ergo ⁊ alijs scripturarū locis euidenter ostēdit plura esse dona spūs sancti ⁊ inter ea spālia septez:que hic si ꝓtē spiritus noiantur:que ita data sunt hoibus:quō ⁊ ipse cuius sunt dona ipsa : excepto q ipse sicut deus:hec nō sicut deus:sed sicut spā 1.Jo.4 lia dona eius. Secundū hec quippe dona dicit ioannes. De spū suo dedit nobis. Et Joel.2. ipse dñs in tohele. Effundam de spū meo super oēm carnē. Aliud est enim cum dicitur. Per spūm sanctum qui datus est nobis. Aliud cum dicit. De spū suo dedit nobis. Ibi enim refertur ab ipm spūm : hic Ro.5. 1.Jo.4 ad aliquod donoz suorum. Et benedictus per spūm sctm qui datus est nobis: ꝓmisit dicens. Charitas dei diffusa est in Ro.5. cordibus nostris:q: sicut p illa septem dona infunditur 1.cor.12 hmōi:ita per illud donū quod est ipse qui est charitas dei:diffundit charitas in cordibus nostris:q: hoc ꝓfecto infunditur p singulū donum qd est ipm operans aliquid in corde hois ad similitudinem sui. Est eniz ipse charitas:⁊ iō charitatē ifundit. Similiter ⁊ in donis spālibus:operat aliq̄d ad similitudinē ipsoz : vt est in spū sapientie:sermonē sapiētie:⁊ in spū scientie:sermonē scie:⁊ sic in reliqs. Magnus est ergo dei spūs ⁊ ineffabilia dona eius: cuius ille magnus vt deus:hec non sicut deus:sed sicut dona ipsius. Ipse eniz deus est adeo patre ⁊ filio ab eterno procedens hec gratie eius sūt date ex tempore ab eodem ad beatificandam : quam ipse condidit humanam ⁊ angelicam creaturam. Neq; enim ab eterno effusio ⁊ infusio esse cepit. Sed ex quo esse ceperunt vasa mi/ Jo.7. sericordie quibus ⁊ dr̄. Qui sitit veniat ⁊ bibat ⁊ fluēt de ventre eius flumina aque viue. Nō ait flumen:sed flumina:q: dona eius vt diximus plura sunt. Horum inenarrabilem gloriā angelici illi spūs experti sūt:qui ⁊ tāto habere illa in notitia potuerūt:quāto ad imaginē spūs sancti spālius pre hoibus creati sunt:sicut e diuerso parētes ⁊ nati hoiuz in hoc q illi gignūt isti geniti sunt : imaginem dei pr̄is ⁊ filij spāliter habēt. Quantum igit spectat ad hoc:⁊ patres testi prioris in hoc q pr̄es dicti sunt:quādam patris imaginē conseruati sunt:⁊ filij testamēti noui:qui ⁊ prie filij hoium dicti sunt imaginem filij. Angeli q neq; patres neq; filij : imaginez spūs sancti qui vtiq; nec genitor est : nec genitus:sed a patre filioq; procedēs. Ubi ⁊ illud absq; forma mysterij extimanduz nō est:q: sicut fideles hoies voces:ita angelice ille potestates:in diuina pagina virtutes vocant:nimirū q: vt voces ad verbuz:ita spūales virtutes ad amorez spūs Tob.12 referunt. Unde ⁊ in libro Tobie loquēs raphael ad tobiā:vnū se esse dixit de septē angelis q assistūt ante dñz:⁊ tanq̄z si septē dona spiritus eisdem specialius inter ceteros esse collata videantur. Et re vera tam ipsi q̄z ⁊ omnes alij pleni his muneribus sunt:propter quod ⁊ mitti in adiutoriuz electorum creduntur : secundum Lu.22. q: ⁊ ipsi dei filio in passione constituto:angelus apparuisse describitur : non q: ipse indigeret:qui solus posse habet quod nec homo:nec angelus:sed vt credant hi qui sperant in deum viuum mitti sibi desuper adiutoriuz:vt possint minas carnifici ⁊ vniuersa sibi adhibita superare tormenta. Non igitur q: septez angeli illi coram deo assistunt habere ex se aliquid boni credendi sunt:quod mittere aliquibus possint sicut nec homo habere ex se aliq̄d credendus est:⁊ tñ habere graz supnoruz spūuz:hoc est amorē ⁊ auxiliuz nō frustra

petimus ⁊ optamus: cum tam bonũ quid esse sciamus: amorem dei: qui ⁊ in angelis ⁊ in hoibus ex deo est: vt etiam deus ipe id exigat ab angelis ⁊ hoibus: sicut ⁊ per ioãnem dr̃. Diligamus nos deũ: qm̃ ipse prior dilexit nos. Unde cõstat q̃ nõ solũ amore dei indigemus: verũetiaz ⁊ electorũ dei angelor̃ ⁊ hoiuz: propter dona spiritus que in eis sunt: imo ꝓpter ip̃m spiritũ qui quiescit in illis: ⁊ nõ solũ incumbit nobis tales nos exhibere apud deum: quales nos: ipse vult exhiberi sibi: ad hoc vt amoris eius gratiaz habere possimus:
Esa.11. verũetiaz vt elector̃ dei habere suffragia mereamur. Sic aũt septẽ dona illa que ⁊
Apo.4 septem spũs dei ⁊ septem lampades dicta sunt: spãliter angelis data sunt: quõ fons ille vite qui est apud p̃rem spãlius hominibus datus est. Et videtur q̃ illis septez angelis qui scribũtur assistere ante dñm: quor̃ tres sũt: zMichael: gabriel: ⁊ raphael spãlissime ꝑ oibus data sint: q̃ ⁊ re vera nulli alij hoc qõ ipsi inter hoies fecis-
Tob.12 se reperti sunt. Nam ⁊ hoc quod ait angelus Tobie de se ⁊ de sodalibus suis: ⁊ hoc quod dicit ioannes de septem spiritibus: valde sibi ꝓuenire cognoscitur: q̃ ⁊ ille dicit. Ego sum vnus de septem angelis qui
To.12. assistimus ante deuz. Et iste dicit. Et a septẽ spiritibus qui in cõspectu throni eius sunt: nimirũ q̃ per illor̃ infusionem: imo eius qui est in illis: sciũt ⁊ angeli ⁊ homines assistere ante deũ: q̃uis ꝓpriuz sit an-
Da.7. gelorũz assistere: hoibus ministrare: vt extroq̃ cõpleatur scriptura que dicit. zMilia miliũ ministrabãt ei: ⁊ decies centena milia assistebant ei. Et notanduz q̃ septẽ spũs ifti qui septem lampades dicti sunt:
ꝑs.103 tantã habent affinitatẽ cuz angelis: vt de eis quoq̃ dictũ sit. Qui facis ãgelos tuos spũs ⁊ ministros tuos ignẽ vrentem. Homo verus est x̃ps ihesus: homines sumus ⁊ nos: ⁊ tamẽ inter nos ⁊ x̃pm quanta est dr̃ia? Similiter ⁊ hec dona spũs dicta sũt ⁊ angeli simpliciter spũs: sed quantuz differt inter illud quod significat ⁊ illud qõ significatur. Ut ergo fideles hoies cibant corpor̃ x̃pi ⁊ tamẽ dictũ est de eodẽ x̃po.
ꝑs.77. Panẽ angelor̃ manducauit hõ: ita spãliter angeli istiusmodi flumib⁹ potati sũt ⁊ tũ ꝑ gr̃az dei ⁊ nos eodẽ spũ potati sum⁹: ita vt in nobis quoq̃ impleatur qõ dictũ est. Et flumina de ventre eius fluẽt aque
Jo.7. viue. Dñr aũt ipsi spũs manere ante thronũ dei: q̃ illos qui replent ab ipsis: faciũt manere ⁊ assistere coram deo: ⁊ esse quasi quedam luminaria in cõspectu ecclesie: sicut ⁊ dño x̃po: ꝑ psalmista dr̃. Dux itine-
ꝑs.79. ris fuisti in cõspectu eius. Optat aũt ioannes dari gr̃am ⁊ pacẽ septẽ ecclesijs a p̃re ⁊ filio ⁊ spũ sctõ: vt habeant in seipsis fidem indiuidue trinitatis. Et secũdarie a septẽ spiritibue: qui in cõspectu throni ei⁹ sunt: vt mereant̃ ꝑticipari eisdem donis ꝑ inspirationẽ spũs sancti qui ⁊ dat̃ in illis: quatenus ⁊ sciãt ⁊ sentiant: q̃s suauis sit dñs: q̃ btũs qui potat̃ vberibus consolatiõis ipsius. Nec.n. meliora vbera expe-
Esa.66 ctãda sunt: q̃s dona spũs ꝑ quẽ effũdit in nobis vnũ ⁊ lac: quicũq̃ elegimus sperare sub tegmine alar̃ suarũ. Non solũ hoc
ꝑs.35. aũt necessariũ est: verũetiã habere gratiã ⁊ pacẽ a iesu x̃po qui est testis fidelis ⁊ primogenitus mortuor̃: qm̃ deus est in illo ⁊ colendus est a nobis ⁊ adorãdus: q̃ nõ est homo tm̃: sed ⁊ deus homo. Unde ⁊ mox subditur.

¶ Et a iesu christo qui est testis fidelis.

Oportunius esse videret vt primo christus iesus q̃s septẽ spũs (hoc est) dona spũs: seriberet: cũ vtiq̃ iste deus sit: illa non deus: sed dona dei: diuisiones gratiaruz que angelis ⁊ hoibus date sunt. Sed recte hic q̃reretur: si x̃ps nõ esset deus ⁊ homo: si q̃ quid de eo scriptura loquit: scõm q̃ deus est: loqueretur. si non semetipsuz ⁊ exinaniisset formã seruꝰ accipiens. Recte hoc
Phi.2 quereretur. si ꝓius non diceret. Ab eo q̃ est: ⁊ qui erat: ⁊ qui vẽturus est. Quia vero premissus est sermo de trinitate: que deus est: ⁊ adiunctum est. Et a septẽ spi-

ritibus: ⁊ paulo post. Et a iesu x̃po qui est testis fidelis: manifestum est q̃ de natura hominis prolatus est sermo scõm quẽ nõ soluz patre ⁊ spũ sancto minoratus est idẽ filius: verũ etiaz paulo minus ab angelis minorari voluit sicut scriptum est. zMinorasti euz paulominus ab angelis tuis dñe.
ꝑs.7. Quod qualiter intelligendum sit: apostolus aperit cuz dicit. Eũ qui modico q̃s angeli minoratus est: videmus iesum ꝓpter
Heb.2. passionẽ mortis gloria ⁊ honore coronatũ vt graria dei pro oibus gustaret mortẽ. Sz qualem gr̃az põt nobis dare filius dei: in quo est homo? Nemo enĩ habet quod nõ accepit. Accepit ergo aliquid ⁊ ipse quod
ꝑs.67. nobis daret. Accepit in q̃s sicut scriptum est. Ascẽdisti in altũ cepisti captiuitatem: accepisti dona in hoibus. Et bene ait. Ac cepisti dona in hoibus: q̃ nõ in se tunc accepit: sed in nobis. Ipse aũt ⁊ per se dedit ⁊ nobis accepit. Nam ⁊ per hoc ascendit in altum: vt ex capite leuato effunderent̃ dona per membra. Unde ⁊ ioãnes dicit.
Jo.7. Spũs nondum erat datus: q̃ iesus nõdũ erat glorificatus. Sed adhuc cõsiderãduz est diligentius super eo qõ de duobus magnis operibus dei transeurrendo tetigimus: vt ea que ꝓtermissa sunt ibi: hic cõgruentius repetamus. Inter cetera q̃ spiritus sanctus operatus est ad laudez suã: duo sunt magna opera eius in quibus penitudo esse non potuit: eo q̃ tã bona fuerint: ⁊ sint vt nihil in creatis reb⁹ deo eẽt vicinius: nihil tam deo charũ: nihil tã hominibus necessarium. Primũ horuz fuit operatio noui hois qui secũdum deũ creatus est. Secundum: operatio virtutuz de quibus dicit apostolus. Hec oia operatur vnus atq̃ idem spũs diuidens ꝓut vult. Secundum aũt dixi opus quantũ ad plenitudinem donationis sue: non quantuz ad priuatam effusionem: q̃ ⁊ iam antea ꝑ phetis dona hec data fuerant: non omnibus oia: sed quedaz ꝓ mensura donato-
ephe.4. 1.cor.12 ris quibusdaz. Scõm dixi: q̃stũ ad homines nõ quãtũ ad ãgelicã creaturã: ꝑsertiz cũ magna fuerit cã mysterij vt ⁊ vita cõ
Ro.8. templativa in angelica creatura: ⁊ actiu precederet in hominibus: ⁊ tandez sequeretur hic illa que precessit in angelis: quatenus ⁊ scõm aliq̃d prima: ⁊ scõz aliquid nõ prima sed posterior sit. Quantũ igitur spectat ad eos quos sacri vnda baptismatis perfudit: precessit opus illud noui hominis: secuta est effusio gratiarum ipsius In primo opatione: factũ est verbũ filius hois. In scõa efficiuntur hoies filij dei. Neq̃z enĩz aliter filij dei nos esse possum⁹ nisi accipiẽdo spũm sanctum: apostolo testante qui ait. zMisit deus spũm filij sui in cor̃da nostra: in quo clamamus abba pater. Neq̃z enĩz datur alicui spũs cui nõ dẽtur virtutes eius: q̃ nisi ipse ꝓpararet sibi domum ornãdo illã virtutibus suis: non põt esse digna tm̃: que tantũ habitatorem mereatur habere. Ut.n. cura sũma est spõso ornare monilibus spõsam suam: ita curre fuit x̃po decorare virtutibus eam: quaz dilectam ecclesiam sibi ipsi inmaculatam nõ habentem maculam copulauit aut rugam aut aliq̃d hmõi. O quale cõmertiũ fecit nobiscum dñs iesus. Accepit in firmitatem nostraz ⁊ dedit nobis virtutez suã. Humiliatus est vsq̃ ad nos: vt nos extolleret supra nos. ⁊ faceret' coheredes suos. O q̃s magnuz est qõ nobis exhibuit proparuo ⁊ exiguo quod accepit a nobis. Deniq̃, vt per singula reddamus singula. Accepit de natura nostra oculor̃ visuz: ⁊ dedit nobis spũm sapiẽtie ꝑ quẽ mẽtis oculi illustrant̃. Accepit auditum: ⁊ dedit nobis spũm intellectus: qui aures interiores aperit. Accepit odoratũ ⁊ dedit nobis spiritum consilij in quo manet discretio spiritalis. Accepit loquelaz ⁊ dedit nobis spiritum scie: nimirum q̃ ꝑ linguaz scia mũdanor̃ addiscitur. Accepit de nostro manus ⁊ dedit nobis spũm fortitudinis. In brachio enĩz carnis: humana dignoscitur fortitudo. Accepit ⁊ pedes ⁊ dedit nobis spũm pietatis. Idcirco autem pietatis spiritus peduz assimilatur incessui: q̃ q vult ministrando ꝓmo opus impendere pietatis: necesse est vt cũ martha: huc illuc/

q̄z discurrat. Accepit a nobis mortale corpus infirmitati ⁊ passioni pro peccati simili-
Ge.18. tudine obligatū ⁊ dedit nobis timoris spūm de quo scriptum est. Confige timore tuo carnes meas. Valde enim timet homo sauciari in corpore: adeo vt pro membra que prevalent: se opponāt. Denicz si ex duobus vnum fieri necesse sit: magis patitur aliqs amittere vnum membrum: q̄z vt totū corpus eius in discrimine sit: non q̄ malit misere viuere: sed q̄ mors naturaliter ab omni carne timetur. Sed forte vacat a dono gratie: quod de nostre carnis substantia cruorem accepit sine quo vita in corpore stare negt? Magnuz est donum q̄ nobis vice sanguinis dedit. Fraternam. s. charitatem: sine cuius participatione saluus aliquis esse non pōt. Denicz quātacunq; sint dona illa que in septē spiritibus designant: nihil tamen ea sine charitate valere apostolus manifestat cum di-
1.Cor.13 cit. Si linguis hoium loquar ⁊ angelorū. Charitatem aut nō habuero factus sum velut es sonans: aut cymbalum tinniēs. Teneiendū est ad illud q̄ sum mum ⁊ precipuum est: ⁊ totius diuini muneris con-
Ge.2. 1.Cor.15 summatio. Accepit quod ad hominem pertinet: animā viuentē pro qua nobis dedit spūm viuificantem: hoc est ipsam charitatem: qua diligimus deum: non q̄ due sint charitates aut duo spūs: sed q̄ diuersi sūt effectus q̄bus diligimus deū ⁊ hoiem: q̄ deum semp exultando: hoies plerūq; diligimus miserendo: in quantuz. s. miseri ⁊ miserabiles sunt: quod ꝓpie pertinet ad dilectionē fraternam. Ꝯpparet ergo manifeste: q̄z preferēdum sit quod nobis dedit: illi rei quam accepit a nobis ⁊ qua de causa p̄scribant sep:em spūs: subsequebatur aut̄ homo x̄p̄s ihesus: qui est testis fidelis
Ge.41. ⁊ primogenitus mortuorum. Significata sunt hec sacra opera in manasse ⁊ effrayz filijs ioseph: quorum alter quidez obliuio alter fructificatio interpretat. Cum enim illos sanctus ioseph adduceret ad patrez
Ge.48 suuz vt eos bñdiceret inter patruos suos: primogenitum qdem ad dexteram: iunio-

nos in cōtagione delicti:humani.ſ.generis primus pariēs:nō q; talis creatus est: qui nos gignēdo faceret noxios:sed q; talem seipsum fecit deserendo mandatum z prevaricans legem:que sibi diuinitus data fuerat:vz;ne contigeret de ligno scientie boni z mali. Pro eo autem q; fracto mandato lignum vetituz vsurpando gustauit:z ipse mortuus est cum sotia q; reatuz cōmisit:z eos quos in peccato genuit pari pena mulctauit. Post hunc accipit legem noe:vir bonus z iustus: decursis a principio annis multis:in quibus generale preceptum nullus vnq; mortalium accepisse narratur. Accepit autem legem z ipse similem legis prime de qua preuaricatus est Adam:vz;ne ipse aut semen eius: carne cum sanguine vesceret. Secutus est habraam homo fidelis:primus qdem in patriarchis:sed tertius ab adam in acceptione mandati. Ipse.n.prior omniuz circuncisus est:z vt tota eius posteritas mādato eidem esset obnoxia:iussionem accepit. Quartus ab adam secutus est Moyses. Die plenarie scripsit legem: z docuit populū cerimonias eius. Instituit quoq; inter cetera officia leuitarum:cum esset z ipse vir leuites:quibusq; sacrificijs placari dñs debuisset: Successit huic Dauid: qntus hoc ordine ab adam:qui z ipse cuz esset xp̄s domini:fecit organum spūs sancti:psalterium. Decem cordarum:z librū psalmorum:precepitq;:vt in eo confiteret dñs:quod z factum est:ex eo tempore vsq; in presentē diem. Accepit quoq; mādatum a domino:vt pasceret populū suū israel:z esset thronus eius super euz vsq; in sempiternū. Joānes quoq; baptista sextus in numero ab Adam inchoata sexta etate mundi ante faciem venturi domini missus est baptizare in aqua z p̄dicare baptismum pnie in remissionē peccatorum. venturus est z Helyas sicut iaz superius dictum est: vt venturum in fine iudicem in flamma ignis:z baptismum ipse quoq; spiritalem precurrat. De quo nimiruz baptismo promissio nobis in spū facta est a dño vbi dicit. Joānes quidem baptizauit aqua:vos autem baptizabimini spū sancto nō post multos hos dies. Et cū cōplerent (inquit) dies pentheco stes:erant oēs discipuli pariter in eodez loco:z apparuerūt illis dispartite lingue tāq; ignis:sedit q; supra singulos eoz. Non est aūt putandum:q; die illo cōsumatuz est generaliter quod p̄miserat dñs de spū sancto:quomodo nec illud quod in natiuitate:passione: resurrectione z ascensione dñi ostēsuz fuerat p̄phete de quatuor aialibus. cuz vtiq; hec z ipsa opera.mysteria fuerint z mādatia futuroruz:sicut z cetera saluatoris opera:que quatuor euangelijs comprehensa sūt. Nō igitur in die illo pentheco stis cōpletum est generaliter qđ significat ignis: sicut nec in die qua baptizatus est dñs:cōpletum est qđ significat aqua:seu etiaz q̄d designabat colūba que in simili genere de aqua sumpta est. Sed qūo similitudo maris rubri in quo mortui sunt egyptij:cōsummata est:in secundo statu: ita similitudo aque iordanis:in qua baptizatus est xp̄s: in tertio. Similitudo vero ignis helye cō sumanda est in vita futura. Quod si in tē pore quo xp̄s venit in mundum:hec tria mysteria assignari queruntʒ:memorari debemus:q; idē ipse spūs qui super baptizato i aqua dño descēdit corporali spē:sicut colūba:z in die pentheco stes in similitudinem ignis:in die resurrectionis domini ce p insufflationē q̄ fit p aerem sctis apostolis datus ē:vt quo aer p̄ponitur aq̄:ignis aeri:ita p iterualla tēporū augeret gratia spūs sancti:qđ talibus incremētis consummandū est. In aduētu primo dñi:quez in aq̄ p̄cucurrit Joannes:data est generaliter gratia q̄ significat in aqua z colūba:qm̄ q dē z colūba de aqua. Circa exordiū tertij status:qđ p̄pe est:imo p̄sens:opz dari fidelibus gram q̄ significaf in aere:z cōplerī multa mysteria q̄ ostensa sunt apostolis in die pasche. In die vero illo nouissimo in quo erit generalis z vltima resurrectio mortuoz:gratia illa reuelāda est q̄ significaf in igne. Verū hoc idcirco dicimus:vt ostēdamus sacm fuisse:q; in die pentheco stes missus est de celo ignis suprscōs apostolos z alios discipulos qui erant cū eis: vt in hoc quod gestū est in vltimo festiuitatis die ostēderet q; futuz sit sup oēs iustos in nouissimo die. Alias autem z sine igne visibili legimus spūm sanctū descendisse:sicut in turbam illā q̄ erat coadunata cū cornelio:de qua z dicitur. Adhuc loquente petro cecidit spūs sanctus sup oēs qui audiebāt verbū z erant loquētes linguis z magnificantes deum. Et sup illos duodecim viros quos baptizauit paulus qui z iaz baptizati fuerāt in ioānis baptismate. Pro eo.n.q; in igne mālit:sacm est potius accipiendū:q̄z res sacra:vnus euāgelista refert:ioānem dixisse de seipso:z de xp̄o. Ego baptizo vos in aqua:ille baptizabit vos spū sancto z igne. Alius nō addidit. Et igne:sed tm̄ spū sancto. Cum aūt in hoc loco aqua verbum:ignis autez spūm sctūm designet:qd est q; aqua nūq; ptermittitur:pretermittit aūt aliqn ignis nisi q; verbū incarnatū:ita incarnatū est vt semp maneat in carne:z sit hō visibilis in veritate:spūs vero sctus sic columbaz z ignē assumpsit:vt tū hec peracto mysterio vltertus humanis obtutibus appare re desierit? Nempe:q; z caro humana p̄parata ex carne:verbi dei gerit imaginez:sicut colūba illa q̄ apparuit spūs scti. Cū q dē verbū caro factū:nūq; desinat esse hō spūs vero sanctus nec colūba factus eē dicaf:nec colūba pmāserit:q̄tenus hoz vn9 hoc est filius visibilis sit:pp ea q̄ facta sūt visibilia ab inuisibili z eterno deo:z alius inuisibilis p̄pter iuisibiles creaturas:z sic deus vnus sctificans oia:hoc est:visibilia z iuisibilia:visibilia qdem p filiū:inuisibilia p spūm sanctum:licet nec illa sine filio nec ista sine spū sancto:q; vnus sunt verbum z spūs sctūs cū patre deus:sed p eo q; solus filius limum nostrū accepit:spūs vero sanctus:tale qd q; esse diceret (sicut filius) nō accepit. Dis de ioāne z helya in typo filij z spūs sancti spaliter p̄batis:libet adhuc de p̄phetarib⁹ ipsoz z p̄ceptoz qnq; virorum aliqđ cōmuniter dicere z qualiter in septem mādatis q̄ facta sunt ad illos:ois plenitudo iustitie cōmetur: ostēdere. ¶ In primo p̄cepto qđ factum est ad adam:inter dicta est spāliter concupiscentia oculoz z gule:in scdo quod factū est Noe homicidium:in tertio qđ factū est habrae:petulātia carnis. In pomo nāq; vetito cōcupiscentia gule designata est:a qua nos p̄hibet dñs p apostolum dicēs. Carnis curā ne feceritis in desideriys q; aūt in esu sanguinis homicidium designet:satis manifeste textus ipse lectionis demōstrat. Cum.n.diceret dñs ad Noe. Quasi olera virentia tradidi vobis oia:excepto q; carnem cū sanguine nō comedatis:ptinus adiecit z ait. Sāguinē.n.aiaz vestraz requirā de manu cūctoz bestiaz: z de manu homis:de manu viri z fratris eius requirā aiam hois. Quicūq; effuderit humanū sanguinē:fundet sanguis eius. Designari vero in p̄putio petulātiā carnis:ipsemet p̄fusio turpitudinis docet:q̄ magis in parte illa carnis p̄ualuisse digno scit. Unde z in hoc libro in angelo sexto effundētiū septē phyalas:p seipm dñs loquit dicēs. Ecce venio sicut fur:beatus q vigilat z custodit vestimēta sua:ne nudus ambulet:z videant turpitudinē suaz. In his ergo tribus p̄ceptis ois illicita concupiscētia exteriozis nostri hois inhibetur. Sed q; nō sufficit cessare ab agendis malis:nisi iā pacta crimia subsequaf dignus penitētie fructus:subsequunt alia tria mādata:in quibus cordis contritio:oris confessio:z opis satisfactio designant. Cordis nāq; cōtritio:in sacrificio moysi:oris confessio in psalmis dauid:operis vero satisfactio: in ioānis baptismate demonstraf. De primo scriptū est in libro psalmorum. Sacrificium deo spūs contribulatus:cor contritum z humiliatum deus non despicies. De scdo quoq; in eodem volumine. Sacrificiū laudis honorificabit me:z illic iter quo ostendam illi salutare dei. De tertio quod est satisfactio operis:hoc est:mortificatio carnis: per Apostolum dicitur.

Gc.2. Act.1. Act.10. Ezc.1. Mat.3. Gc.2. Ro.13 Gc.9. Gc.9. Ap.16. ps.50. ps.49. Ro.6.

Consepulti estis Christo per baptismum in morte. Sciendum vero est duplicē esse cordis contritionē: duplicem oris confessionem: duplicez operis satisfactionē: Cordis cōtritio duplex est: qz nō soluz pro malis cōmissis ingemiscendū nobis est: sed z pro negligentia boni: pro illis: qz mortem incurrimus: pro isto: qz eterna gloria z felicitate priuamur. Est z oris confessio duplex: scdm ea que de cōtritione dicta sūt. Est.n. cōfessio peccatoz: est z iustitie: siue cum culpas proprias accusando punimus: siue cum dei iustitiā confitendo laudamus. De cofessione peccati scriptū est. ps.31. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiam meā dño: z tu remisisti impietatez cordis mei. De cōfessione iustitie: non est sermo qui referat dignus: cuz pene de toto libro ipso veluti abyssus quedam confessionuz ps.110. erumpat. Cōfitebor tibi (inquit) domine i toto corde meo: z cōfitebor nomini tuo ps.135. qm̄ bonum est. Et ꝓfitemini dño quoniā bonus: z his similia. Jacobus quoqz apostolus in epistola sua: quantū valeat peccatorum cōfessio manifestat cum dicit. Jac.5. Cōfitemini alterutrū peccata vestra. Cōfessionem quoqz laudis p seipsum exprimit salMa.21. uator cum dicit. Confiteor tibi pater: dñe celi z terre. Constat ergo duplicem esse oris confessionē: z vtrāqz pertinere ad laudem dei: licet alteram magis proprie. Tradidit nobis istud exēplo suo illo mirabili latro pēdens in cruce vt sciat vnusquisqz nostrū: qualiter z quo ordine in laudē cōditoris erumpat: qui sic vnam reuerenter exhibuit vt alteram non negaret. Obtulit.n. primo primū: ac si sacrificium ꝓ peccato: cum culpam accusans ꝓpriam: etiaz blasphemū sociū increpauit: z dixit. Neqz Lu.23. tu times deū: qui in eadem dānatione es: z nos quidē iuste: nam digna factis recipimus. Et qz sepe sacrificio ꝓ peccato iūgitur holocaustum: protinus subsecutus est dicēs. Hic vero nihil mali gessit. Utrūqz ergo cōfessio est: vtrūqz laus: qz non solum in quo iustum dicimus creatorez: laudamus eū: verūetiā i quo culpas nr̄as gbus iuste iudicamur: agnoscimus: qz nequaqz illum iustum confitemur z credimus si eum (quod absit a nobis) suspicamur crudelem: aut non iustum contra hominem exercere iudiciuz. Unde z per 1.Jo.1. Joānem dr. Si dixerimus qm̄ nō peccauimus mendacē facimus eum: z verbum Ro.3. eius nō est in nobis. Et apostolus. Est (inquit) deus verax: omis aūt homo mēdax: si ps.50. cut scriptum est. Ut iustificeris in sermonibus tuis z vincas: cū iudicaris. Si aūt deus verax est: omis aūt homo mendax: qd est qd ioānes dicit. Si dixerimus qm̄ peccatum nō habemus mendacem illum facimus: nisi qz hoc veraciter dicit veritas que mētiri nō pōt? Si auté z ipsi dicimus qd mendaces sumus miro quodam z inefabili modo in eo qd mēdaces nos esse dicimus: iam mēdaces nō sumus: qz veritatis adiutores esse incipimus: contra nos qui mendaces veraciter z culpabiles sumus. Dum.n. culpam mendacij nostri in nos ipsos seuientes in sequimur: iam non sumus qui fuimus: falsitatis ministri: sz veri discipuli vitatis: vt de nobis quoqz dici queat: quod de viro illo bono z humili: veritas ipsa dicit. Ecce vere israelita in Jo.1. quo dolus nō est. Sed quare hoc? Num qz peccatores nō sumus: aut qz is qui verbū istud ex ore veritatis audiuit: pcti macula nō habebat? Minime. Nō hoc intelligit Augustinus qui locū ipm euangelij vigiläter exponit: nec ois qui sane sapit z catholicus est. Sed ꝓpterea in eo dolus nō erat: qz se esse pctorem agnoscens: quotidie pctā sua cōfitebat dño dicēs assidue ps.50. cū ꝓpheta. Tibi soli peccaui z malū coram te feci vt iustificeris in sermonibus tuis: z vincas cū iudicaris. Debet ergo hō pctōr veritatē agnoscere si nō vult esse vacuus ab eterna salute z ꝓfiteri humiliter culpā suam: deiqz iustitiam sicut est: veraciter: predicare. Sed restat adhuc cui vacat: satisfactio operis: restat vt ad opus bonū exerceat seipsum: vt non solum verboruz folia videatur habere paruipēdēs opa pietatis: sed studeat inqztū pōt facere dignos

penitētie fructus. Sicut.n. gemina est cordis cōpūctio: z gemina confessio oris: ita gemina est satisfactio opis i ioānis baptismate designata. Sacramentū nāqz baptismi: qō perficit in aqua mortificationez veram carnis peccati z vetuste pariter vite inouationem designat. Ut igitur in eo qd baptizandus puer in sacri fontis (vt ita dixeriz) demergit sepultura mortificatio carnis peccati designata est: ita in eo qd ex fōtis lauacro baptizatus ascendit: inouatio interioris homis ab expoliatione veteris qui peccauit in paradiso: apostolo attestāte qui dicit. Cōsepulti.n. sumus cum illo Ro.6. per baptismum in mortem: vt quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris: ita z nos in nouitate vite ambulemus. Cum ergo accepta cruce sequimur Christum affligentes corpora nostra: in quibus inutiliter vitimus vt destruatur corpus peccati: illud profecto opus agimus: quod immersio in aquas designat. Cum Colo.3 vero operando bonum exultamus in domino querētes z sapientes q̄ sursum sunt vbi xps est i dextera dei sedēs: tunc illud opus agimus qō qz holocausti quondaz hostia designabat: quodqz ascēdētis ex aq̄ z viuentis post sepulture funera sacramētum demonstrat. In huius itaqz senaria obseruatione mandati: omnis purificatio consumatur: tam. s. corporis qz z mentis tam exterioris hois qui mutata (vt ita dixerim) pelle vetusta: renouatur in xpo: qz eius quod intus est spiraculum vite: qz cū sit z ipsum imundis non tam actionibus qz cogitationibus maculatum: gratia iesu xpi per tria que scripta sūt: diligēter emūdat: vt ad percipiendum ignez celestem paratum sit. Et vtiqz vt iam mūdatum: z si adhuc mūdandū quo ad vsqz brittudinē illam apprehendat: o. qua z dicit. Beati Ma.5 mūdo corde qm̄ ipsi deum videbūt. Hec tam mira perfectio designata in flagrātia ignis z ascēsione helye: nō nisi in septimo gradu conceditur: z vtiqz exercitatis diutius: z laboz virtutibus instructis: qz profecto illi digni habentur apud deum: perfectam sancti spiritus accipere libertatez: qui se pro amore dei omni subiectant seruituti: z illi contemplandi gratiam quasi die septimo cōsequanē: qz velut in sex diebus circulis actiue vite onera portauerūt.

Recte ergo de helya in typo spūs sancti mat.17. dictū est. Helyas quidem veniet z restituet omnia: qz cuz venerit (inquit) dūs ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veri Jo.16. tatē. Quia vero occasione septem stellarū a recto cursu itineris (licet nō oia sterilizter) deuiasse videmur: z quasi querentes gregi pascua transisse per inuia ad interiora deserti: libet tam nunc vel sero remeare ad iter: vt ad propriū ductum aluei: verbis vnda recurrat. Hec (inqt) dicit q tenet septē stellas in dextera sua q ambulat i medio septē cādelabroz aureoz. Quis est is q dicit ista? Iesus filius dei. Quare aūt locuturus prime ecclesie septē angelos z ecclesias totidē mētione facit: nisi vt eiusdē ecclesie q̄ scribit prima: cōprimat elationē ne se de prioratus dignitate glorificans: se ipsaz sup ceteris iactitādo extollat? Sicut n. supbi qqz ꝓuatā gloriā ambiēdo ab his quos minores extimāt: semetipsos sequestrāt: ita auctor pacis cōitate diligens: oēs amplectēdo simul vnitate cōiūgit: vt duz oium simul reminiscit: oium pariter operetur salutem seruans a tumore primos: z ab odij liuore nouissimos z vno pacis federe simul oēs cōiūgēs. Sequitur.

¶ Scio opera tua: & laborem tuum: & patientiam tuum. Ap.2.

¶ Scire dei approbare est: aut seipm esse memorē: memo z suoz ostēdere. Un̄ z seruo suo moysi qztus est in oculis suis itinerare dignat⁹. Ceipm (inqt) noui ex noie. Exo.33 Quo ztra reprobos quoz opa praua sūt: se nescire fatet. Dicit ad iudiciū venies q busdam z post multa mirabilia responsū se eē cōminatus est dicens. Discedite a Ma.7 me operarij iniquitatis nescio qui sitis. Il los ergo ignorat q sint: electos vero suos diligenter agnoscit: sicut per seipsum in Lu.13. euāgelio dicit. Ego scio quos elegerim: z

Jo.13. in alio loco. Et agnosco oues meas ⁊ co/
Jo.10. gnoscunt me mee. Sic vnigenitus Dei sciti opera ⁊ laborem patiẽtiamq; sanctoꝝ qꝫ approbat ⁊ cõmendat opus bonum: si cut per psalmistam dicit. Nouit dñs viaz
ps.1. iustorum ⁊ iter impiorum peribit. Possu mus tñ simpliciter hoc accipere: vt intel ligamus dictuz ꝓpter eos qui negligunt iussa dei arbitrantes non esse cure deo de
Mat. 16. operibus nostris: siue bona sint siue mala ad reddendã vnicuiq; iuxta opa sua: par uipendẽtes illud quod scriptuz est. Dñs
ps.13. de celo prospexit super filios hoium vt vi deat si est intelligens aut requirens deuz. Unde ⁊ de quibusdam dicit. Et dixerũt.
ps.93. Nõ videbit dñs: nec itelliget deus iacob.
ps.72. Et alibi. Et dixerũt quõ scit deus ⁊ si est scientia in excelso. Non igitur vbiq; scire dei approbare designat: sed aliqñ qdẽ hoc aliqñ vero ostẽdere se esse scientem his q
Apo.3. eum aliquid ignorare putãt: sicut ⁊ eccle/ sie sardis dicitur. Scio opa tua qꝫ nomen habes q viuas ⁊ mortuus es. Pleriqꝫve ro patiẽtiam putant: in quoꝝ ⁊ impioruz hoium tollerare perfidiam. Quod aũt vir tus sit ⁊ non vitium non posse aliqñ pati malos: posse vero pati: detestabile vitium ex presentis loci sinia aperit cũ subditur.

T.3. ¶ Et quia non potes sustinere malos & temptasti eos qui se di cunt apostolos esse & non sunt & inueniſti eos mendaces & pa tiẽtiam habes & sustinuisti pro/ pter nomẽ meũ & nõ defeciſti.

¶ Uidetur in hoc loco duo contraria ⁊ quasi repugnantia sibi in modũ verba ꝓ ferre: dum in vno eodemq; viro vel ozdi ne: patientia simul ⁊ impatiẽtia cõmendat: cum dicit. Patientiam habes ⁊ nõ potes sustinere malos. Non sunt tamen contra ria: ⁊ si esse videntur. Quis enim perseq/ retur sanctos: si errores hominum sustine rent? Quare autem qui inequales sunt: su stinent: nisi qꝫ pati persecutionem formi dãt? Et qꝫ prima ecclesiarum asie quasi fortis ad tollerãda discrimina aduersus pseu do apostolos predicantes circuncisionẽ: totis se viribus apponebat: recte in perso na primi angeli de impatiẽtia simul ⁊ pa tientia: nec non ⁊ de iustitie obseruatione cõmendatur cum dicitur. Non potes su stinere malos ⁊ non defeciſti. Fuisse autez eo tempore pseudo apostolos qui contra/ ria fidei predicarent: in epistola sua ad ga/
Gal.6. latas apostolus manifestat cũ dicit. Qui cunqz volunt placere in carne: hi cogunt vos circũcidi tñ vt crucis xpi persecutio nem non patiant. Neqz hi qui circũcidũ
Titi.1. tur: legem custodiunt: sed volunt vos cir cuncidi: vt in carne vestra gloriẽt. De ꝯbus etiam scribens ad Titum. Sunt (in quit) multi inobedientes: vaniloqui: ⁊ se/ ductores: maxime aũt qui ex circuncisio/ ne sunt: quos oportet redargui: ꝓ vniuer sas domus subuertunt: docẽtes que non oportet: turpis lucri gratia: Nmõi ergo pseudo apostolis resistẽtes fideles qui pri mi ex gentibus crediderũt: ⁊ patientes ⁊ nõ patientes fore vtiliter ꝓbati sunt. Pa tientes ꝓpter scandala que propter hoc passi sunt: Impatietes: qꝫ quos mendaces esse probauerũt: sustinere nõ poterãt. Uel certe hoc quod ait. Non potes sustinere malos: ad zelum quo peccantes arguebat referẽdum est: qõ vero addidit. Et tẽpta sti eos qui se dicũt apostolos esse ⁊ nõ sũt: ⁊ inueniſti eos mẽdaces: ad cautelam pru dentie: qꝫ nimirũ ꝑdicator verus esse non põt qui horum altero destituitur. i. q vel fidem seruãs vitioruz vepres patitur enu triri: vel pugnans fortiter contra vitia er roꝝ impietate sedatur. Sed plerunqꝫ q vtrunqꝫ habet a feruore charitatis tepe/
Mat. 24. scit: ⁊ pene appropinquat ad nihilum: qꝫ dum paucoꝝ hoium supbũdat iniqtas: refrigescit (vt ait dñs.) Charitas multoꝝ
Ecc.27 Non est aũt magnũ habere charitatez in prosperis: nisi fortis qs maneat in aduer/ sis: scriptura attestante que dicit. Uasa fi/ guli ꝓbat fornax: ⁊ hoies iustos tẽptatio
Mat. tribulationis. Unde ⁊ ꝓ seipsam veritas dicit. Qui perseuerauerit vsqz in finẽ: hic

saluus erit. Et ecclesiã illã nõ esse pseuera turã in charitate prima: mõstrat in actib⁹
Act.20 apostoloꝝ: vbi pbyteris ephesioꝝ ꝓ pau lum dicitur. Attendite vobis ⁊ vniuerso gregi: in quo vos spũs sctus posuit epos: regere ecclesiaz dei: quã acquisiuit sangui ne suo: vbi ⁊ mox subditur. Ego scio qm intrabunt post discessionem meã: lupi ra/ paces in vos non parcẽtes gregi: ⁊ ex vo bis ipsis exurgent viri loquentes peruer/ uerla: vt abducant discipulos post se. Q: igitur nõ pseuerauit in ardore charitatis quam paulo predicante conceperat: recte que de principio laudat nr: de fine increpa/ tur cum dicitur.

T.4. ¶ Sed habeo aduersum te pau ca: quia charitatem tuam primã dereliquisti.

¶ Non ait qꝫ charitatẽ dereliqsti: sed qꝫ charitatẽ tuã primã: qꝫ vz: ex pte aliqua apostatare est: de sumo ⁊ maiori bono de/ clinare ad minus: qꝫ sancta alia non re/ uertebanꝫ cuz incederẽt: sed vnũquodqz ambulabat coram facie sua. Unde ⁊ mox subditur.

T.5. ¶ Memor esto itaqz unde ex/ cideris.

¶ Ac si aperte diceretur. Non te cõsolet bonũ qõ agis: vt q̃si illud tibi sufficiẽs ar/ bitreris: sed magis affligere sup casu tuo: qꝫ minus est acceptũ coã me bonũ quod agis: nisi studeas remeare ad gradum de quo ꝓ desidiã corruisti. Hac in re oportet
ps.74 diligẽter attẽdere ⁊ vehementius timere qõ per psalmistã dr. Deus iudex est: hũc humiliat ⁊ hũc exaltat. Erectum nãqz in supbiã populũ iudeoꝝ deserut: ciuitatez illam inclitaz: in qua gloriabanꝫ iudei: hu
Isa.27 miliauit vsqz ad terram: sicut predixerat Isaias. Incuruauit dñs habitantes in ex celso: ciuitatẽ sublimẽ humiliabit: humi/ liabit eam vsqz ad terram: detrahet eam vsqz ad puluerẽ. Cõculcabit eã pes pau
Dañ,7 peris: gressus egenoꝝ. Hec vt audiuim⁹: sic ⁊ vidimus. Leena nẽpe illa quã scribit Daniel: qõ alis quas habebat: quasi aquile eleuabãt in altũ: deposita est iubente deo: a supbia sua: ⁊ supposita gressibus roma/ norum. qui diuitias bonitatis dei vsqz ad illa tempora nesciebant: ⁊ populus genti lis qui erat adhuc egenus in fidem illoꝝ ingressus est: humiliatis (re vera) vsqz ad puluerẽ: quoquot supererãt de populo iu deoꝝ. Sed num parcenduz erat oleastro: ei q̃ non pepercit olive? Ut.n. ecclesia cir cũcisionis: que hierosolymis fundata est ob veruste faustum supbie: relicta est a pe tro principe apostoloꝝ: prouidente illi do mino aliqd gloriosius rome: ita ⁊ ab eccle sia illa quam asie fundauerat paulus: isdẽ qui eã fundauerat paulus: iusto: sed occul to dei iudicio sublatus exinde ⁊ destina/ tus est rome: vbi ⁊ cũ apostolo petro mã/ sionẽ accepit. Nec hoc tñ dicentes eo tẽ/ pore cõpletaz esse dicimus cõminationẽ istam: quãdiu supuixit ioãnes nisi forte ex parte: sed qꝫ sicut post dormitionez sancti Joãnis apparuit ad nihilũ redacta est ec/ clesia illa oriẽtalis ⁊ nesciut sublato inde candelabro ⁊ alijs ciuitatibus dato. Nec
Mat. 20. est illa terribilis ⁊ districta animaduersio
Luc.1. iusti dei: qua a principio dãnati sunt ange li peccantes in celo: ⁊ seculum originale (inũdante diluuio) deletum est i exemplũ (vt ait petrus) eoꝝ qui impie acturi sunt. Nec illã causa est qua primi efficiunt vlti mi ⁊ vltimi primi: qua esurientes replẽtur bonis: ⁊ diuites dimittũt ianes: qua hi q nihil esse putant: inueniuntur esse aliqd. ⁊ hi qui putant esse aliquid: nihil esse re/
Ro.9. periuntur. Nec illa causa est: qua elegit
I.cor.1. deus iacob iuniorem ⁊ repulit primoge/ nitum esau: qua elegit deus mundi vilia vt confunderet fortia: qua vocat ea q̃ nõ sunt: vt ea que sunt ad nihilum ducat vt subditus fiat omnis mundus deo: ⁊ non
I.cor.1. glorietur omnis caro in conspectu eius. Hinc est enim qꝫ reprobato Saule ad eli gendum de filijs Jesse mittitur Samu/ el: qui tamen non est permissus vngere primogenitum eius dicente domino. Ne respicias vultum eius neqz altitudinem

Ro.16 statureeius quoniã abieci eum:nec enim
iuxta intuitum hominis ego iudico. Ho/
mo enim videt ea que parent:dñs autem
intuetur cor. Hinc est q apostolus qui vl
timus electus fuerat in ordine apostola/
tus:vt ad scrutanda mysteria sacramenti
huius in quo radix salutis nostre tota(vt
ita dixerim)manet infixa excitaret electos
loquens de seipso z de apostolis primis:
non superbie typo:sed necessitate cõpul/
sus:scripsit dicẽs. Ab his qui videbantur
Gal.2. esse aliquid:quales aliquando fuerint:ni/
hil mea interest. Deus psonam hominis
non accipit. Mihi.n.qui videbatur eẽ ali
quid:nihil contulerunt. Sed econtra cũ
vidissent q creditum est mihi euangeliũ
præputij:sicut petro circũcisionis: qui.n.
operatus est petro in apostolatum circun
cisionis:operatus est z mihi inter gẽtes:
z cum cognouissent gratiam que data est
mihi iacobus z cephas z ioannes qui vi
debantur columne esse:dextras dederũt
mihi:z barnabe societatis:vt nos in gen
tes ipsi autem in circuncisione:tamen vt
pauperum memores essemus:q etiaz sol
licitus fui hoc ipsum facere. Cum autem
venisset cephas anthiochiam: in faciem
ei restitj:q reprehẽsibilis erat. Prius.n.
q̃z venirent quidam a iacobo:cum gentj/
bus sedebat:cum autem venissent subtra
hebat z segregabat se: timens eos qui ex
circuncisione erant:z simulationi eius cõ
senserũt ceteri iudei:itavt z barnabas du
ceret ab eis in illam simulationem. Sed
cum vidissẽ q non recte ambularent ad
veritatẽ euangelij:dixi cephe coram oi/
bus. Si tu cum iudeus sis:gẽtiliter vivis
z non iudaice: quomodo cogis gẽtes
4.re.17 iudaizare? Ecce quomodo plarus est gra/
tia:qui vltimus erat vocatione. Veruta/
mẽ in hoc ipso spũale aliquid pensanduz
est:vz:q in tribus istis apostolis tres ille
tribus designate q̃ translatis decem tribu
bus in assyrios:sole remanserunt in terra
Juda z in templo domini:tribus. s. Juda
tribus leui:z tribus Beniamin:que pro
pter hoc simul tres: vna de cetero dicte
sunt. Porro apostoli nouem:decem illas
tribus designasse noscuntur:que alio ge/
nere:nouem fuerunt nimirum q tribus
ioseph geminata est in duabus: hoc est
in Manasse z Effraym:sed ne hoc ipm:
similitudine concordie carere videretur:
electi sunt duo pariter: qui non erant de
duodecim primis:vz:Joseph qui cogno/
minatus est iustus:z Mathias quibus
undecim dederunt sortem:vt acciperet
vnus eorum locum ministerij de quo pre
uaricatus est iudas. Sic z in libro isto:lo
co Dan patriarche scriptus est Manas/ Act.1
ses:ipsius Dan nomine ptermisso:quod
quare factum sit:quantum:aut intelligi:
aut opinari posse datur:loco suo dicetur.
Miro autez modo actum est circa duos
illos:vel istos:vt q vterq; erat dignus
consortio iustorum: neuter despici a do/
mino aut minus honorari videretur. Si
quidem inter duos illos: Effraym pre/
positus est a Jacob:z tamen in hoc libro:
locum dan patriarche:Manasses magis
q̃z Effraym tenere cognoscitur: eodem
modo in libro Actuum apostolorum pre
scriptus est ioseph qui cognominatus est Act.4
iustus:z tamen vt esset in numero apo/
stolorum:cecidit inquit sors super Ma/
thiam. Igitur apostoli nouem cum bea/
to isto Joseph qui cognominatus est iu/
stus: decem illas tribus designãt q̃ a tri
bus suprascriptis tribubus deportate
sunt. Eaſdem vero tres tribus: Jacobus
z Cephas z Joãnes: Barnabas vero gẽ
tez grecorum: Paulus qui z minimus
latinorum. Significant autem hoc apo/
stoli cum mulieribus sanctis: z Maria
matre Jesu: quatenus in mulieribus de
signentur ecclesie:in apostolis vero prela
ti ecclesiarum. Que cum ita se habeant:
qd est q preter missis nouẽ apostolis:triũ
trium apostolorũ:sacti apostolus mẽtio/
nẽ:nisi q nouem tribubus illis quarum
vna gemina fuit elongatis a patria in tri
bus que supererant tribubus: cõpleta est
promissio Dei: z in ipsis effusa sunt a
principio dona spũs sancti paulq̃ greci

z latini querterentur ad dñm? Quid vo
esse dicimus:q ita tres:illos apostolos q̃s
tepuisse in gratia:testat Paulus:nisi q fi
deles ex circuncisione emulantes legẽ:ex/
cidere cepunt a gratia:nimiz: cum z for/
tes quiq; dissoluerent z repescerẽt in hac
parte:timẽtes multa illa millia que crede/
rant:z oẽs vt testati sunt fratres:q̃ ve
nit ad eos Paulus emulabant legẽ? Qua
2.cor.3 in re pẽsandum est:q̃z vera sit eius dẽ Pau/
li sententia:qua dr:littera occidit: spiritus
aũt vivificat:cum legamus Paulus timo
re,scandali aliqd sm ritum egisse:qui se ar
guisse gloriat: Petrum in quo se agẽtibus
segregabat: Sz z illud qd esse dicimus qõ
adiunctuz est:ita vt z Barnabas duceret
in illam simulationẽ:quasi grauius aliqd
fuerit q deliquerit Barnabas: q̃z q Pe
trus apostoloz primus:si ita est ad litterã
obsuandum:z non potius qõ completuz
cernimus in natione grecoz designata in
Barnaba? Quorum quidem plurimi in
iudaismum prolapsi sunt: sicut Galathe
nonnulli in obseruatione quartedecime
lune: quidam vero in illicita copula car/
nis:sacerdotum iudeoruz imitatores effe
cti:quod totum significat Barnabas du
ctus in simulationem Petri. Et ob hoc
Gal.2. dictum est a Paulo: Ita vt z Barnabas
duceretur in illam simulationem: Gra/
uius si quidem z importabilius visum est
electis dei:q z in populo gentili error iu
daice superstitionis inualuit: q̃z q in eo
dem populo iudaico: veluti ex antiquo
vsu inueterato eradicari neq uibat. Ve/
rum hoc exempli causa: Nam non solum
non arguitur de verbo hoc Ephesiorum
ecclesia: verumetiam q non receperit
pseudo apostolos:commendatur: sed de
hoc solummodo increpatur a domino:
q reliquerit charitatẽ suam primaz:q nõ
in eo seruore pmanserit in quo aliqñ fuer
sari visa est:q tñ seruoris dãnum dubium
esse nequit:q pp gloriationẽ priorats ac
ciderit: Designat quippe Ephesioz eccle
sia:que prima est in numero aliaz:oẽm re
ligiosam ecclesiam: que sub beato Joãne
apostolo z euãgelista (cuius est liber iste)
tpe eodẽ degebat:de qua dubitari nequit
q̃z magne fuerit pfectionis z glorie:oibus
diebus illius tpis quo doctrina z exẽplis
eius necnõ z miraculis instituta est:a qua
tñ pfectione:processu tpis frigusse cogno
scit:z sicut pñs seculi probat dies:quasi ad
nihilum deuenisse. Videmus enim com/
pletum esse in regione eadẽ:z pene in om
ni gẽte grecoz: que prima post Hebreos
audiuit ab apostolis vbum dei:q ei in spẽ
ecclesie Ephesi cõminatus est sm̃o diui/
nus:haud dubiuz: q nõ digne penitẽtiaz
egerit. Nam si penituisset ex corde:can de
labrum de loco suo motuz in locum aliũ:
non fuisset: Quia vero non ex corde pe/
nituit: in alia religione: z populo can/
delabrum ipsius repertum est: Sic enim
dictum est illi:ab eo qui nouit omnia an/
teq̃z fiant.

¶Memor esto itaq; unde exci/ T.6.
deris & age penitentiam:& pri/
ma opera fac. Sinautem uenio ti
bi cito & mouebo cãdelabrum
tuum de loco suo.

¶Si perimus ordiné rei geste cum hijs
que in preteritis seculis accidisse noscunt:
quo translatum sit candelabrum Asie: si/
gnis manifestiozibus vestigare valemus:
Ut enim inter septẽ tribus quaz supra se
cimus mẽtionem:tribus Beniamin prio
ratum obtinuit: ita ecclesia Ephesina in
reliquis infrascriptis ecclesijs:licet autem
beatus Paulus: qui ex Tribu Benia/
min processisse cognoscitur: vniuersas
Ciuitates Asie: Dei verbo repleuerit:
specialem tamen prerogatiuam ecclesie
Ephesine: ex libro actuum Apostolo/ Actuuz
rum: contulisse monstratur: vt quasi al/
tera Tribus Beniamin: q veteri succes/
fisset: in gentibus videretur. Regna/
uit autem in illa Tribu: Saul: in ista
ex eadem Tribu progenitus Saulus qui
cognomi natus est Paulus:quorum qui
dẽ primus vnctus est oleo:sed q̃z beatius

sedis:non tam oleo qz spiritu sancto. Ille ad tutelam corpoz:iste ad regnum aia/
2.reg.2 rum: Postqz aūt translatum est regnum ad Dauid:z ad tribum Juda:z recedentes decē tribus a domo Dauid:elegerunt
3.re.12 sibi regem Jeroboam filium Nabath:so/la tribus Beniamin adhesit tribui Dauid:suppresso z quasi deleto noie eius: ita vt cum essent due:sola tribus Juda remā fisse domui Dauid:in reguz volumine reserat. Simile quoqz aliqd in ecclesia accidisse cognoscimus: si gesta Pauli z Petri:similia:ꝫm aliqd gestis Saulis z Dauid fuisse pēsamus: Petrus nāqz cui dixe
Joā.21 rat dns. Pasce oues meas:z cui rome regalis sacerdotij presignauerat locum:aliqz to tpe dispensante ipso:mansit Hierosolimis:presidēs ecclesijs circuncisionis: que vsqz anthiochiam ppagate sunt. In ea qp pe de lege z gratia nō modica disceptatio facta est:nec furtiue vt in Galatia:sz manifeste coā gētibus:z iudeis vtpote velut in
Act.15 finio posita: vtpote que inter Judeoz z gētium limites distinguebat. Paulus aūt cum Barnaba missus ex eadē vrbe a spiritu sancto:predicando z proficiēdo in fide
Ibi.19 Christi. puenit ephesum. Ad quoz atus est autē in ea ptinue p biēnium:disputans z suadēs de regno dei:ita vt oēs qui habitabāt in Asia audirēt vbum dei:iudei atqz gētiles. Sicqz factū est: vt prius regnaret paulus in gētibus qz Petrus: sicut prius regnauit Saul ex tribu Beniamin:qz Dauid ex tribu Juda: z tñ iuxta legē paternam:maioz fuit Dauid qz Saul:qz iudas
Ge.29 pater Dauid precessit natu: Beniamin: patrē Saulis:ita vt nec isto modo si pzudēter pēsatur:desit similitudo pcordie. Sequutus est aūt Petrus Pauluz:z inthronizatus est Rome: ibiqz est suscitatum in spiritu regnum manu fortis Dauid. Ammotus est aūt Paulus ab epheso:pgēs alligatus spiritu:tanqz moriturus in carne: iunctusqz est Rome: Petro apostolorum primo: vt qūo gloria que iure Hierosolimis debāt:ammittēte Ruben primogenita sua:translata est Rome cuz Petro:ita quoqz candelabrum ephesi: Rome transferē cum Paulo:siue vt dicamus verius: sequēs Paulum:vt qūo post morte Saulis:tribus Beniamin vnita est tribui Jude: z ita fortiter vnita: vt discedentibus
3.re.12 alijs:ipsa insolubiliter eidē alligata maneret:ita gratia illa que Asie a principio collata est:cum ea que Hierosolimis data fuerat ad fructificandum iusticie ꝫm vtrāqz vitam in vno latino populo ꝓueniſſe noscaē. Utiqz z in Saule designabatur hoc ipsum:qñ filia ipsius matrimonio iungebaē Dauid:vt quasi deficiētibus viris qō de fine colligi:humiliata eius posteritas velut ad tribuz alteram migraret: que nerursum supbire ꝓtingeret:posteritatis:p/pagine priuata est:non vt tribus ipsa deñceret:que tribui Jude ꝓiuncta esse cepit: sz vt nihil in ea supesset de stirpe regia:nisi claudū z debile:qō repugnare supno arbitri potuisset. Inde est qp Paulus rome pprium successoē non habuit:sz in vna sede Petri cum eo pariter susceptus est:vt
Joā.10 compleret sermo Christi:quē dixerat:Habeo alias oues que non sunt ex hoc ouili: z illas opz me adducere:z vocē meam audiēt:z fiet vnum ouile z vnus pastor: qn immo vt magnum illud panderet misterium:quo sic credimus regē Christū vez esse filium summi regis: vt tñ vtrumqz simul vnum regē esse credamus:sicut vnū dñm z vnum deum:Qd aūt ait:Sinautē venio tibi:Ad tps Dioclitiani referēduz est:qui residens in partibus oriētis: supra modum partes illas afflixit:z vniuersum cultum religionis in desolationē redegit: Simili modo deus oipotēs venire se ostēdebat ad Sodomam:qū dicebat. Clamor
Ge.18 Sodomoz z Gomorreoz multiplicatus est:z peccatum eoz aggrauatuz est nimis: descēdam z videbo vtrum clamorem qui venit ad me ope compleuerint:an non est ita:vt sciam:Hic est ille aductus eius occultus:quo in alio loco libri huius minat dicēs:Ecce venio sicut fur: Et de quo simili modo:p Apostolum dr. Dies dñi sicut fur in nocte. ita veniet. De hoc die fur
Apo.3 Tes.5

Esa.15 tius aduersus dñi p prophetam dicitur. Ecce dies dñi venit crudelis z indignatione plenus. ad ponēdum terraz in solitudine: z peccatores eius ptercdos de ea. Verum hoc de generali plaga Babylonis:que in sexta parte huius libri: solēniter scripta ē. Istud aūt spāle est:z ſm partē sicut z illud
Matt. 24. spālissimum qō in euangelio legitur. Veniet dns serui illius in die qua non spat:z hora qua3 ignorat z diuidet eum:partēqz eius ponet cum hypocritis: Quia vo nullum bonum irremuneratum relinquitur: ēt in hijs qui grauiter peccant:atqz etiam cōmēdat deus bonum angeli huius:qp inter detrimenta charitatis vigilanter seruabat: Nam subditur.

T.7. ¶ Sed hoc habes bonum quia odisti facta nicolaitarū quæ & ego odi.

¶ Fertur auctorem huius hereſis Nicolaum:qui vnus de septē dyaconibus:fuisse describit: Dicitur aūt Nicolaus iste habuisse spetiosam vxorē:quam ignorans castitatis bonuz:ardēter z lubrice diligebat: Qui cum argueret de zelotipia quam habebat in ea:exposuisse eam:dr:volētibus abuti ea. Hocqz modo multiplicatis seqcibus:hereſiarcha huius sceleris:illoz oiuz factus est: Hoz itaqz facta:nulli melius qz castitatis zelatores cōmēdantur odisse:qz nimiz sex luxurie tam seruida z tam horrida est:qz hijs qui vitaz castam elegisse noscunt:seu ēt qui habētes vxores quasi nō habētes sunt:tenētes eas causa prolis:magis qz libidinis:z non tam zelo ꝓcupiscētie:qz odio nephandi sceleris a fornicatione seruantes: Laudat aūt angelus ecclesie ephesi habuisse bonuz istud:qz institutus a principio doctrina Pauli didicit:quo affectu dēat qs diligere vxorē suam:z qz nō liceret absqz certa causa viz ab vxore discedere:z alij dimittere derelictam. Igit z si arguit de remisso charitatis ardore:laudatur tñ in ea parte in qua laudabilis erat vt non disperaret de culpa:sz ageret penitētiam de ruina: At qui diu pp bonuz qō hz expectatur vt peniteat:si expectatur vt plus hēat non puertit: ēt qō videtur hre remouet ab eo: Sic sic tabernaculum dñi qō fecerat Moyses: multo tpe seruatum est in silo:sz qñqz repulsum est:z translatum in iuda:sicut z p psalmistam dicitur. Repulit dns tabernaculum silo:taberna
hos.17 culum suum vbi habitauit in hoibus: Et infra. Et repulit tabernaculum Joseph:z tribum Effraym non elegit:sz elegit tribum iuda mōtem syon quē dilexit: Erat aūt z candelabrum Moysi in tabernaculo illo:sicut z cetera vasa tabernaculi:que ofa translata sunt in tēplum qō edificatuz est in iuda:vt hoc qō in testamento nouo spāliter dicitur ostēdatur in testamēto veteri ēt rebus mysticis designatum: Cum
Ge.30. igitur ꝓset Joseph z Beniamin fratres vterinos fuisse:z non modicam inesse cōcordiam inter Josue qui princeps fuit in
Jos.18 tribu Joseph:z septē tribubus heredita/tē diuisit:z Joānem euangelistam qui septē libroz istum delegauit ecclesijs: satis manifeste ostēditur:qp z repulsio tabernaculi Joseph ad oēs tribus illas ptinuerit: z remotio candelabri ephesine:ad oēs oriē tales ecclesias:vt enim iterare non pigeat qō alibi dictum est:sicut duodecim tribus Israel egresse de Egypto:precedētibus se Moyse z Aaron ad obtinendam terram
exo.14 Chananeoz transire de gēte in gētem coroaliter vise sunt:ita egressi fideles a synagoga Judeoz̄ precedētibus se duobus apostolis: Paulo:vz:z Barnaba ad possidēda regna gētiliū:tpe magis qz gressu pedum: z profectu qz incessu introire ceperunt: Obeuntibus aūt Aaron z Moyse:factus est ꝓceps populi iosue:z nihilo
Nu.27 minus Paulo z Barnaba euntibus ad regna celoz Joānes euangelista, in Asia specialē obtinuit principatum. Sz z Caleph qui erat de tribu iuda:cuius socius fuerat
Nu.14 Josue:maxime autez in gratia z fide:data est in sorte Ebron:in quo ꝓcessu tpis regnauit Dauid: z nihilominus apostolo
Jos.15. Petro cuius spālis socius fuerat Joānes: data est romana ecclesia:in qua qñqz Pa/

S. Syl. uester. pa Siluester: totius regalis sacerdotij solenem obtinuit potestatem: Erat aūt vsq; ad tps illud preclara illa Petri hereditas obruta fructibus z spinis: ita vt non possz libere vti potestate sibi tradita: repugnantibus in ea principibus Romanoz z que rētibus nomen Christi ppetue delere de terra. Sane q; prouincia Asie longe distat ab vrbe Roma: no ita poterat religio christiana in ea offendere a principio animum augustoz: q; aliter vicina z visa: aliter longinqua z audita pturbant: Duo itaq; electi sunt de veteri: z duo de nouo: Josue ō tribu Joseph z Caleph ortus de tribu iuda: Joānes iunioz qui ꝓcordat cuz Josue iunioze: z simul cuz eo Petrus senioz: qui miram bz ꝓcordiam cum Caleph senioze. Ut ergo a principio ingressionis filiorum Israel in terram Chanaā: Josue qui erat de tribu Joseph: in vniuersitate illius populi obtinuit principatum: q̄z q̄z tam magnus esset Caleph in ꝓspectu dñi: vt iratus ꝓtra principes qui detraxerunt terre:

Nu. 14 loqueretur dices: Seruuz meum Caleph qui plenus almo spiritu: sequutus est me: inducam in terram hanc quam circuiuit: z semen eius possidebit eaz: ita z si beatus Petrus possidēdi hereditatē dñi: promissionē accepat: q; tñ vndecim ecclesie in populo grecoz fundate sunt: in qbus a principio vigebat fides: cum nec dum occidētalis ecclesia: que vocatur latina: caput erat

Ec. 29 gere sinerer: maioē tunc tps sanctus ioānes habuisse in principatu ecclesie: preogatiue titulum videbaf: vtpote qui tam multe grecoz: vt tñ Christi apostolus sequebant ecclesie: Nam pro eo q; ibi libere predicabaf nomen Christi: qđ pre timore principum non licebat: z defuncto apostoloz principe: cum ceteris coapostolis suis Joānes longo tpe supuixit: non immerito: vt tanto Christi apostolo oēs obtempabant ecclesie: qui subtractis ex hac luce fratribus: solus ex oibus superesset: Dictuq; factum est: vt qūo in tpe illo Josue qui fuit de domo Joseph: apud filio israel obtinuit principatum: ita apud oriētales in tpe ꝓsimili sanctus Joānes qui ad illā ptinere videbaf ecclesiam: que succedēti/bus tpibus: constantinopolitana dicta est: Si aūt queriē de postremitate ipius: cur non z ipsa: sicut z cetere a principio: habuit nomen suum: ea pfecto causa est: qua Petrum seniozē ceteris: iuniozē Joānem esse voluit is qui preelegerat illos: coniugēs z ꝓtederās eos in equalitate honoris: vt hij qui medij sunt: scandalizari neque/ant: z extinctis vbiq; zeli facibus in iocūditate quiescant: Tex hoc quo ad patriarchatus gloriam: que eidē ciuitati regie ꝓcessu tpis data est. Alias aūt ecclesie qbus scribit Paulus: Corinthioz. z. thesaloni/ca: z alie qbus mittit epistolas: velut in familias Effraym reputate sunt: Repulsuz est aūt tabernaculum Joseph: sicut z Regnum Beniamin: que fuit prima inter se/ptem: z electa est in regnum z in tēplum dñi: tribus Juda: Quia vero domus Da/uid: cui data est sublimitas regni oblita beneficij q̄ accepit peccauit coraz dño deo suo: datus est item principatus Effraym: z assumpta est itez q̄ocunq; a dño Tribus illa de qua dictum fuerat. Repulit tabernaculum Joseph: z tribum Effrez nō elegit: z ꝓstitutus est in ea Rex Jeroboaz filius Nabath: z post ipsuz ꝓstructa est Samaria in vrbem regiam: in qua z regnauerunt Reges israel: sicut z Reges Juda in Hierusalē. Eodem modo factum est in ecclesia: si rex gestarum ordinē diligēter pe/samus: In diebus deniq; Cōstātini augusti: ecclesia Romana que est altera Hierusalē: obtinuit priuilegium ab eodē Augusto vt sicut sibi veraciter datum erat a domino: ita esset caput fideliuz: z mater omnium xpianoz. Postq̄z autez firmata sint sedes impy in ciuitate Bizanzea: facta est muro mō velut altera samaria in tribu Effraym: que esset z ipsa caput: non oium: sz multaz ecclesiaz: eaz dico: que ꝑm alia: qđ: separate sunt: vsq; ad presens a romana ecclesia. Et que sunt ille vl que fuerūt: Alexandrina: Hierosolymitana: Anthiochena: z sex ecclesie Asie de quibus sermo

est. Sane ephesina ecclia: q̄ fūdata ē a paulo mediāte eodē paulo: romane i spū iucta est: Si aūt a finibus alexādrie vsq; ad mare angustum: tres z septē ecclesie antiquitus fuisse noscunf: liquet q; ab eodē mari angusto: qđ diuidit inter Europaz z Asiā quousq; veniaf ad fines Latinoz: in Constātinopolitanam eccclesiam reputatū est: atq; in ea verissima filiitudo Effrayz: que sola preceteris tribum Juda in filioz similitudine subsequuta est: sola suscepto Regno in emulatione cōmota. Sicut enīz inter Judam z Effraym suborta est inuidia pp regnuz: ita inter romanam z ꝓstantinopolitanam ecclesiam: lz scissura illa que facta est p Jeroboam filium Nabath in ira sua fieri pmiſit deus iustus: quēadmodū z iter duas ipsas maiores ecclias: romanā. s. z ꝓstātinopolitanā: iusto omnipotētis dei iudicio accidisse videmus. Neq; enim aut illud: aut istud absq; dei nutu accidisse credēdum est. Sz tñ qd differat inter romanam z ꝓstātinopolitanam ecclesiā: ex hijs

3. Re. 12 que loquutus est dñs Jeroboe extimare

3. Re. 11 valemus: Si (inquit) ambulaueris in vijs meis z feceris qđ rectum est coram me custodiēs mādata mea: z precepta mea: sicut fecit Dauid seruus meus: ero tecum z edificabo tibi domuz fidelē: qūo edificaui domum Dauid: z tradam tibi israel: z affligā semē Dauid sup hoc qđ cum dixisset protinus adiecit z ait. Uerūtamen non cunctis diebus: Igit z Regnum Samarie z potestas ꝓstantinopolitane ecclesie: tpalia fuerunt: regnum vō Dauid z potestas romane ecclesie: in ppetuum pmansura: q; z de Dauid dictum est. Et thronus eius sicut dies celi. Et Petrus audire meruit a

Ps. 88. dño: in typo romane ecclesie: Ego rogaui

Luc. 22 pro te vt non deficiat fides tua. Tex hoc totum si meminimus: dictuz est p sancto Joāne: cui diximus in spiritu oriētales ecclesias subiacere: z q; ita ptineat ad euz ecclesia ꝓstātinopolitana: qūo ad Josue tribus Effrayz: Et q; sicut pcessu tpis de tribu Beniamin: qui fuit frater vterinus Joseph: electus est Saul filius Cis: qui esset rex in populo israel: ita in ephesina ecclesia Paulus egregius predicatore: regnare spiritaliter visus est: q; vz qūo p; ius Effrayz Josue, sublimata est in Josue: z post ipsaz: Beniamin in Saul: z post Beniamin tribus iuda in Dauid: z rursuz resumptis viribus: sublimata est Effraym: ita sanctus Joannes cui subiacet sorte spiritali: oriētalis ecclesia: a principio vocatus est cuz Petro: z apostolus ordinatus: lz non esset rex ꝑm istud: lz q̄si princeps: z secdo electus ē Saulus: qui ephesinam q̄si rex fundauit z gubernauit ecclesiaz: z tertio Petrus inthronizatus est rome: z ad postremum: missus est ioānes ad partes illas: qui regeret multo tpe orientales ecclesias. O q̄z volubilis Eze. 1. est rota Ezechielis ꝓphete: z quēadmodū impetus spiritus huc illucq; discurrit. Illud aūt pro quo hec dicta sunt: cōmemorā dum video: vt ad inceptam exponēdi seriē remeare possimus: Diximus trāslatuz esse tabernaculum sylo in tēplum dñi: qđ Ps. 77. alio genere repulsum esse describif: sicut z tabernaculuz Joseph: z domus Saul: qđ totum si bñ ꝓspicitur: oriētalem intuef ecclesiam: in qua vz ecclesia primum cādelabrum designaf in ephesina ecclesia: erectuz est ab ipso principio: sz pp tepiditatē illoz amotum est candelabrum de loco suo z datum est latine ecclesie: quēadmodum proculpa iudeoz: sublatum est ab Hierosolymis regnum z datum est genti faciēti fructum eius: Et q; pari modo in gēte greco Mat. 21 rum: quēadmodum z in populo iudeoz: misteria diuina pacta sunt: ꝑm qđ z liber actuum apostoloz z liber iste demonstrat: merito ab vtroq; populo sectatore exteriorīe: gratis sublata est: z data latinis: q; z plāte herbaz non adeo in loco vbi sate sunt: quēadmodū i alijs locis ꝓficiūt: nōq; trāsplātant z radicant z crescāt: Qđ si charitas quā reliqsse arguif: nō aliūd ē q̄z grā z donū spūs sci: qđ miz si tollif grā a ppō q sectatoz ē lre: cū itārū sibi ꝓtraria sint lra z spūs: vt loquēs ō vtroq; apls: iter cetera q̄ de eis scripserat: psequaf z dicat: Lra occidit spūs aūt viuificat: Hoc est enīz illō qđ 2. Cor. 3.

Gal.3 in quibusdam arguebat dicens. Sic stulti facti estis: vt cum spiritu ceperitis: nunc carne ꝓficimini? Sz qz iste non arguit susceptisse falsos apostolos: sz econtrario: commendatur non recepisse: liquet qz nó arguitur de lra testamẽti priorꝭ que erat in circuncisione: sz de lra testamenti noui que z ipa spiritualis erat intelligẽda: vt vz qđ ait
I.tbio.3 I.Tim.1. apostolus: de sacerdote vnius vxoris vir: non intelligat ad lram: vt Greci volunt: sz magis in spiritu: vt non alia intelligat vxor eius: qz ipa cui preesse dr ecclesia: z similiter. Differt ergo inter vtrosqz lre sectatores: qz quo vicinior est lra spiritali intellectui: eo minus peccat: z quo longius distat ab ipso: eo magis qui eusmodi est: in carnis corruptione ꝓficit. De eis enim qui circuncidebant: qz digni fuerint ꝓtumelys: apostolus ostendit cum dicit: Videte canes: videte malos operarios: videte concisionẽ. Illy autẽ qui inter carnẽ z spiritum agebantur: merito ex parte laudant: z ex parte vituperantur: vt z spatium penitẽtie datum sibi forte intelligant ad salutẽ: z quãdoqz non ꝓfuturis imminere ruinam: Illa decolia vt audiuimus: sic z vidimus: Ut enim sacra scriptura testata est de futuris: ita luce clarius de preteritis rez experientia probat. Sz qz non otium est hȳe aures mẽtis: z ponere corda sua ad intelligendum recte subiungitur.
Phi.3

Z.8. ¶ Qui habet aures audiendi: audiat: quid spiritus dicat ecclesiis.

¶ Aures audiẽdi precordia docibilia vocat: ad differẽtiam eoꝝ qui audiẽtes non audiunt: z videtes non intelligunt: sicut ꝓ semetipsa veritas his qbus audire z intelligere datum erat: loqtur dicẽs. Vobis datum est nosce mysterium regni dei: ceteris aũt in parabolis: vt videtes non videant: z audiẽtes non intelligant. In eo vo qđ ait. Quid spiritus dicat ecclesijs: magnum nobis misterium tacite cõmendat: Qđ. s. misteriuz tanto est nobis subtilius: z diligẽtiori animaduersione scrutandum quanto ꝓ omnes ecclesias iterum atqz iterum replicatur.
Luc.8.

¶ Scriptum est aũt in euãgelio: qꝫ cum dñs noster Jesus Christus pũtaret in tẽplum: obtruserunt pro eo dño par turturuꝫ: aut duos pullos columbaꝝ: Duo pulli columbe: duo sunt opa spiritus sancti. Vnũ christi incarnatio: alterꝫ effusio charitatis: Unus pullus: sponsus ecclesie: qui est xp̃s Jesus. Alius sponsa ipsius Christi: que vocaꝫ ecclesia: Quia vo prelati ecclesiaꝝ vicẽ Christi gerunt in terris: ogtur eisdẽ Christus in scripturis sanctis vt sciant qđ agere dẽant z qualiter subditoꝝ onera proiectusqz disponant: Quo aute possunt fratres ꝓuenire in vnum cum inter eos sint aliq aiales qui deorsum premunt z quotidie ꝓauis moribus impugnãdo ꝓfectos: fraterne vnitatis vinculum enodare festinant: nisi eos ipse qui preest opportune corrigat: z multos saltẽ z renitẽtes ad ea que pacis sunt increpando compellat? Letez si sicut expedit edificare subditos nesciat vbo: si non sufficiat pro mandato sancte regule ꝓferre noua z vetera: de horreo xp̃i: pro rpe tẽ z loco z causa dispẽsari põt: dũmodo subiectaz sibi ecclesiam a prauis verbis z actibus studiose coherceat: ad assiduum ꝓfectum proprijs exẽplis muniet: in labore: lectione z oratione instituat: decet enim rectores docere z instituere subditoꝝ ecclesias: z summope impartiri subditis: qđ ipsi accipiunt ab vno magistro: vt veluti p quosdaz ciatos effundatur vinum doctrine in corda fitẽtium verbum Dei: z irrigẽtur prata aiaꝝ fidelium: Clerũtamen z si docẽt ipsi (immo Christus p eos) multum tñ interest inter vbum auditum z gratiam spiritualiter infusaz: qz ibi homo loqtur: sicut homo: hic non homo loqtur sz spiritus dei vivi: Loqtur enim Christus in Paulo: Paulus loqtur z docet ecclesias: sz longe altius intelligit Paulus a Christo: qz homines a Paulo: z ideo necesse est vt sequaꝫ illud qđ in actibus apostoloꝝ scriptum est: Adhuc loquẽte Petro: cecidit spiritus sanctus sup oẽs qui
Luc.2.

quod inique ꝓceperant: in delictum leui
us commutarunt: vendẽtes: vz innocẽ
tem sine pollutione manuum: quez ꝓtius
se dixerant occisuros. Hic a tam magno
scelere: nec in parte: nec in toto resipu
it: sed ad augumentum concepti crimi
nis per eum ipsum qui moriturus erat:
litteras dolo plenas: ꝓ hocipso dire 2. reg. 11
xit. Commisit ergo duo pariter: tam gra
uia: tam noxia crimina: nec tamen a
pio domino reprobatus est: quia sic

est penitẽtia purgatus a scelere vt dealbatus sup niuem: audeat ꝓfidenter clamare dicens. Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te ꝙuertẽtur. Sed huius ⁊ penitentiam legimus: ⁊ flagella qbus correptus
ps. 50. est: ⁊ remissionem delicti. Illoꝝ vero penitẽtiam nusq̃ legimus: qꝝ in nulla reperit scriptura: nisi forte illud sufficere potuisse dixerim: qꝝ territi in egypto arguebant semetipsos dicentes. Merito hec patimur:
Ec. 42 qꝝ peccauimus in fratrem nostꝝ videntes angustiam aie eius dum deprecaret nos: ⁊ non audiuimus. Confessio nãq; ista penitẽtie fuit: quam ⁊ si eis ad penitentie fructum sufficere potuisse: scriptura nõ dicit: dubium tñ non est: posse eos ꝑ hanc ꝓfessionem: plenam ꝓsequi indulgentiam: quos ꝓstat agnouisse culpam: ⁊ penituisse de crimine. Quis nẽpe peccator eoipso iustus eẽ icipit: quo sentẽtiam iudicis iustã esse fatetur. Quãuis nõ incõgrue forsan: iusto dei dicimus actum esse iudicio: vt illoꝝ semẽ egyptij seruitute comprimerẽt: quoꝝ patres iustum viꝝ genti extranee vendiderunt. Nec illud discrepat ab eodem sensu:
Gen. 15 qꝝ quadringentis annis eoꝝ protenditur incolatus: ⁊ quarta generatione a seruitute egyptia liberantur. Cõcordat autem illi sententie: quam ꝑ Moysen dñs manifestat: cum dicit. Ego sum deus fortis ⁊ zelotheꝰ: qui reddo iniqtates patꝝ in filios:
Exo. 20 in tertiam ⁊ quartam generationem. Mã ⁊ crimen illud magnum Dauid in semẽ legitur redundasse peccãtis: interfecto primus filio: qui sibi de adultera natus est. Sic sic amãdus ille ⁊ terribilis dñs: ⁊ misericordiã idulget plenius: ⁊ finevltionis examine peccata delinquẽtium non dimittit. Sic ꝑ baptismi gratiam peccatum originale soluitur: ⁊ tñ pena mortis quam pro eo homo meruit: nõ deletur. Sed de hoc alias. De patriarchis autem sermo erat. Utꝝ tanto illo honore digni esse valeant apud deum: qui fratrem innocẽtem: ⁊ simplicem ꝑ malitiam vendiderunt: qꝝ iuste (vt iam diximus) queri posset. Si Dauid tantus ꝓpheta nequaq̃ surgeret post ruinam: Si Petrus etiam post piurium: ⁊ Paulus post homicidium: ad culmẽ glorie nõ venirent. Restat ergo vt quoꝝ nomina in hoc libro Apocalypsis: taꝫ lucide scripta sunt: vt duodecim millia sanctorũ per singulos signati esse scribantur: regnare cum deo viuo credamus: qꝝ vt ipsa veritas dicit. Nõ est deus mortuoꝝ: sed viuẽtium. Utrum vero ad seniorꝝ numeꝝ pertineant viri ipsi: non qdem auctoritatis assertio: sed opinio aliq̃ esse potest: q̃uis nõ ignorez multa occurrere: que huic opinioni resistant. Equbus est illud: qꝝ cum prelium spũale: nõ sit cõmissum in hasta materiali: sed in gladio spũs: quod est verbum dei: satis admodum absurdum videtur vt illis viris tanta prerogatiua glorie collata esse credaꝫ: qui certasse vsq; ad mortem ꝓ iustitia non leguntur: nisi forte audeat qs negare occubuisse etiam tunc nõnullos ꝓ ꝓfessione veritatis: ⁊ nõ defuisse viros pfectos veteri testamento: qui pro defensione iustitie coronarentur martyrio. Sed quis negare audeat qđ xps dicit: aut inter dubia ducere: qđ veritas ꝓfitetur? Ue (inqt) vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: q edificatis sepulchra ꝓphetaꝝ ⁊ ornatis monumẽta iustoꝝ: ⁊ dicitis. Si fuissemus in diebus patruꝫ nostroꝝ: non essemus socij eorum in sanguine ꝓphetaꝝ: Itaq; testimonio estis vobismetipsis: qꝝ filij estis eorum qui prophetas occiderunt. Et post pauca. Ut veniat (inqt) sup vos ois sanguis iustus qui effusus est sup terram: a sanguine Abel iusti: vsq; ad sanguinem Zacharie filij Barachie: quem occidistis inter templuꝫ ⁊ altare. Ubi ⁊ illud magis viget: qđ in hac secunda parte: vbi de martyribus agit: ⁊ manifeste sedes iste vigintiquatuor qbus seniores ꝓsidẽt: electas scoꝝ martyꝝ legiones designant: nec alias q̃ illas de qbus in sequentibus ꝓr. Audiui numeꝝ signatoꝝ centũquadragintaquatuor millia ex oi tribu filioꝝ israel. Ex tribu iuda duodeci millia signati. Ex tribu Rubẽ duodecim millia signati ⁊c. Et siqui sunt alij qui pertineant ad sedes istas: ⁊ absursum satis
mat. 22.
Eph. 6.
mat. 23.

videtur: vt credãtur esse principes sanctorum martyꝝ: qui exemplum martyrij: seu virginitatis: posteris nõ dederũt: ⁊ si alio genere magni esse potuerint: maxime cum in oi tpe prioris testamẽti: vsq; ad tps quo liber iste editus est a beato Joãne: ex nulla hystoriaꝝ veteꝝ ꝓsideratione occurrit fuisse ex illo populo: tam multa sanctoꝝ milia: qui pro dei noie: aut pro iustitia morerentur: ex qbus duodecim de vigintiquatuor sedes pfici potuissent. Rursuꝫ numerus iste in sexti aptione signaculi colligendus esse mõstratur: eo. s. tpe quo ꝓsumandum esse credimus illud qđ apostolus dicit. Rom. 11. Cum plenitudo gentium intrauerit: tunc ois israel saluus fiet: mihiq; de eo ptinere ad vetus testamẽtum: nisi forte dicat aliqs: eo tpe colligẽdam esse summã istam ex oi tribu filioꝝ israel: quo isdem iudeoꝝ populus ꝙuertetur ad deuꝫ. Sed si hoc iure tenetur: qualiter accipiendum est illud qđ ꝓtinus subinfertur. Post hec vidi turbam magnaꝫ quam dinumerare nemo poterat ex oibus gentibus ⁊ tribubus: ⁊ populis: ⁊ linguis: stãtes ante thronuꝫ in cõspectu agni amicti stolis albis: ⁊ palme in manibus eoꝝ: maxime cum de vtroq; populo: veritas dicat. Erũt primi nouissimi: ⁊ nouissimi primi? Qua in re melius mihi videt: ꝑm illud qđ gẽtibus p aplum dicit. Si aũt vos xpi: ergo Abrae semen estis: intelligi per duodecim patriarchas duodeciꝫ apostolos: quoꝝ filij sunt sancti martyres: qui passi sunt pro noie xpi a tpe ipsoꝝ sanctoꝝ apostoloꝝ: vsq; ad aptionem sexti signaculi: ⁊ tpa antechristi. Ceteros autez duodecim seniores eligendos de gẽtili populo: tpe quo venturus est Helyas: sicut duodecim apostoli: de iudaico tpe quo venit Joãnes baptista. Ut qũo per duodeciz apostolos ⁊ coadiutores eoꝝ vocate sunt gentes: ita per illos duodecim intret vniuersa multitudo filioꝝ israel: ⁊ sint re vera primi nouissimi ⁊ nouissimi primi. Uidetur aũt hoc velle trina illa designatio principum que facta est circa exordium temporis qđ precessit sub lege: vbi post duodeciz patriarchas qui defecerunt in egypto: electi sunt duodeciz principes de singulis tribubus: qui ⁊ ipsi ꝓstrati sunt in deserto: nouissime designati sunt alij duodecim: qbus ⁊ datum est intrare in terraꝫ ꝓmissionis: ⁊ hereditate possidere terram fluentem lac ⁊ mel. Etenim duodecim patriarche qui mortui sunt in egypto: designant vniuersos illius populi patriarchas: qui priusq̃ surgeret xps a mortuis: consumati sunt sub veteri testamẽto. Duodecim qui ꝓstrati sunt in deserto: designãt duodecim apostolos cum successoribus suis: q ⁊ ipsi sub hoc scdo statu ꝓsumationem accipiũt: nec pseuerant peruenire tpaliter ad illam requiem que futura est in septima etate seculi pp peccata: nimiuꝫ qꝝ vt ipse Moyses cum senioribus israel occubuit in deserto pp peccata populi: ita xps cuꝫ sanctis apostolis ⁊ martyrib⁹ ꝓ peccatis generis humani: sustinuit passionem: vt talibus sacrificijs placatus deus: parceret ꝺ reliquo: reliquijs populi sui. Inde est qꝝ illis qui fuerunt primi: ꝓstratis in deserto: nouissimi duodecim cum filijs eoꝝ qui ceciderãt: intrauerunt terram illam fluẽtem (vt dicitur) lac ⁊ mel: qꝝ ꝓsumatis ⁊ ex parte consumptis: in fine huius scdi status: hijs qui abhorrentes noua: emulãtur adhuc vetera ⁊ antiqua: quasi ita liceat nunc prelatis ecclesiaꝝ viuere ꝑm carnem qũo videbatur licere patriarchis ⁊ ꝓphetis. Illi soli intraturi sunt in requiez illam: que in tertio statu seculi reuelãda est: qui spreta vetustate litere: in nouitate spiritus ambulare didicerunt. Igitur duodeciz seniores duodecim esse apostolos: nulla dubitatio est. Reliquos aũt duodecim esse duodeciz viros futuros: vtꝝ sit intellectus: an opinio: lectoris iudicio derelinquo. Et de hijs satis dictum. Sed num: qꝝ sup sedes vigintiquatuor ad eius similitudinem: qui sup sedem sedet: seniores vigintiquatuor sedere scribũtur: idcirco hij vigintiquatuor viri oibus sanctis alijs creduntur esse maiores? Si hoc est. Quid dicemus de Abraam: Isaac: ⁊ Jacob: patribus patriarchaꝝ: ⁊
mat. 20.
Mat. 20.

apostolox:Quid de ℳoyse:z Samuele: Dauid:z ℳelya:Quid de Joanne bapti/ sta:quo inter natos mulierx nullus maior surrexisse describitur:Quid de matre dñi: quam non solum sup hoies sanctos:verũ etiam super virtutes angelicas credimus exaltataz:Sed questio ista facile soluitur: si ꝑm dignitatum differentias in domo oi potẽtis dei:dignitatum differẽtias esse sci mus:dicẽte dño. In domo patris mei mã Joh.14 siones multe sunt. Sed de hoc in sequẽti/ bus. Primo autem pẽsandum est: q̃ta sit patrum nostrox gloria:q̃ta nos in eis cõ munio claritatis illustret: qz nimiz si filij dei sumus:sicut esse debemus:z si nos vni us patris filios esse scimus: nulla põt esse in ciuitate illa ꝓprietas:vbi summe chari tatis vinculum totum prestat esse cõe. Ec ce enim prescripti seniores: circumamicti vestimẽtis albis esse referuntur:z tñ nõ so lum ipsos:verũetiam infinitam vel innu/ meram sanctox turbaz indutam vestibus albis:se Joanes vidisse testatur. Coronas aureas habere describuntur: in capitibus suis:z tñ oẽs sanctos gloria z honore coro nandos:Paulus apostolus manifestat:cuz dicit. Nõ coronatur nisi qui legittime cer- 2.thi.2 tauerit. Si enim nõ coronatur nisi qui le/ gittime certat:liquet qz qui certat legitti me:corona victorie coronat. Qõ cum ita sit. Quid est qz soli isti viginticquattuor vi ri coronari videtur:nisi qz illox gloria cõ munis est oium electox. Sciẽdum est igi tur qz gloríe z honori:qbus sancti seniores decorari videtur:plecti quoqz alij iure he reditario successerunt. Ut enim in regno filiox hoium:diuersi sunt ordines z hono res:sic z in regno celox plures dignitates esse:qbus alijs alij preponãtur: adinuicez manifestum est. Si enim inter ipsos aplos queris fidez:precellit Petrus. Si sciẽtiaz antecedit Paulus. Si diuine speculatio/ nis gratiam:preserf Joanes. Ad agnoscẽ/ das igit celestium dignitates virtutuz:nõ paz ꝓfert ꝓsideratio terrenoz. ℳulti sub vno rege:dignitatuz munere potiunt:sed nõ oẽs eodem honore:nec eadem glia de/ corant. Alios quippe ista:quosdam vero il lustrat illa. Qui aũt in oibus fulget:solus est dñs vniuersox. Regalis qppe ꝓsuetu/ do hoc exigit:vt post regem honorari de/ beãt principes ꝓcerox:qui singuli per loca singula ad subditox regimen disponunt: vt ex hoc glia regis altius predicet ab oi/ bus:quo pluribus in regno principibus: vnus specialr principat. Videmus autẽ z singulos principes:qui pro diuersitate ꝓ/ tinciaz:priuatis prenoibus appellant:re/ gis sui munere decoratos: z ad regiam si/ militudinem ꝓprijs curijs presidere. Sic Hest.1◦ in curia regis Assueri:septez principes cõ sedebãt regi:quox ꝓsilio vtebat in oibus: adeo vt nec Regina vastis posset euadere sniam quam dederunt in eam:quominus thoro regis:z gloria:dato remedio priua/ ret. Qz ergo magnates reguz terraz habẽ tes ꝓprias curias in ciuitatibus suis:sub/ ditas sibi plebes dijudicant:eo q̃dam pri/ uata gloria inter ceteros sulciunt:quo eos regalis similitudo glorie claros efficit z subli mes. At regalis ac principalis curie tanta esse cernit:claritatis maiestas:vt ei non so lum a magnatuz curijs que infra sunt:ve rãetiam ab ipsis magnatibus exhibeat ho nor:nimiz qz quo regio lateri familiarius adherẽt:eo vniuersos regis subditos:pote state precellit. Sic z in regno dei:qđ est sã cta mater ecclia:que mittẽs palmites suos vsq; ad mare:p diuersas mũdi partes:glo riose triumphat:diuina dispẽsatio statuisse cognoscit:dãs qdez illi pro pãbus nouos filios:quos ꝓstituat principes sup oẽm ter ram:pastores. Ecclia:z tñ eãipsaz oibus filijs suis faciẽs celsiorem:vtpote que sola ex oibus:solis ciuitas dicta est. Ipsa est ro mana ecclia:cui presidet vicarius sumi dei habẽs in circuitu non paucas ecclias epa les:ex qbus tñ alique sunt ceteris celsiores ad instar illius sume sedis que hz in circui tu suo sedilia vigintiq̃tuor:vt pea que or/ dinata sunt in ecclia tpali:intelligamus or dinem z rõnez ciuitatis eterne. Ut enim di ctum est ℳoysi de tabernaculo dñi z de Exo.25 hijs que pparãda erant in illo. Vide vt

pia facias ꝑm exemplar qđ ostẽsum est tibi in monte. Sic z in hoc tpe ꝑm exẽplar qđ beatus Joanes vidit in celo:ordinatuz est tabernaculuz dei:qđ est sancta romana ec/ clesia:dum q̃si in loco eius qui supra sedez sedet:ipsi principali ecclie presidet honori fice:vniuersalis antistes:z ad similitudinem vigintiquatuor seniox sedẽtium in sedili/ bus suis:per singula regna vel ꝓuincias: metropolitani dijudicãt:habentes singuli sedes ꝓprias:z mitras ꝓ cronis in capiti/ bus suis. In quo ecclíastico mysterio:illõ precipue declarat qđ supra quesitum est:z inuẽtuz esse:vz q̃plures in regno dei qui vigintiquatuor senioribus nõ solum equa les sint:sed precellãt:nimiz qz z si filij ali/ cuius magni regis principantur in ꝓstitu tis sibi principatibus a patre suo:regina tñ que eos genuit:mater est:z dña vniuerso/ rum:z ei ab oibus,debet honor z subiectio filialis. Deniqz z in ipsa ecclesia si non se/ quiter intuemur:maiorem pre ceteris:po/ testatem ep̃is cernimus attributam. Jij enim sunt qui ligãdi atqz soluendi a roma no põtifice accipiũt potestatem participã tes sacre vnctiõi:noi:ornatui:z potestati: lz romana ecclesia:que iuncta est velut in matrimonium ipsi vli pontifici:dignitate precellat:z spãli quadam prerogatiua: nõ dico subiectis plebibus. Sed excepto ipso romano põtifice qui sibi preest:prelatis pre mineat vniuersis. Uez hec exempli cã: z vt puto nõ sterilr dicta sunt:qz necesse est manẽtibus nobis in hac pegrinatõe:vt ce lestia p terrena:z alta p infima capiamus. Querebat enim vtz vigintiq̃tuor seniores: oibus pferant electis:z pfecto ex hijs que dcã sunt:luce clarius liquet esse q̃plures in illa scox multitudine:ipsis seniorib⁹ eo eccles:z et mnali (vt ita dixeriz) dignita/ te maiores:vtpote Abraã:Jsaac:z Jacob: pres ppharx z aplox oiumqz credẽtium: Exo.33 Dauid cuius filius cognomiatus est xp̃s: ℳoyses q loquebat dño sicut solet loqui amicus ad amicũ:ℳelyas z Joanes bapti sta:quox alius precursurus est iudicẽ:alter precucurrit z ostẽdit digito redẽptorez: z pre ceteris mater dñi:quam nõ solum sup hoies credimus exaltatã:verũetiaz sup an gelos z archangelos z vniuersos ordines angelox. Qõ cũ ita sit. Quid sibi velle di/ cimus spãlia illa. Nã neqz sedilia aurea vel argẽtea:neqz corone auree:lapidib⁹ preclo sis,ornate:extimãda sunt in ꝓia illa:lz tñ qđ p eas intelligit. Sedes nãqz dei est ciui tas illa celestis:quaz ꝓstat fore edificatã de lapidibus viuis:hoc est:ex illa scox multi tudine:de q̃ inferius scriptũ est. Post hec vidi turbam magnã quaz dinumerare ne/ mo poterat. Sane sedilia vigintiquatuor que ad muros ipsius ptinẽt ciuitatis:: ille sunt spãles:z certo cõprehẽse numero san ctox turme. De qbus dr. Audiui numez signatox cẽtũ q̃dragintaq̃tuor milliasignati: ex oi tribu filiox israel. Et ille de qb⁹ dr in q̃rta parte. Uidi supra mõtez syõ agnũ stã tẽ:z cũ eo cẽtũ q̃dragintaq̃tuor millia hñtes nomen eius z nomen pris eius scriptũ in frõtib⁹ suis. Et hoc sciendũ in ordine visio nis:qz nõ ita extimãda sunt ipsa sedilia in circuitu sedis:vt vniuersa seratim extimẽ tur disposita circa sedem:lz duodecim (vt ita dixeriz) infra duodecim q̃si murus infra antemurale. Letex qđ spectat ad generale gaudium z letitiam vniuersox:pẽsandum est attẽtius:q̃ta sit in illa ciuitate simplici tas:q̃ cõe oium quicqd est. Audisti deum patrem sedere sup sedem:z in ipsius sedis circuitu esse sedilia vigintiq̃tuor:z sup eas totidẽ seniores. Demoratus est terreni fa stigij:z eox in qb⁹ hoies gaudẽt:vel sile ali qd i alio ꝓcepisti. At nõ ita. Uis scire qz nõ sit ita? Ecce hẽs deũ prez, sedẽtẽ in sede ma iestatis:eiqz seniores vigintiq̃tuor in thro nis honorifice ꝓsedẽtes. Et qđ de agno di cimus:q in medio throni eẽ describit. Nã qz eum ꝓsedere pũ diximus:ex aliis magis locis ꝓbatũ est:ne qs eũ extimet sepatũ a pte. In loco vo isto nõ sedere i sede:lz i me dio sedis eẽ describit:vt q̃te sit altitudis vi tus hũilitatis:hij q ãbulãt i magnis diligẽ ter adiscãt:z adiscẽtes ꝺdiscãt tolli i sibili me:vt suo capiti q i imo eẽ voluit vnitate iũgant. Ait nõ ẽ i imo q corpus hũillimũ

abiectum in vnitate suūpsius: nunq̄ in p
petuum deponēdum assumpsit? Q̄d si ille
in imo esse voluit qui maiorem non h̄z: tu
te putas puenire posse ad patriam: querēs
ps.130. ambulare in magnis ⁊ in mirabilibus sup
te? Audi ipsum regem humilium: qui sup
mat.18. bis resistit. Nisi (ingt) q̄uersi fueritis ⁊ efficiamini sicut paruuli: nō intrabitis in regnum celoꝝ. Et qui se humiliauerit sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorum. Nō igitur minuit alioꝝ sanctoꝝ gloriam: gloria senioꝝ: sed auget: q̄ oēs vnius patris filij sumus: quotquot recepimus verbū eius: ⁊ vna est ⁊ cōis omniū sanctorum letitia. Ille est ibi magnus: qui paruus: ille paruus qui magnus: q̄ nihil arrogās esse potest: vbi humilitas est: nihil discors aut dissonum: vbi charitas regnat. Nō despicit matrem suam xp̄s: qui Rex est ⁊ dñs vniuersoꝝ: nec despicit Petrus apl̄oꝝ princeps Paulum: qui plus oibus laborauit? Sed neq̄ Paulus locum occupat antecessoris suoꝝ: vt aliqs apl̄oꝝ duodecim amittat pp eum sui ordinis dignitatem: nec q̄ Laurētius gloriosius dimicauit pre Sixto: prioratum eiusdem Sixti: eodem deposito: occupauit: nec aliqd tale pensandum est in regno dei: vt quasi non possit sublimari alius: nisi alius ꝓfundat: qd̄ fieri sepe cernimus in regnis hoiuꝫ ob immēsas angustias mundi huius: immo pro defectu charitatis: que sola nouit oia sua facere cōia: ⁊ aliena possidere in ppria. Nō inq̄ ita erit in curia illa celesti: q̄ vera humilitas hec ignorat: oia ista charitas spnit. Ibi nempe: ⁊ si patres honorātur cum patre: filij tū ⁊ nepotes artius diliguntur cum filio. Ibi ⁊ si patriarchis ⁊ apl̄is veluti quibusdam senatoribus celi: honor debitus exhibetur: turba tū iustoꝝ sequētium agnum: precinens q̄z dulciter in cytharis
Apoc.5. suis: cantant cāticum nouum ante sedem dei: qd̄ nec ipsis senioribus datum est: q̄ vnusq̄sq̄ ibi ꝓpriam mercedē accipit ꝑ suum laborē: ⁊ ꝑ q̄ vnicuiq̄ datur gratia: pro arbitrio illius qui donat oibus: ⁊ partit singulis: put vult. Non ergo possunt filij emulari patres suos: quibus ipsi ꝑ aliqd beatiores erunt: sed potius ipsi patres emulantur eos: emulant eos: inq̄z (vt ait apl̄s) dei emulatione possidētes in illis: q̄ sibi deest claritatis ⁊ glorie. Nō ergo senioꝝ prerogatiua: pauata quedam iloꝝ gloria extimanda est: sed honor illius celestis curie: ⁊ gloria sanctoꝝ: maxime iloꝝ millium qui in sedilibus designātur. Est aūt (vt iam dixi) prime sedis prerogatiua tam maxima: q̄z maior est prerogatiua regine sup oibus principatibus viri sui. Regina enim nō tam seminas: verūetiaz ⁊ viros dignitate precellit. Claruit aūt sedes ista tam preclara: tam felix: qū ecclesia primitiua hierosolimis fundata est. Fuerat tū ⁊ Anno in restamēto priori: sed paupa admodum ⁊ sterilitate deformis. Postro ab ortu xp̄i: gloria sedis huius enituit: data principaliter preciosa illa Margarita in fundamento eius cuz agno: vel potius reputata est in terraz benedictam: que huius preclare ciuitatis in seipsa velut in fossa humo: eternum suscipet fundamentuz. Nec sedes est illa dñaz ⁊ oium reginaz regina: que stat a dextris summi regis in vestitu deaurato: circundata varietate. De
ps.44 qua ⁊ dicitur. Adducentur regi virgines post eam: ꝓxime eius offerētur tibi. Et sequtur. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Constitues eos principes sup oēm terram. Ecce habemus principes de quibus hactenus sermo fuit. Pro duodeciz nāq̄z ecclesie patribus: nati sunt eidem totidem apl̄i. Qui ⁊ re vera sup oēm terram principes ꝓstituti sunt. Et ꝓstituētur adhuc filij eoꝝ post eos: dñaturi vniuerse terre ⁊
ps.71 regnaturi a mari vsq̄z ad mare: ⁊ a flumine vsq̄z ad terminos orbis terraꝝ. Q̄z vero nemo dicit princeps: nisi respectu eoꝝ q̄bus prelatus est: recte singuli principes habere sedilia describuntur. Nam post̄q̄z de principali sede: ⁊ de sedēte sup illam: loquutus est beatus Joannes: adiecit ⁊ ait. Et in circuitu sedis sedilia vigintiq̄tuor. In circuitu q̄ppe sedis sedilia vigintiquatuor visa sunt: q̄ ad defensionem sancte matris

matris ecclesie plurime ordinate sūt a deo perfectorum cohortes: vt inde multi in parte quiescerent. Unde quidam vsq̄z ad mortem fortiter in bello steterunt. Mas sedes vt iaz meminimus montes nominat
ps.124 psalmista cum dicit. Qui confidunt in domino sicut mons syon: non commouebitur in eternum qui habitat in hierusalem montes in circuitu eius. Montes inquit in circuitu eius. Quid est montes in circuitu eius: nisi sedilia vigintiquatuor in circuitu sedis. Ipsa est enim sedes que cognominatur syon: ipsa cuius montes in circuitu eius: hoc est: sedilia in circuitu sedis. De his sedilibus: item per eundem di
ps.121. citur. Illic sederunt sedes in iudicio. Sedes quippe in iudicio sedent quia non solum hi vigintiquatuor viri qui super sedilia sedere visi sunt: verumetiaz ipse quoq̄z legiones sanctorum que sedilia vel sedes dicte sūt: iudicature impios in iudicio cōsedebunt Christo dicente ipso qui ⁊ veritas est. Qui vicerit sedebit mecuz in throno: sicut ⁊ ego vici: ⁊ sedi cum patre meo in throno eius. Sed iam nunc in fide xp̄i aliquantulum mentis veluz subleuemus in altum ⁊ quo nos aura sermonis perduxerit profunda tanti mysterij rimaturi sequamur. Adiuuat ille in quo speramus q̄ non de prudentia nostra: sed de eius munificētie bonitate presumimus. Videamus ergo que sint sedilia: ⁊ que iste agminum legiones. Ex clarissima illa stirpe quam elegit dominus a principio habraam: scilz ysaac ⁊ iacob patriarche duodeciz orti sūt ⁊ ex eis ille populus qui dictus est israel. Et q̄ non frustra illi populo deus omnipotēs legē dedit: nec otiose plebē illaz: vt eius esset hereditas assumpsit: audiuit inquit sanctus Joannes in hac ipsa de qua nunc agimus parte numerum signatorū: centum quadragintaquatuor milia signati ex omni tribu filioruz israel. Et adiecit Ex tribu iuda duodecim milia signati: ⁊ sic de ceteris. Quidam hunc finitum numerum pro infinito accipiendum dicunt. Sed modis omnibus improbabile est. Si enim finitum numerum non sequeretur infinitus posset hoc forsitan non absurde putari. Sed q̄ statim addidit. Post hec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Illud quod sub numero finito descripserat: nescio quo intellectu: ꝓ infinito accipiendū dicatur. Quod si duodenum apostolorum numerum finitū esse tenemus quid si ⁊ multo plures voluerit deus sub finito ⁊ perfecto cōprehendē numero? Si aūt iste numerus verus nō est: neq̄z duodenus apostolorum numerus q̄ scriptus est in fundamentis vbis verus est secundum literam: sed id quod designatur per ipsum: sed neq̄z alioꝝ duodeciz de quibus superius disputauimus. Maz si verus nō est signatoꝝ numerus distinctus p millenos ⁊ ꝓsumatos in cētesimo q̄dragesimoquarto nec senioruz numerus verus est terminatus in vigesimoquarto. Sed q̄ verus est numerus vigintiq̄tuor seniorū: verus est vtiq̄z cētū q̄draginta q̄tuor milia signatoꝝ. Libet aūt quantū fas est: magnū huius numeri cōsiderare mysterium vt dū finiti tenemus mensuram numeri: in illis quoq̄z discamus venerari sapientiā dei: q̄ humanā rōnem supra modum excedunt psallētes in cordibus nostris cū psal
ps.103 mista dicētes. Quā magnifica sūt opa tua dñe oia in sapientia fecisti. Ilā post̄q̄z p singulos patres duodecim milia retulit assignatos adiūctū ē de illis q̄ ab hoīe numerari nō poterāt: dicēs. n. de tribu tali ⁊ tali tot ⁊ tot milia signati: adiecit ⁊ ait. Post hec vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat. Sz vñ tā magnā turbā descē disse fatemur? Nū ex duodeci tribub⁹ isrl sicut illos centū q̄draginta q̄tuor milia: q̄z uis nec hos ipsos scdm carnē accipiēdum dixerim vt: yz: filij patriarchaꝝ: oēs illi eē dicant? At ō hoc i suo loco tractabit. Nūc de numero videam⁹. Inter cetera q̄ de numero isto sūmope notāda sunt: illud ante oia cōsiderādū occurrit: q̄ si singula duodena milia diuidant in duo: vigintiq̄tuor legiōes pfectas ⁊ itegras iuenimus: ita vt singulis senioribus qui residēt in sedibus

ruis legiões singule deputate sint: quibus ꝛ ventilare queant cornibus terrenas ꝛ aereas potestates. Neqꝫ n. si simul nõ fuerũt in plio: idcirco ordo defuit preliandi: deus est. n. auctor nõ homo: cui oia presentia sũt cui cuncta q̃ hoibus sunt dispersa: coniuncta sunt pariter ꝛ collecta in vnũ. Esse autem in illa patria legiões iustor: docet ipa veritas in euangelio dicens. An nescis qꝛ possum rogare patrẽ meũ: ꝛ exhibebit mihi modo plusq̃ duodecim legiones angelorum? Est aũt legio secundũ traditiones verũ cohors militum sex miliũ vnaqueqꝫ turma: ꝛ si aliud apud alios: nec tñ contra hoc habeaꝫ. Est aũt numerus iste summe pfectiõis ptinẽs ad ambitũ ciuitatis: sicut ꝛ in septima parte libri dictũ est de angelo qui dimẽsus est ciuitatũ. Et mẽsus est muros eius centum: quadraginta q̃tuor milia cubitorũ mẽsura hois que est angeli. Tale est. n. ac si diceret. Dinumerauit militiã ciuitatis ꝛ inuenit milia miliũ centuꝫ q̃draginta q̃tuor milia q̃ diuisa p certũ numerũ faciũt legiones vigintiquatuor scoꝫ numerũ senior pfectũ illis. Ipse sunt ergo sedilia: ipse muri viuor lapidũ ptinẽtiũ ad structurã ciuitatis: sicut ꝛ illa cẽtũ q̃dragintaq̃tuor milia de qbus dictũ est. Hi sunt q cũ mulieribus nõ sunt coinquinati virgines n. sunt hi sequunt agnũ quocũqꝫ ierit. Sz si his vigintiq̃tuor milia sunt q̃ ptinẽt ad structurã muror: liquet qꝝ vnicuiqꝫ senioꝝ duodecim milia deputanda sunt: ꝛ singulus senior habeat duodecim milia in legiõe sua: ꝛ simul oẽs ducentũ octuaginta octo milia. Quia vo de lapidibus istis viuis quor progatiua taꝫ magna est: vt sub eis colligaꝫ structura muror: plura i locis suis dicenda occurrent: libet iterim ab his quiescere: vt ad sequẽtia trãseam⁹. Seqꝫ.

mat. 26

Tex. 8

¶ Et de throno procedunt fulgura & voces & thonitrua.

¶ Cuꝫ omnia bona ex deo sint: queritur cur i hoc loco ex throno dei: fulgura: ꝛ voces ꝛ thonitrua procedere dicta sint: pser tim cũ dicat veritas in euangelio. Memo

mar. 10

bonus nisi solus deus. Sed sciendum est: qꝝ sancti viri boni quidem sunt: sed nõ ex se. Deus aũt solus bonus est in seipso: ꝛ ita bonus: vt sit ipsa bonitas: ipsa sctitas: ipsa iustitia. Sicut aũt ex deo est id qõ hꝫ ecclesia: ita ex deo est quod ab ipsa procedit: qꝛ ꝛ semẽ quod ꝓcedit ex femina: ex viro est ꝛ a viro hꝫ mulier vt fructus ꝓcedat de ventre eius. Sic ꝛ ecclesia ex deo concepit quod ab ipsa procedit: seu miraculoꝝ fulgura: seu voces ꝛ thonitrua eloquioꝝ dei. Duo qppe sunt genera verboꝝ dei: quoꝝ alterũ inferius residet: alterũ superius velociter currit. Sonus nãqꝫ vocũ vel aquarũ: in terra fit. Sonus thonitruoꝝ in celo qꝛ verba litere simplicia sunt: ꝛ quasi terrena: verba vero spiritualia: veluti si de celo descendant. Sequitur.

¶ Et septem lampades ardẽtes ante thronum. Tex. 9

¶ Si queriꝫ de his lãpadibus: quid significent: ipsemet ioannes exponit cũ subdit. (Qui sunt septẽ spũs dei.) Et sciendũ ꝙ septem spũs quos hic lampades noiat iserius septez oculos vocat: qꝛ lãpades ꝛ oculi luminaria sunt. Sed quare lãpades ardẽtes septẽ spũs dicti sũt: nisi qꝛ eos quos replent: illuminant ꝛ accendũt. Sunt aũt iste lãpades septẽ virtutes spũs sancti: ꝙs operaꝫ idẽ spũs sicut scriptum est. Hec oia opatur vnus atqꝫ idẽ spũs diuidens singulis prout vult. Mõ igitur putãdũ est diuisiones istas de substãtia esse diuina: sed credendum esse presentem eundem spiritum in animis cui data sunt ista dona: qꝛ ꝛ quasi septem meatibus influens in animas iustas: alij largitur secundum plus ꝛ minus donum sapientie: ꝛ sic de ceteris: quamuis omnibus electis omnia sint hec dona cõmunia. Et notandum ꝙ vbi dicit scriptura. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et de spiritu suo dedit nobis: ibi intelligendum est: idez spiritus cõcedere aliquibus aliqua specialia dona: vbi autem ipse met dicitur esse datus: ibi oportet subintelligi effusio charitatis: nimirum quia in operando cetera dona sese velut ex parte tangendum exhibet illi ꝛ illi in operando autem charitatem totuꝫ se quodammodo in corda electorum infundit. Verum hec electis omnibus ad salutem: illa autez dona specialia: ad multimodam ecclesie vtilitatez. Unde ꝛ ante thronum ardere dicuntur: quia sic dantur: quibus dantur ad vtilitatem ecclesie: vt re vera quasi lampades luceant in caliginoso loco: quousqꝫ veniat dominus qui ꝛ illumi nabit abscondita tenebrarum. Sequitur.

Joha. 7 1. Joh. 3.

1. cor. 4

¶ Et in cõspectu sedis tanq̃ mare vitreũ simile cristallo. Tex. 10

¶ Duobus modis edificatur ꝛ proficit ecclesia dei: hoc est: aut per eos quibus datur manifestatio spiritus ad vtilitatem: aut per eos qui intendunt sibi ꝛ doctrine vt quod hauritur de mari vitreo: hoc est: de sacro volumine scripturarum sanctaꝝ ꝛ ipsos qui hauriũt faciat prouidos: ꝛ eos quibus effunditur circunspectos. Igitur in mari vitreo: sacrum designatur scripturaruꝫ volumen: quod ideo manet iugiter in conspectu ecclesie vt in eo valeant electi dei contemplari species facierum suarum ad cognoscendos se singuli quales sint. Non solum autem propter hoc: sed ꝛ vt possint intelligere inuisibilia dei: haud dubium qꝝ per speculum in enigmate: ꝛ quasi per vitrum quod perspicuum est. Neqꝫ enim possumus dicere non habere vitrum vel aquam cum serena est similitudinem litere: quando quidem constat qꝝ in vitro vel aqua veritas noscitur per imaginem adeo vt seipsum homo possit sibi facietenus aduertere qualis sit. Et bene quoqꝫ mare ipsum quod dicitur vitreum simile cristallo esse perhibetur: tum quia perspicuum est sicut ꝛ vitrum: tum quia cristallus aqua esse dicitur congelata: que nisi liqueſiat: magis duri lapidis pretẽdit

1. cor. 13

2. cor. 3.

speciem: qꝫ humoris. Unde ꝛ litera occidere dicta est: qꝛ ꝛ dura sunt nõnulla que iubentur secundum literam nimis terribilia: ꝛ quasi incutientia frigus: dum absqꝫ

miseratione mulctari precipit delinquentem. Unde ꝛ per psalmistaꝫ dicitur. Mittit cristallum suum sicut bucellas ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Quasi enim bucellas cristallum suum dominus misit: qꝛ precepta legis dura sunt: ꝛ gelida nimis: ac per hoc intellecta secunduꝫ literam importabilia videbantur. Sed quid ibi sequitur? Emitte verbum tuum ꝛ liquefaciet ea flabit spiritus eius ꝛ fluent aque. Dixit enim dominus verbum suũ ꝛ liquefecit illam flauit spiritus eius: ꝛ fluxerunt aque: quia missus in mundum dei filius: precepta legis temperauit: ꝛ exponendo ea spiritaliter mutauit quodam modo in liquorem: ꝛ quod portare fideles nec dum poterant: missus idem spiritus a patre filioqꝫ suppleuit. Quasi autem aque fluunt de cristallo: cuius frigus importabile prius erat cum calore sancti spiritus: frigida verba legis calescunt: vt que prius qꝫ queqꝫ virentia videbantur perdere verba tandem in calorem temperando nutrirent. Sequitur.

ps. 147

¶ Et in medio sedis & in circuitu sedis quatuor animalia habẽtia alas senas plena oculis ante & retro. Et primum animal simile leonis. Et secundum animal simile vituli. Et tertium animal habens faciem quasi hominis. Et quartum animal simile aquile volanti. Et quatuor animalia habebãt alas senas: & in circuitu & intus plena sunt oculis. Tex. 11

¶ In quatuor animalibus istis quatuor speciales ordines designati sunt: quorum primus pastorum est: secundus diaconorum: tertius doctorum: quartus contemplantium: qui omnes de sede maiestatis: hoc est: de ecclesia generali procedunt. Pastorum est proprium oues pascere: ꝛ omnibus fidelibus in precipiendo

preesse. Diaconoꝝ est pastoribus solatiuꝝ impēdendo assistere ⁊ vsqꝝ ad articulum mortis virtutem obediētie custodire. Doctoꝝ est fideles xpi doctrine imbre potare ⁊ verborum stillicidijs corda populoꝝ infundere. Cōtemplātium est: in parte qescere ⁊ ad superne lucis gaudia suspirare mūdi abhorrere caliginem ⁊ cōditoris sui facie: mūdatis mētis oculis speculari. Horum duo leo ⁊ vitulus extra preliando discurrunt: homo vero ⁊ aquila interioza cōtēplando quiescunt. Illi ergo extra sunt: isti intus ⁊ idcirco itus ⁊ extra manere aialia describūtur. Quia tñ sic illi extra sunt: vt interioza nō deserant. Sic intus isti vt pro fraterna se salute ipendant: accipiendū est de quatuoꝝ aialibus simul quod de duobus: ⁊ duobus spāliter dictū est: in medio ⁊ in circuitu sedis: quatuoꝝ aialia habentia alas senas: plena oculis añ ⁊ retro. Generaliter ergo de q̄tuoꝝ nō de duobus tñ dictū est: qꝝ cōis est oibꝰ vtraqꝝ vita. Specialiter aūt duobus primis: exterioza: interioza duobus reliquis ascribuntur quāuis spālissime ad aquilam interioza: ⁊ quasi celi alta ptineāt in cuius cōparatione tertiū quoqꝝ aial cū duobus primis in exterioribus reputāt: qꝝ omne pēnatū aial aquila inuolando pcellit. Nec illud vacat a rōnis fructu qꝺ vite cōtēplatiue pfectio modo i secretis ⁊ itimis modo in altitudine desīgnat: qꝝ in rebus spūalibus hec duo simul sunt: ⁊ alterū sine altero inueniri non pōt. Quid est subtile vt spūs? Et quid altum: vt excelsus dñs: qui presidet oibus creaturis? Sꝫ melius eluceſcet qꝺ dicit si singuloꝝ aialiū pscrutamur nās nō qdem istoꝝ in quibus veritas est: sed eorum que infra sunt: ⁊ in typo deseruūt. Leo fortissimus bestiaꝝ ad nullius pauet occursum. Bos patiētissimus ad portandum laboꝛē solus inter quatuoꝝ offerri in sacrificiū pmeruit. Homo rōnis capax ⁊ sapientie particeps solus nouit discernere inter bonū ⁊ malū. Aquila superni aeris permeatrix ⁊ incola irreuerberatis solem oculis speculari dicitur omneqꝝ pēnigerum genus infra se dimittere extimatur. Hec qꝝ breuiter dicta sunt de singuloꝝ naturis: vt per ea gratiarum dona singulis ordinibus ꝓpria vestigare possimus sine quibus palmam iustitie nullus apprehendere pōt. Primuꝝ est fortitudo fidei quaꝝ desīgnat fortitudo leonis. Scōm patiētia desīgnata intolerantia vituli. Tertiuꝝ doctrine puritas in humilitate fundata quam rō simul ⁊ infirmitas in vno simul hoie conuenientes desīgnant. Quartum est cōtemplatio dei quam desīgnat aquile volatus: iuxta illud quod scriptum est in quarta parte de muliere amicta sole cui due ale quasi aquile date resederunt vt volaret (inquit) in locū suum in desertum vt pascāt eā ibi in tēpus ⁊ tempora ⁊ dimidiū tēporis. Primū hoꝝ apostolis cōgruit fidei: vꝫ: fortitudo: qꝝ ipsi re vera quasi fortes leōes ad nullius timuerūt occursum p quos ⁊ regna gentiliuꝝ debellata sunt: ⁊ deo viuenti qui misit illos seruitute perpetua mācipata. Scōm donum qꝺ patiētia dī spāliter martyribus cōgruit de qbus oīpotenti deo per psalmistā dicitur. Benigne fac i bona volūtate tua sīō vt edificent muri hierusalē. Tūc acceptabis sacrificiū iustitie oblationes ⁊ holocausta: tunc imponēt super altare tuum vitulos. Tertiū est virtus humilitatis: sanctis cōfessoribus attributa. Ipsis quoqꝝ cōcessum est fluenta effūdere scripturarū vt eorum doctrina ⁊ exemplo rigata prata coꝛdiuꝝ in viriditate pfisterēt: que primo plātata per apostolos radicē fidei suscepērūt. Quod vꝫ donum recte virtuti humilitatis cōiungitur qꝝ nulla est doctrina aut q̄si nulla: que caret virtute humilitatis apostolo iacobo attestante qui dicit. Deus superbis resistit humilibus aūt dat gratiaꝝ. Et psalmista. Qui emittit fontes in cōuallibus. Quartum vero donum contemplatio est: que vt esse fructuosa queat in hoie spei inititur fundamento. Frustra enim sibi donum contemplandi attribuit cuius animum ad amoꝛem dei spei: gratia non accendit. Hoc autem donum specialiter virginibus datum est vt xpo cui semel nubunt integre in secula pseuerent. Hec nos ita exponē ratio manifesta cōpellit: ⁊ mos pfertim ecclesiasticus qui quatuoꝝ istos ordines vbiqꝝ docet esse solēnes. Generaliter autem in leone ordinem dicimus designari pastoꝝ. In vitulo dyaconoꝝ. Sacerdotes qui ⁊ doctores in homine. In aquila contemplantiuꝝ. Huius intellectus sinceritas duobus obstaculis prepeditur: rum qꝝ cōmunia oibus: singulis spāliā sunt: tū qꝫ plerunqꝝ necessitas ordines dispensando cōmutat. Virtus ergo magis pēsanda est: q̄ necessitas ⁊ donum magis q̄ dispēsatio. Quisquis n. possidet fortitudinez fidei: leo iure dicendus est: etiam si officium plationis non habeat. Quisquis veraciter patiens est vitulus dicit etiaꝝ si dyaconus ordinatus non sit. Qui donum intelligentie cōsecutus est homo reuera reputandus est: etiam si officium predicationis non habeat. Qui cōtemplandi cōsecutus est gratiam: aquila dicendus est: etiaꝝ si inter hoies coꝛporaliter maneat. Preterea vt ait ezechiel ꝓpheta. Singula aialium habent in semetipsis facies ipsoꝝ quatuoꝛ ita vt facies leonis ⁊ hois: ⁊ vituli ⁊ aquile: leo solus haberet ⁊ sic de ceteris. Unde fit vt nōnulli aliorum donis ita indifferēter participent: vt cui animalium magis assimilentur: in huius vite tenebris ignoretur vt si verbi gratia de martyrio agitur tam petrus ⁊ paulus q̄ stephanus videā tur posse vituli nominari: qꝝ pro fide passi sunt. Sed tamen solus stephanus habere hoc ex offitij proprietate cognoscit: petrus vero ⁊ paulus nō ꝓprie: sed quasi ex facicbus: qꝝ ⁊ petri proprietas leonis est: ⁊ pauli hominis: sicut vituli stephani: aquileqꝝ ioānis. Sed querit de quatuoꝛ euāgelistis qui sanctum euāgelium quadripartito volumine conscripserūt qualiter ⁊ ipsi in hoc mysterio accipiendi sint: vtrum. s. in descriptione tñ modo: an etiaꝝ ⁊ in meritis gratiarum. Sed magis eos in descriptione q̄ in acceptione merituꝝ quatuoꝛ aialibus assimilatos extimo: pter euāgelistam ioānem. Alioquin lucam magis qꝫ marcum martyrio coronari oportuit: cum constet qꝫ luce vituli: marco aūt data sit similitudo leonis. Nec imerito tamen marcū leoni assimilatū dixeriꝫ pro eo. s. qꝫ ex ore petri euāgelium scripsit cui fidei cōcessa est fortitudo vt quasi petri vicez qui rex erat quodāmodo ecclesiarū suppleret scribens ex ore eius: quod ipsiuꝝ oportebat describere. Scripsit aūt sub breuitate: pretermissa serie narrationis hystorie illa tñ modo cōprehendere cupiēs que fidei munimina roborarent. Qui euangelizādi modus pastoribus spāliter congruit qui pro eo qꝫ negotijs ecclesiasticis implicati sunt lectioni latius vacare nō possunt. Unde ⁊ pretermissis ceteris que minus ad hoc fortitan necessaria sunt: ea tñ que fidez roborant: sub breuitate perstringunt. Euangelium vero luce iure dyaconis attribuitur: qui seriez veritatis hystorie ordinatis scribit. Ipsum vero xpm iesum qui matheus regez noiat ⁊ a magis phibet adoratū iste inter doctoꝛes positū discipulorum vicem tenuisse describit: ⁊ qꝺ ꝓpium ministrorū est subditum fuisse parentibus ⁊ officiuꝝ eoꝝ qui euāgelium in populo recitant habuisse cū accipiens librum ysaie prophete in eo per semetipsum legere dignatus est: quod totum si sane sapimus ad dyaconos spectat. Dyaconoꝝ nāqꝫ est officiuꝫ ministrandi ⁊ euangelium pronūtiandi in populo predicare. Sicuꝫ vt parvulis expedit crucifixum. Euangeliū mathei idcirco sacerdotibus cōgruit: hoc est: diaconoꝝ magistris: qꝝ doctoruꝫ est scripturas sacras exponere: corrigere vitia ⁊ componere mores. Docet autem matheus fecisse hoc dominum in euāgelio suo: ex eo loco vbi scriptum est. Nisi abundauerit iustitia vestra plusqꝫ scribarū ⁊ phariseoꝝ nō intrabitis in regnum celoꝝ: vsqꝝ ad eum locum vbi ait. Omnis q audit hec verba mea ⁊ seruat ea: assimilabitur viro sapienti qui edificauit domum suam supra petram. Et bene in descriptione animalium vitulus prescribitur homini: qꝝ nisi prius diaconus legerit literam quid sit exponendū, doctori

Ezec. 1.

ps. 50.

Jac. 4. ps. 103.

Luc. 2. 4.

Ma. 5.

secundum spiritum igneratur. Euangelium vero ioannis contemplatoribus cōvenit qui lucem veram illuminantem omnem hominem venientem in hunc mundum tam digne: q̄z aperte cōtēplari hāc querentibus ostendit dicēs. In principio erat verbū t verbum erat apud deum: t deus erat verbū. Et paulopost. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ecce q̄z apte congruunt singulis animalibus euāgelia singulorum quibus quatuor scriptores non sine causa mysterij dati sunt. Pastorū s. ordini quorum primus est petrus euangelium marci. Diaconorum quorum primus est stephanus euangelium luce. Doctorum quorum princeps est paulus: euāgelium ℳathei. Virginum quarum domina est beata virgo maria: euangelium ioānis. Datū est aūt petro marcus t ioannes marie: illi tanq̄z patri ecclesie: isti tanq̄z matri non soluz ecclesie: sed t dei. Pertinet autem ad leonem resurrectionis gloria. Ad aquilaz sublimitas assumptionis. Que. s. duo pro eo q̄ gloriosa fuerūt tanq̄z in ministerium euangelij marcum t ioannem accepisse videtur. Quia vero passio t natiuitas humilitatis fūt potius q̄z honoris: mequaq̄z paulus t stephanus ministros in hac parte habuisse legunt: sed habuerunt quodammodo coequales ℳatheum. s. paulus: lucam stephanus: nimirum q̄ christus iesus verus pro hominibus factus homo: potius equalitatem q̄z prelationem quesiuit: t cuz instaret passionis sue hora ministrare magis voluit: q̄z ministrari t dare animam suam redēptionem pro multis. Sane cum resurrexit a mortuis deum se esse ac dominum manifeste monstrauit: multo magis autem cum ascendit in celuz: t ob hoc petro marcus: marie vero ioānes in ministerium euangelij dati sunt: quorum vltimus. Ioānes: vnus est ex magnis t primis saluatoris discipulis. Quod ergo duo inferiores significando innuunt: iuxta se est: quc! autem duo reliqui s. pra se: alterum bonitatis: alterum maiestatis indicium. Qui enim predicant x̄pm natum t passum verum esse hominem asseuerant: qui resurgentem t ascendentem in celum: verum deum t dominum esse docent. Designantur ergo in homine t vitulo natiuitas t passio domini: in leone t aquila: resurrectio t ascensio. Designantur quoq; in eis quatuor illa dona que superius scripsimus: sed t quatuor ordines sepe scripti: pastorum. s. ordo in leone: quorum primus est petrus: doctorum in homine: quorum primus est paulus: diaconorum in vitulo: quorū primus est stephanus. Contemplantium in aquila quorū prima est virgo maria. Quatuor vero euangeliste quatuor predicantiuz genera in hac parte designāt: qui ad instruēdos quatuor ordines istos primitias spiritus acceperunt gerentes in hac parte mysterij vicem filij dei: vt predicantes predicatoribus qualiter eis viuendum sit intimarent: t quod ipsi in semetipsis acciperent in plebium multitudinem propagarēt. Verbi gratia euāgelista marcus apostolos primos testes. s. dominice resurrectionis designat qui fidei fundamēta prima post dominum posuerunt. Lucas primos diacones quorum vnuz: hoc est: philippum ipsemet nominat euangelista: qui exemplum suum posteris tam verbis q̄z opibus reliquerunt. ℳatheus significat doctores primos paulum. s. t socios eius qui manēte adhuc in iudea duodeno apostolorum numero predicare gentibus missi sunt. De quorum etiam fonte biberunt t adhuc bibūt omnes qui post ipsos apostolos doctorum officium acceperunt. Designat ioānes virgines vtriusq; sexus qui in ecclesia primitiua fuerunt a quibus virginitatis exemplum in posteros deriuatū est. Dis de quatuor euangelistis que breuiter dictis: ne tacite eos preteriisse videremur: nunc de alis animalū que sene sunt: per singula videamus. ¶ Multiplex est t inuolutum scripturarum mysteriū: t

Jo. 1.

veluti de altera forma in alteram: ac si cera liquida commutatur. Diximus superius in quatuor animalibus: quatuor christi opera t totidem ordines haud dubiuz typice designari: seu etiam moraliter virtutes quatuor humilitatem: patientiam: fidem: t spem: quas propheta ezechiel pēnas nominat dicens. Quatuor facies vni: t quatuor penne vni. Quatuor quidem facies vni sicut t quatuor penne vni: quia quatuor intelligentiarum constat vnum: quemq; habere notitias: t quatuor nihilominus suprascriptas virtutes. Porro seraphin sex alas describuntur habere simile aliquid designantia in eisdem alis: excepto q̄ due virtutes designate i alis quatuor superaddite sunt. Sic enim de his scriptum est in Ysaia' propheta. Duabus alis velabant faciem eius: t duabus velabant pedes eius t duabus volabāt. Similiter t hic senas alas habere animalia describuntur. Sed qualiter ipse ale disposite sint non exprimitur: Dubiū tn nō est q̄ sicut ale seraphin: ita et aialiuz disponātur. Porro ale due: quibus pedes velantur animalium corpora velare pariter intelliguntur. Unde t illic dicitur. Due penne singulorum iungebantur: t due: tegebant eorum corpora. Due igitur ale quibus corpora velant penitētia t misericordia sunt: quibus confusio nuditatis nostre: hoc est: turpitudo peccatorum contegitur. Unde t per psalmistam dicitur. Beati quorū remisse sunt iniquitates: t quorum tecta sunt peccata. Beatitudinem vero istam in penitentia t misericordia permanere: non pauce auctoritates testantur. De penitentia in actibus apostolorum: Petrus dicit. Penitemini t conuertimini: vt deleantur peccata vestra. De misericordia: ipsa per se veritas dicit. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiaz consequētur. Due ale quibus teguntur facies: humilitas t patientia sunt: quibus solēt sancti homines iustitiam que in facie designatur contegere ne per vane appetitum laudis: quicquid iuste agit: amittatur. Due vero quibus volant fides t spes per quas omne sanctum animal in excelsiz leuatur. Hec sunt alle sex ale: quas sancta hec animalia describuntur habere: quarum duas ezechiel pretermisit: haud dubiuz q̄ fides t spes que sub quatuor tacite intelligi possunt: q̄ qui humilis t patiēs est: penitēs pariter t misericors: dubiū nō est q̄ duas illas virtutes possideat. At de his pro loco satis dictum. Typice vero alas senas q̄ simul sunt vigintiquatuor designare extimo que seniorum sedilia dicta sunt: que! p eo q̄ sanctos ceteros donorum prerogatiua transcendunt eos exemplo suo velut ad sublimia tollunt vt qui p se in alto stare non possent: istorum fortitudine t quasi leuitate ferantur. Legimus enim in passionibus martyruz nonnullos raptos ad supplicia vsq; ad ruinam deuenisse confortatos vero ab alijs sanctis qui fidei constātia precellebant tormenta carnificum superasse: t vsq; ad extremum alitum inuictos: exinde perstitisse. Quid ergo illos martyres: nisi alas alioruz dixerimus qui t ipsi egerunt viriliter: t alios ne caderēs tenuerunt? Quid vero t heremitas illos nisi alas dicimus qui verbo t exemplo infirmiores: t iuniores fratres instituendo t orando ferebant vt secum eos pariter ad perfectionez portarent? Qua in re t illud est diligenter pensandum: q̄ vigintiquatuor seniores sunt: t sedilia totidem: hoc est: vigintiquatuor legiones sanctorum: que si in quatuor partes diuidendo partimus: vnicuiq; animalium sex seniores t sedilia totidem ascribuntur: ita vt in leone accipiamus sortes in fide: in vitulo robustos in patientia: in hoie preditos scientia: in aquila vero contemplatione suspensos. Igit seniores sedilibus: t sedilia aialibus participatione iungunt: sicut t animalia throno Dei: vt summa vnitatis compage vniuersa ligentur. Nisi forte dicat aliquis distincta esse sedilia ab aialibus ipa vero aialia ad sedē maximā pti-

Esa. 6.

Ezc. 1.

Ps. 31.

Act. 3.

Da. 5.

nere:maxime q; sedilia esse dicunt in circuitu sedis:alialia vo in medio:t in circuitu:vt quo in vigintiquatuor sedilibus itel ligimus totidē legiones:ita in sede t aialibus illā turbā magnā quā nemo poterat
1.pet.2. dinumerare. Sed aialia ante t retro plena oculis esse scribuntur:q; t carnalia desideria que militant aduersus aiam:prudēter deuitāt:t opera iustitie que agenda sūt ab operibus tenebrarū sapiēter discernūt. Sic.n.bona que facienda sunt perspicaciter vident:vt tū respicientes post se mala que plangēda sunt diligēter attēdāt. Sic spiritali annisu ad interiora pertrāseūt:vt tū mala cōmissa nūq; obliuiōi tradāt. Tā to enim pfectus quisq; reminisci debet culpe pterite:quanto se desuturis bona agere t mala vitare posse confidenter presumit. Quasi enim quibusdam radicibus innitē dum est preteritis culpis:ne forte elatiōis aura opantem agitet:t inde altius eleuatus corruat:vnde se firmius stare cōfidit. Debet extimare maxima parua quoq; t extrema delicta:q; non humano arbitrio peccatoꝝ sarcina:sed diuino iudicio pōderatur quo plerunq; t ea que putabant gra
Ecc.11. uia facilius dimissa legunt:t que leuia spe rabant:t minima obtreatum supbie indissolubilia persiterūt. Quis.n.geminā duid adulteriū culpam:vt:t homicidij pecato saulis nō preferret:qui armētis bouꝝ t ouibus parcens ea cōtra pphete verbū:
Exo.20 quasi bonum reputās nō occidit? Ille.n. qui p̄ceperat per moysen nō esse mechandum aut occidendū ipse p̄cepit p Samue
4.reg.5. lem:vt quicqd esset amalech occideret ab hoie vsq; ad iumētū. Inuentus est autem
1.re.12. voci dñi vteriq; obnoxius:q; vteriq; repugnans:t tū Saulis nec orante Samuele misertus est deus:Dauid aūt illico ad horam pepercit:nimirum q; illuꝝ obstinatio perdidit:istum humilitas saluum fecit:illum excusatio maioꝝ culpa fecit obnoxiū istuꝝ prompta confessio liberauit a morte. Mox enim vbi culpam nouit:t se peccasse cōfessus est. Noli inquit propheta timere q; transtulit dominus peccatum tuum.
2.re.12 Quicunq; ergo seipsum innocentem iudicat oculos non habet retro:q; si suam nosset plene considerare originem initiū eius cepit a culpa:t q̄ꝝ vera sit illa dauid cōfessio:que dicit. In iniquitatibus conceptus
Secundi cursus tpis secundaz doctorum facit distinctionem. Doctores nempe primi tpis affuerunt apostolis: doctores scdi tpis: sanctis martyribus astiterunt. Ut enim de apostolica ecclesia egressi sunt pseudo apostoli impugnates apostolicam libertatem: qbus tñ restitit doctor gentium Paulus: cuz coadiutoribus suis: ita de septez dyaconibus egressi sunt nicolaytez: qui predicationem icõi temporis hereticã prauitate sedarent. Ait ergo sanctus Joannes.

E.10. ¶ Secundus angelus tuba cecinit: & tanq̃ mons magnus igne ardens missit se in mare: & facta est tertia pars maris: sanguis: & tertia pars creaturæ: quæ habẽt animas ī mari: mortua est: & tertia pars nauium interiit.

¶ Sicut in terra Synagoga: ita in mari designat gentilitas. ¶ Montem istum magnum arbitror fuisse Nicolaum vnum de septem dyaconibus primis qui succensus: (vt ferunt) zelo malitie sue: tam noiatam hereſiz pdidisse narratur. ¶ Huius abhominãde hereſis z per oia detestãde: in angelo ecclesie pauine mentio facta est: dicente dño. ¶ Hoc habes bonum: q̃ odisti facta nicolaytaz: que z ego odi. Simili modo z hoc ecclesie pgami. ¶ Habeo aduersum te pauca: q̃ habes illic tenentes doctrinam Balaã: qui docebat Balac mittere scandalum coraz filijs israel: edere z fornicari: ita habes z tu tenentes doctrinam nicolaytaz. Facta est tertia pars maris sanguis: subaudit ex doctrina illius: quia magna multitudo hoium habentium aliquam scintillam fidei: ex auditu vz vocis eoz: de qbus dicitur: in oẽm terrã exiuit sonus eoz: hoc est: allox hoium: qui aut iam credere ceperant veritati: aut forte crederent: si eis noua pfidia non obesset decepta per Nicolaum: mortua est a fide xpi: adeo vt cum spiritu ceperit: carne ꝓsumpta fuit: z sequẽs carnem z sanguinem: pdiderit funditus regnum vite. Tertia vero pars qd significet: semel nos in angelo primo explanasse sufficiat. Cteruz q̃ tertia pars maris facta esse sanguis: z tertia pars animalium maris mortua: z tertia pars nauiuz interyisse narratur, indicat ex carnali illa doctrina: non modo multos credentes esse ab sortes: verumetiam nonullas ecclesias occulto dei iudicio deperyisse.

Apo.18.

¶ De tertio angelo tuba canente.

¶ Et tertius angelus tuba cecinit: & cecidit de cælo stella magna ardens sicut facula: & cecidit in tertiam partem fluminum & in fontes aquarum. E.11.

¶ Et in opere ꝓcedit: q̃ ibi locus erat digessimus: tertia doctor successio que in tertio ac si impropio cursu tpis solẽt: fuit a tpibus Cõstantini augusti incepisse dignoscitur. Fuit autem in diebus eius sacerdos qdam alexãdrinus nomine Arrius: qui pro mox honestate quam habere in ecclesia videbat vnus de magnis luminaribus celi esse inter clericos putabat: vtpote: qui opex lucem hoibus ostendebat: z institutis exemplo vite sue: non paruum' gradiendi in via dñi emolimentum prestabat. Dic q̃ nõ intus oculos habuit: sed tñ foris eleuatus fastu superbie: videri magnus ꝓcupuit: ignorans illud qd scriptum est. Ante ruinam exalt. ſ cor. Deniq; ex superbia z libertate venit ad appetitum inanis glorie: z ex appetitu inanis glorie itur ad obstinationem z duritiã cordis. Porro de duritia cordis nascit zelus malus: z furor indignationis aduersus corruptores z magistros ecclesie: ita vt

pue.15

magis

magis libeat cadere cum falso z fallaci honore: q̃ stare cum rubore z verecundia: si forte supari ꝓtingat. Scõm hoc: accidit misero illi ad correptionem sancti viri Alexandri Alexandrini epi: nolenti satisfacere preceptori suo: z sponte accipere disciplinam. Deniq; inflãmatus ira z zelo amaritudinis vehemẽter accensus: q̃ iniuriam sibi factam equanimiter sustinere non potuit: indurauit cor suum sup lapidem ad tuendum errorem: quousq; accideret ipsi

Ho.25. z complicibus eius illud qd de eis psalmista lõge ante predixerat. Alienati sunt peccatores a vulua: errauerunt ab vtero: z lõge sunt facti. Furor illis ꝑm similitudinez serpentis: sicut Aspidis surde: z obturãtis aures suas: que non exaudiet vocem incãtãtium: z venefici: que incantatur a sapiente. Et cecidit (inquit) in tertiam partem fluminum z in fontes aquax: q̃ innumera epox z sacerdotum turba erroze illo pestifero infecta est: ut ayt vnde aqua sapiẽtie: z sciẽtie (cum adhuc essent catholici) ante emanare ꝓsueuerat: inciperet egredi letalis potus: z qui mortem hauriẽtibus ꝓpinaret potius q̃ vitam. Nam se quitur.

E.12. ¶ Et nomen stellæ dicitur absinthium: & facta est tertia pars aquarum in absinthium: & multi hominum mortui sunt de aqs: quia amaræ factæ sunt.

¶ Ex ab ipsa sui origine multos z feroces hereticos sustinuerit ecclesia: nulli tñ sicut Arriani ad tantam amaritudinem pduxerunt eam: nulli sic materna viscera amaricare fecerunt. Non eniz sicut alij z alij extra tantũmodo z non intus ꝓueniebãt insectas: vt recedẽtibus eis ab vtero: ei que se genuerat in xpo per baptismatis sacramentum: darent spatium ad quietem: sed repente infra sinum ipsius ecclesie: qui esse putabat filius: deprehendebatur alienus: q̃ ẽgte amaritudinis fuerit: illi vere scire sufficiunt: qui hox similia patiunt. Quid enim dicebat ille: qui deflebat eos quos iterum parturiebat? Quis (inqt) infirmat: z ego non infirmor? Quis scandalizatur: 2.cor.11 z ego non vror? Recte ergo dictuz est. Et nomen stelle di absinthiuz: qđ. ſ. absinthiuz aquas dulces z aptas in potum: in amaritudinem vertit: q̃ nõ Arrius sicut Nicolaus gentes infideles collegit in sectas: sed magis in populuz Christianum: populuz qui erat precio magno: hoc est: xpi sanguine tam redemptus: ac si qdam Regulus: venena diffudit. Et facta est (inquit) tertia pars aquax in absinthium: z multi hominum mortui sunt de aquis: q̃ amare facte sunt. Ez aquax noie scripturaruz volumina designat: tñ q̃ scripture ipse: per se legi nequeunt: nec peruenire queunt ad notitiam hoium: nisi sit qui doceat z ostendat: non absurde per aquas dulces: doctores ecclesie intelligunt: q̃ z illud vex est: qđ scriptum est in hoc libro. Aque multe: sunt populi multi. Ut autez ¶ Moyſi: vocat Apostolus ¶ Moysen dicẽs. Quotiensc̃unq; legitur ¶ Moyses: velamen est 2.cor.3. positum ante oculos iudeox: ita z sub specie doctox: doctrine quoq; eox intelligũtur: adeo vt qđ mystice de doctoribus dr: de illox doctrinis intelligatur: quax alie vere sunt z fideles: alie pestifere z corrupte: nõ q̃ doctrine simpliciter male sunt: sed q̃ mali sunt z pfidi qui inficiunt illas. Quasi autem tertiam aquax partem infecit Arrius z vertit in saporem asinthij: q̃n per errorem eius corrupti fuere sacerdotes z epi adherentes sibi: adeo vt ex ore illox qui videbantur esse duces populi: z doctores ecclesie: non aqua sapientie z scientie: sicut sperabatur exiret: ſz magis error: non dulcedo mellis: sed amaritudo absinthij. Quid enim dulcius esse põt generi humano: q̃ qđ ait dñs in euangelio? Sic Joã.3. deus dilexit mundum: vt filium suuz vnigenitum daret? Et illud qđ ait Joannes: cuius est liber iste. Diligamus nos deum: 1.ioã.4 q̃n ipse prior dilexit nos: z misit filium suum ꝓpitiationem pro peccatis nostris?

Sed qđ amarius esse pōt doctrina Arrij: qui saluatorem nostrum Jesum Christum: qui est spes omnium Christianorum: & vita credēntium: non esse predicabat verum Deum sicut & patrem: sed quasi terrenum principem & magnum inter filios adoptionis? Quod si verum esset: omnes profecto Christiani & qui credunt in eum essent maledicti: q̄ scriptum est. Maledictus homo qui confidit in homine Sed & frustra sperare
Hie. 17 Joā. 8. mus illud qđ ipse filius ait. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Frustra & qđ ait Apostolus. Misit deus spiritum filij sui in corda nostra: in quo clamamus: abba pa-
Ro. 8. ter. Unde enim nobis hec oia: nisi q̄ xp̄s verus est Dei filius: non sicut ceteri: adoptiuus: & veraciter assumpsit naturam nostram: vt facti vnum in ipso & cum ipso: simus p eum filij & heredes: heredes qdem Dei:
Ro. 8. coheredes autem Christi? Si autem dulce est hoibus esse liberos & heredes Dei: amaꝝ profecto est: esse seruos: & alienos a Deo viuo & vero: esse priuatos & expertes ab illa suauissima mellis dulcedine: quam sugunt electi Christi abundanter de petra: & oleo illo spirituali: de quo dicit Apostolus. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filioꝝ: in quo clamamus: abba pater. Porro Arriani contra hoc sentientes: docebant verum Deum & veꝝ dominum esse solum patrem: euacuātes letitiam spei nostre: que est in vero filio Dei: qui nos per assumptionem nature nostre: & donum spiritus sancti absoluit ab obprobrio ꝑditionis nostre. Quibus & attendentes multi pestiferas illoꝝ doctrinas: tanq̄ a senioribus populi infeliciter susceperunt: adeo vt separati a sana fide ꝓuenirent in sectas: ad psequendam generaliter omnes catholicoꝝ ecclesiam: putantes se superare posse armis: quos nō poterant vincere ratione. Perseuerauit autem plequutio Arrianorum vsq̄ ad tempora Sarracenoꝝ: vt duo alia succederent alijs: esset ecclesie tempus a palma martyrij otiosum. Sigdem & propter hoc: multos legimus ab arrianis Regibus: & Episcopis: grauibus affectos supplicijs: multos amissa temporali vita: glorioso martyrio coronatos.

¶ De quarto angelo tuba canente.

¶ Et quartus angelus tuba cecinit: & percussa est tertia pars so- T. 13.
lis: & tertia pars lunæ: & tertia pars stellarum, ita vt obscurare-tur tertia pars eorum: & diei nō luceret tertia pars: & noctis similiter.

Libro concor.

In opere concordie: quod respicit e similis: liber iste cum ageret de septem diebus originalibus: & peruentum esset ad diem quartum: dictum est significari in sole: & luna: & stellis: heremitas & virgines: qui per alta ꝓtemplationis gradientes itinera: lucem pfectionis sue fidelibus populis ostenderunt. Quarta etenim die fecit Deus oīpotens: solem: & lunam: & stellas: & quarto loco in hac tertia parte libri: & inseptem angelis effundētibus septem phialas iracundie Dei: solis: & lune: & stellaruꝫ mentio facta est: ꝛ solēnius in quarta parte Libri huius: vbi inter cetera que in ea scripta sunt: de eisdem luminaribus aliqđ specialius: atq̄ significantius dr̄. Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole & luna sub pedibus eius: & in capite eius corona stellaꝝ duodecim. In muliere siqdem ista: ecclesia sanctaꝝ virginum specialiue designatur: que ꝛ a matre Christi initium sumpserit: quarto tamen ecclesie tempore claruisse dignoscitur. Sed heu q̄ velox est ad nocēdum doli artifex & magister erroꝝ: qui quo altiorem cernit gradum: eo magis ad tētandum pios exercet malitiam cordis sui. Ecce eniꝫ tertia pars solis: & tertia pars lune: & tertia pars stellarum percussa esse narratur: nec dubium:

q̄ suggerente ipso qui & expulit primum hominem de Paradiso: sed tamen a quo percussa sit: aut qs eaꝫ pcusserit: non exprimitur. Scimus partem meridianam quaꝫ ordo heremiticus & virgineus specialius incolebat non lōge post obitum beati Pape Gregorij: primo quidem a gente Perfarum: deinde a Rege Arabum occupataꝫ fuisse. Sub eisdem namq̄ temporibus: famosa illa Sarracenoꝝ heresis: ac si vena corrupti laticis: super terram erupit: per quam multitudo hominum incolentium heremum: tum vi: tum prauis monitis: a fide Christiana euulsa est: precipue in Regione Thebayde & Egypti: vbi maxima illius ordinis multitudo degebat. Que: videlicet: heresis: & versutia dyabolice fraudis: legez illam (dico sacrilegam) quam instruit Mahometh: eo contraria est voto virginum: & professoribus caste vite: quo & summum gaudium: & summum bonum: tradidit, esse luxuriam: promittens eam & post finem mundi sectatoribus suis. Hoc nō habuit in sua lege Judeus: hoc nec ipsi Philosophi gētium suis auditoribus tradiderunt: nō Sabellianus: neq̄ Arrianus hereticus. Sed quis scit q̄ pauce Virgines in pressura illa stare in proposito potuerunt: quatenus & si corpore ꝓstitute sunt: saltem mente: saltem & fide incorrupte manerent? Verum quia non (quod absit) totum: sed tertia tantum pars percussa esse narratur: liquet q̄ illos solos heremitas: & illas solas virgines, superari in hora illa tētationis sue: Deus iustus permisit: qui laborantes morbo hypochrisis: aliud ostendebant in specie: aliud gerebant in corde: quoruꝫ detestanda progenies: designata est in prima parte: in muliere Jezabel & filijs eius: dicente de ea dominus: angelo ecclesie Thyatyre: que & ipsa quarta est in numero aliarum. Habeo aduersum te: q̄ permittis mulierem Jezabel: que se dicit prophetem: docere & seducere seruos meos fornicari & manducare de ydolaticis. Igitur hec tertia pars percussa esse narratur: percussa sunditus a claritate sua: reliquæ autem due partes (hoc est) prudētium & simpliciuꝫ: nihil discriminis passe sunt. Sequitur.

¶ Et vidi & audiui vocem vni- T. 14.
us Aquilæ volātis per medium cælum: dicentis voce magna. Ve, ve, ve habitantibus in terra de cæteris vocibus trium Angelorum: qui erant tuba canituri.

¶ Si tempore huius quarti Angeli: vox istius Aqle audita est: ego aglam istaꝫ: beatum Papam Gregorium fore credo: qui tam libere: & taꝫ multa de mundi fine: & de Papa Grego.
pressuris finalis seculi scripsisse dignoscit: quiq̄ allegoriaruꝫ semitas: ac si arduas celi vias altius pre ceteris peruolauit. Neq̄ enim inuenitur alius similis eius: qui ita erumnosa tpa approprinquasse in suis operibus testaretur. Opponentibus autem superbis: in pcordie opere satisfecimus. Qō enim nō cito accidit qđ predixit: non ideo nō accidit: q̄ deceptus est ipse: sed q̄ iudiciuꝫ: qđ facturus erat dñs: misericordia tēperauit: quatenus & tps pacis ꝓlaretur: in dies multos: & breuius faceret tēpus luctus. Illud aūt non est simpliciter intuenduꝫ: qđ de vocibus triuꝫ angeloꝝ: tria: videlicet promittantur hoibus qui morant in terra (hoc est) illis hoibus qui terrena sapiunt: & terrena sectant: quasi causaliter accidat: & nō magis iudicij veritate: q̄ qui nolunt obedire doctoribus veritatis: iustum est & equum iudicium vt incurrant (pmittente deo) in opationem erroris: & credāt mendacio: qđ amauerunt. Sed iaꝫ nunc veniēdum est ad quintum Angelum: cui & aserībitur primum: ve: & qđ in tpe eius accidērit: non sine cordis gemitu attēdamus: presertiꝫ: cum in diebus nostris ꝓfusa esse oia videant: ita vt necdū primo: ve: ad finem pducto: approprinquare alia: ve: signis euidentibus sentiamus. Sequitur.

¶ De quinto angelo tuba canente.

Cap. 9. L. 1. ¶ Et quintus angelus tuba cecinit. Et vidi stellam de cælo cecidisse in terram. Et data est illi clauis putei abyssi: & aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est aer de fumo putei: & exierunt locustæ in terram.

Quis fuerit miser iste: aut vnde surrexit: qui clausum quondam abyssi puteum aperuit: nescio: deus scit: clericum tamen fuisse: & imbutum scientia litterarum: ex huius textu lectionis apparet. Accepit autem quicunq; fuit ille: clauem scientie praui dogmatis: haud dubium q; a patre mendacij: potestatem. S. inuestigandi profunda sapientie: non dei: sed mundi huius: quaz pdidit: & pdet deus in manu paruulorum suoz ad euacuandum scandalum crucis: qđ positum est in signum & salutem credentibus. Aperuit ergo puteum abyssi: & ascendit fumus putei: sicut fumus fornacis magne: q; nimiz vt de celo luminaria: ita de abyssi puteo fumus tenebrosus ascēdit. Si enim (vt iaz dixisse me recolo) totius scripture sacre volumen: de quo pcedit vera sapientia: que est lumen humanarum mentium: & splendor spiritualium oculoz: designatur in celo: qđ in puteo abyssi: nisi profunditas quedam humane sapientie: si tamen sapientia & non ignorātia dicenda est: vtpote de qua pcedit fumus erroris: dicente dñs. Erratis: nescientes scripturaz: nec virtutem dei? Scimus enim constatos fuisse quosdam philosophos: comprehendere oia ratione: & aliqua de his que sentiebant: ad memoriam in posteruz tradidisse. Qui cum multa rationabiliter disputasse viderentur: ignorantes tñ benignitatem & mā suetudinez: necnō & oipotentiaz creatoris qui potuit facere cuncta de nihilo: & p vel le arbitrij sui: aliqua in meliorem statum & feliciorem mutare: in tantum quidam eoz processit disputando de corpore & spiritu: vt diceret omne corpus esse fugiendum.

Mat. 22.

¶ Huic errori nephandissimo quondam eus cuato in xpo: nouuz quoddam genus hereticoz: nescio quo docente adhesisse videmus: dicentium oia corpora esse creata a Dyabolo: ac per hoc: nec venisse xpm in carne pfitentur: vt apte se ptinere indicēt: ad eum qui venturus est: Antichristum: dicente Joāne. Quicunq; negat xpm venisse in carne: hic est seductor & Antichristus. Hi sunt illi heretici qui vulgo dicunt patharenī: iz apud alios: & alios diuersis vocabulis noientur: qui vt se esse demonstrēt qđ sunt: filios. S. tenebraz: nocturno (vt fertur) tpe: & hoc diebus statutis: conueniunt per puincias in synagogis suis: quatenus congregati in vnum: & mutuos sibi aspectus exhibentes: faciant tādem opa patris sui. Huiuscemodi ergo hoies: si tñ hoies & non reptilia: Locuste sunt egresse de fumo putei: q: sicut Paulus dicit his qui crediderant per verbum eius. In xpo Jesu per euāgelium meuz ego vos genui: ita & istos per errorem suum genuit ille qui visus est in specie stelle cecidisse de celo. Sz q: post peccata filioz hoiuz: accidunt in humano genere: oia mala ista: que & qualis sit potestas que data est eis ad psequēdos impios: & eos qui non baiulant Crucem Christi ad sequendum eum: aperitur cum subditur.

2. Ioh. ii

1. Cor. 4

¶ Et data est illis potestas sicut habent potestatem Scorpiones terræ. T. 2.

¶ Nōnulli reproboz habent voluntatez nocendi: sed nō possunt: q: sine pmissione iusti dei: nec ipse Dyabolus ausus est tentare Job: quez etiam accepta potestate: nō est (inquantum ipse voluit) flagellare permissus: sed quantum voluit ille qui potestatem dedit. Unde & hic subditur.

Job. i

L. 3. ¶ Et preceptum est illis ne lædерent fœnum terræ: neq; omnem arborem: sed tantum homines qui non habent signum dei viui in frontibus suis.

¶ In feno terre: designantur simplices: qui nesciunt ad dexteram & ad sinistram: preter Jesum Christum: & hunc crucifixum: quiq; interrogati ab hereticis: auertunt aures dicentes: non esse suum: sed clericoz disputare de fide. In arboribus autem designantur viri perfecti: qui proficiunt fructum in temporibus suis. In his duobus generibus hominum: non potest in aliquo (vt supra diximus) heretica pauitas inuenire locum in illis: q: simplices sunt: & a semel suscepta fide: nulla ratione discedere possunt: in istis q: sapientes sunt sm deum: & sciunt per gratiam sibi data: vitare iacula inimici. At qui propter carnalitatem suam homines dicti sunt: quiq; non habent signum Dei viui scriptum in frontibus suis: iusto omnipotentis Dei iudicio: traditi sunt Locustis: cruciandi vehementer ab eis propter iniquitates suas: quousq; compleatur tempus potestatis eorum. Signum vero Dei viui: crucem dominicam esse puto: quam illi veraciter in fronte portant: qui non erubescunt crucifixum: qui dicunt assidue cum Apostolo.

Gal. 6. Mihi autem absit gloriari: nisi in cruce domini nostri Jesu Christi. Et qui sunt illi? Hi qui nolunt esse diuites: in hoc presenti seculo nequam. Qui enim volunt (iuxta Apostolum) diuites fieri: incidunt in tentationem & in laqueum Dyaboli. Sed ad

1. ti. 6 esse veniamus. Scimus q; Locusta immundum est animal: & alis quas habet supra se ad superiora leuatur. Scorpio vero deliresit in abditis: & repente percutit incautos: non ore: sed cauda. Secunduz hoc

Ars q̄ patharēi decipiunt. Patharenī heretici: mundos se coram populo: & iustitia preditos esse simulant: & ex occulto circa finem verbi: producunt aculeos erroris sui: quibus tamen non seruos Dei promittuntur ferire: sed illos (vt iam diximus) homines qui mūdanas delitias concupiscunt. Notum est omnibus & bene notum: q; eorum quidem alij extimantur perfecti: alij autem dicuntur credentes. Perfectos etenim dicunt illos: qui seruant per omnia doctrinam suam: credentes qui non seruant: sed tamen credunt cō seruantibus illa. Qui ergo perfecti sunt inter eos: hi sunt quos designant Locuste: qui autem credentes dicti sunt: hi sunt illi homines quos Locuste percutiūt caudis suis. Sed quare cruciantur qui credunt eis? Q: stimulata conscientia accusat eos: scientes q; pro subsidijs temporalibus adhęserunt eis: sicut ex relatu eoruz qui & fuerunt inter eos: & penituerunt: didicimus. Deniq; conuenientes in vnuz faciunt collectas bonorum suorum: & si quos vident inopes anhelare ad diuitias mundi: primo ostendunt eis affectum misericordie & miserationis: deinde culpant Christianos diuites: & maxime: Sacerdotes & Clerum: qui deberent (aiunt) seruare apostolicam vitaz: & subleuare miserias pauperis & egeni: vt nemo esset egens in religione Christiana: sicut non erat aliquis egens in religione Christiana: sicut non erat aliquis egēs in ecclesia primitiua. Deinde dicunt eos excidisse a fide: factos autem persequutores iustorum: sicut sacerdotes Judeoz: qui persequebantur Apostolos. Ad vltimum fatentur se scire homines qui seruēt ad integrum apostolicam fidem: ita vt nō sit aliqs inops inter eos: & qui pauper venit ad illos: protinus (inquiunt) efficitur diues. Hec & his similia: quasi rationabiliter concinātes: munda animalia se esse fingunt: quousq; percutiant homines ex improuiso dicētes. Et tu quoq; si vis esse de credentibus in fidem ista: & adherere obseruantibus eam: vel saltez exhibere tutelam: & esse contrarius resistentibus secte isti: poteris in hoc seculo esse diues: & delitijs affluens: & in futuro seculo vitam eternam

Contra eum. Patharēi heretici q̄ arte decipiunt.

eternam possidere. Porro hõ cupidus audiẽs ista: cecatus mẽtis oculis: trahit amore diuitiarũ: & efficit sicut equus & mulus: Ioa. 31. quibus non est intellectus. Sicq; corruptus verbis & pecunia: incipit esse pro illis: aut quasi vnus ex illis: trepidãs tamen & accusans semetipsum in cogitationibus suis: sciens a bono esse non posse: qcqd tali modo pecunia obtinet. Hoc ergo modo cruciant multos: quos non occidunt: q; pecunia qdem corrumpunt: sed ex toto a fide xpi eradicare non possunt. Et qdem qui signum dei viui non habẽt: nisi illud habere studeant: morituri sunt: sed tñ a locustis cruciantur qdem: sed. nõ occidũntur: q; & si coruptos pecunia defensores illos habere queunt: vt negent tñ fidem xpi: trahere ad pfidiam vsq; quaq; non possunt. Sz terminus illis cõstitutus est: qui preteriri non potest. Nam subditur.

T.4. Et dictum est illis ne occiderent eos: sed vt cruciarent mensibus quinq;.

Non est dictuz hoc mori de morte eterna: sed de extinctione fidei: qua viuũt plerimũq; tpaliter reprobi inter eos qui vere viuunt: qui tñ: q; signum dei portare negligunt in frontibus: timorem. s. dei in cordibus suis: sic viuunt vt moriantur aliqñ: si non trãseunt ad psuersationem eoz qui veraciter viuunt: dicente de hmõi Apostolo Tit. 1. Paulo. Confitentur se nosse deum: factis autez negant. Sed quare quinq; mẽsibus? Forte q; quinq; menses habent dies centum quinquaginta: & solet aliqñ dies designare annum. Triginta ẽ dies: vnam annoz generationem. Forassis ergo quinq; menses: quinq; significãt generationes annoz: annos: vz: centum quinquaginta: q; diu est ex quo pfota fuit secta ista: lz nesciamus a quo fuerit inchoata: vel aucta. Qđ autem sequitur.

T.5. Et cruciatus eorum sicut cruciatus Scorpii cum percutit hominem.

Replicatio sermonis est: vt opus illaz intelligatur. Ubi & aliquid terribilius subditur: quod magis exprimit causam.

T.6. Et in diebus (inquit) illis: quærent homines mortem & non inuenient: & desiderabunt mori: & fugiet mors ab illis.

Qui hoies querent mortem? Nunqd omnes hoies? Non. Sed illi quos locuste petient. Grauis res est: diabolica tentatio: & difficilis ad portãdum. Unde & Apostolus dicit. Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Deniq; & Sanson cum tentaretur a Philisteis: per eam quam diligebat artius Meretricez afflictus est vsq; ad mortem: eo q; sciret esse illicitum revelare secretum: & tñ: & importunitate illius simul & voluptate devictus: aliud agere non valebat. Sic & hoies isti: sicut didicimus per eos qui venientes ad nos in eadem calamitate: se aliquãdiu steriisse pfessi sunt: videntes q; duz sit separari mente & fide a generalitate ecclesie: & attendentes verba eoz que oino verisimilia esse videntur: incidunt in varias tentationes & questiones insolubiles: & nociuas: ita vt melius sibi esse arbitrent mori: q; viuere. Inde est: q; & tristes sunt omni tpe qui eiusmodi sunt: sed & facies eoz palloze ppetuo deprimuntur. Et hoc qdem de illis qui pro aliqua vtilitate tpali sic trãseunt aio ad sectaz eoz: vt tñ duz arbitrentur relinquere semel suceptam fidem: & recedere a pietate christiana: quam seruat sub oi celo multitudo credẽtium. Qui autez ex toto subuersi sunt: non pfiderant ista: sed relicta ratione humana: Locustis pariter & Scorpionibus similes facti sunt: querentes quos seriant & inficiant veneno suo: querẽtes cum quibus inhient cõe vel singulare certamen: vt quasi vel preualeant: hoste pstrato: vel occisi (sicut asserunt) coronentur martyrio. Qđ si hoc: non de illis malis hoibus: sed magis de fidelibus dictum est: põt de fine quinti tpis: non inconuenienter accipi sermo hic: q; durius pre solito incipient preualere Locuste: preter alia innumerabilia mala: que futura sunt in terra: sz q; nos ipsi qui hec & loquimur: tam de tpis fine: q; de rez imutatione manifeste colligimus. Etenim in quibusdam mundi partibus: ita huiuscemodi pestilentes hoies inualuisse feruntur: vt quasi equi preparati ad preliuz nihil vereant aduersi: despicientes penitus vitam tpalem: ac si per supplicia adepturi eternam. Unde & mox subditur.

T.7. Et similitudines locustarum: similes equis præparatis ad prælium. Et super capita eorum tanquam coronæ similes auro.

Cohortantur semetipsos adinuicez vt sint fortes in bello: rangq; pugnaturi pro fide: promittentes sibi illud Apostoli. Non 2. ti. 2. coronabitur: nisi qui legittime certauerit. Unde & corone ipse similes auro esse phibẽtur: q; verbis verisimilibus palliant errorem suum: dicentes se esse catholicos: & orthodoxe fidei defensores. Nam & martyres dei nolant suos: qui forte a catholicis pcremati sunt igne: extimantes illos principes secte sue: gloria & honore coronatos in celis. Et hec quidem de illis: quos quasi dei martyres venerantur. Ceterum quod sequitur generale est omnium. Nam subditur.

T.8. Et facies earum sicut facies hominum: & habebant capillos sicut capillos mulierum: & dentes eorum sicut leonum erant.

In facie cuiuscunq; alis: apparet: vel mansuetudo: vel ferocitas eius. Cognitio ergo hominis qualis sit: in facie designatur. Porro in his Mereticis: non sic: sed aliud ostendunt in facie: aliud occultãt in ore: vt quos facie humana decipiunt: dentibus mordeant leoninis. Ostẽdunt se hũmanos: & quasi simplices: vt pterant molaribus quos sibi resistere suspicantur. In facie ergo humana: ficta humanitas: in dẽtibus leoninis: vera immanitas designat. Sane: in capillis mulierum qui longiores sunt capillis viroz: designatur assiduitas operandi: qua se quasi de suo labore viuentes: religiosos esse iactitãt & modestos: abutentes auctoritate illa Apostoli: qua dicit: Magis autez operẽtur: qđ bonum est: vt habeat vnde tribuat necessitatem patien- phil. 4. tibus: non attendentes illud euangelicuz. Operamini: non cibum qui perit: sed qui Ioa. 6. pmanet in vitam eternam. Nec illud qđ dr de eo qui dixit. Juga bouz emi quinq; Luc. 14 rogo te habe me excusatum. Denique & sacerdotes dñi prohibentur in Ezechiele radere capillos: nec tñ sinuntur nutrire co- ezec. 44. mam: quin magis eam per eundem pphetam attondere inbentur: quia: vz: religiosi quiq; non sinuntur esse ociosi ab operibus manuum: nec tñ supra modum insistere operi permittuntur: quatenus: & sic quod detur in partem Marthe: & non desit quod accipiat in sua parte Maria. Sequitur.

T.9. Et habebant loricas: sicut loricas ferreas.

Viri iusti habent loricam contra tentationes Diaboli: quia muniti & armati mẽtis constantia: non timent iacula inimici. Quo contra filij Diaboli habent loricam insuperabilem duritiam cordis sui: ne possint peruenire ad eos spicula verborum Dei: iuxta illud Psalmiste: cuius supra fecimus mentionem. Furor illis sm similitu- ps. 57. dinem Serpentis: sicut Aspidis surde: & obturantis aures suas: que non exaudiet vocem incantantium: & venefici incantantis sapienter. Sequitur.

T.10. Et vox alarum earum: sicut vox curruum equorum multoz currentium in bellum.

Tale sanctorum animalium intelligun-
tur viri contemplatores: quorum est pro-
prium contemplari celestia: z paucis amo
do vbis: multa z sublimia intimare. Qui
autem designantur in alis Locustarum:
hi. s. qui habentur apud eos: perfecto; per
fecti: si quando veniunt ad conflictum: nõ
sic: sed stridentes z rugientes disseminant
verba sua: vt videantur superare verbis:
quos non possunt vincere ratione. Unde
z in quarta parte libri huius: in specie cu-
iusdam Bestie ascendentis de terra: de eis
dem dicitur. Habebat duo cornua similia
agni: z loquebatur sicut Draco. Uez quo
cunq; modo loquantur: vtuntur tamen
auctoritatibus scripturaꝝ: immo nõ vtun
tur: sꝫ abutuntur: qz nequeunt ratione de-
monstrare qõ dicunt: verbis illis sanctaꝝ
scripturaruꝫ: muniunt partem suam: que
sunt iuxta vocem Petri difficilia intelle-
ctu: quatenus adulterãtes ea per prauum
2. pet. 3. littere intellectum: possint ea trahere ad
perfidiaꝫ suam. Semper tamen in verbis
eorum obseruandus est finis: quod nos de
bere facere demonstrat Joannes: cum ite-
rum atq; iterum replicat verbum: memo
riam repetit Scorpionis. Nam sequitur.

T. 11 Et habebant caudas similes
scorpionũ: Et aculei sunt in cau-
dis earum.

Hoc est enim illud Apostoli. Et sermo
2. tbi. 2. eorum vt Cancer serpit. Sed cum taꝫ hor
renda reptilia presto sint hodie super ter-
ram: q̃ꝫ oporteat fideles caute redimere
dies malos: z esse sapientes ad discernen-
dum inter vez z falsum: inter signa dei
Exo. 7. si z Aaron: z signa Janes z Mambres: vi
deant illi qui nolunt discernere: inter tem
pus z tempus: inter tranquillum mare: z
tempestatis valide agitatam procellis: vt
eis liceat adhuc vacare epulis: z ducere in
Job. 21 bonis dies suos: sicut in annis seculi z
diebus antiquis. Si enim omnia tempora
lia equalia essent ad salutez: z non deterio
ra essent tempora nouissima primis: nõ di-
ceret Apostolus. In nouissimis diebus in 2. tbi. 3.
stabunt tempora periculosa: nec pretermis
sis tam multis hereticoꝝ generibus: quo-
rum infestationes sustinuit vsq; modo ec-
clesia: eos de qbus sermo est: in spiritu pro
phetie demonstrare curaret: sed aut simul
loqueretur de omnibus: aut de cunctis ta
ceret. Loquutus est autez de istis: tanq̃ de
illis hereticis: qui ex sunt omnium hereti
coꝝ: nec aliud q̃ꝫ qõ videmus z audimus.
Dãnant vtiq; matrimonia licita: z cibos
quos deus creauit ad, percipiendum cum
gratiaꝝ actione fidelibus. Et q; ita esset fu
turuz: predictum est (vt iam diximus) ab
Apostolo Paulo: scribente hoc modo in
epistula ad Thimotheum. Spiritus mani 1. tbi. 4.
feste dicit: q; in nouissimis temporibus di
scedent quidam a fide: attendentes spiriti
bus erroris: z doctrinis Demonum in hy
pocrisi: loquentium mendacium z caute
riatam habentium suam ꝓscientiam: pro-
hibentes nubere z abstinere a cibis quos
deus creauit: ad pcipiendum cum gratia-
ruꝫ actione fidelibus. Hec serenissima ver
ba Pauli: vel potius spiritus sancti: lecta
fuere in ecclesia Dei quasi per mille cẽtum
quinquaginta annos: z semp hoc dicitur
in eis: cum leguntur a quolibet: qõ fuit in
eis eo tempore quo scripta fuerunt. Non
autez qz semp tempus futuꝝ annunciatur
in eis: sine fine futuruz erit qõ dicitur: sed
tam diu oportuit esse futuꝝ: quousq; veni
ret tẽpus in quo accideret: qõ dictum est.
Qõ si ideo scriptum est a spiritu sancto vt
sciretur cum accideret: qõ predixit: liquet
profecto q; de tempore hoc dicebat: in quo
videmus hereticos esse in mundo qui sa-
cũt ea mala que prescripsit Apostolus: im-
mo que spiritus omnipotentis Dei: futu-
ra esse predixit. Sed z illud notum est qõ
predixit in epistula sua ꝺ Antichristo: Joã
nes: cuius est liber iste: sicut nec illud est
ignotum qõ dicunt isti: adeo vt dum ea le
gimus eẽ predicta: que in his ex parte ma
gna videmus esse completa: flere magis li
beat: q̃ꝫ aliqd dicere. Etenim (vt iam de fi

ne datur intelligi) qõ constotum est in eis:
prope est oino vt rumpat; in regulum. Me
gant enim filium dei venisse in carne dicẽ
tes: oẽm carnem creataꝝ a Dyabolo: vt ap
te intelligatur: ipsos preuidisse in spiritu
1. ioã. 1. beatus Joãnes: qñ ait in epistula sua. Qui
negat Christum venisse in carne: non est
ex deo: z ipse est Antichristus qui vẽturus
est. Nempe z apostolicum cui omnes obe
diunt se fatentur habere: de quo in presen
ti loco subsequenter adiungitur.

T. 12 Et habebant super se regem
Angelum Abyssi: cui hæbraice
nomen, Abadon: græce autem:
Apollion: & latine habet nomẽ
exterminans.

Puto ego q; huiuscemodi pseudo pro
pheta: ita quoq; ipse veniat tenere locum
Antichristi: quo Dauid z ceteri reges Hie
rusalem locum Christi. Unde z ipsimet re
ges Juda: Christi dñi dicebantur. Siqui-
dem vt oẽs illi Christi dñi dicebantur: ita
z in secta ista: multi iam forsitan pcesse-
runt: qui essent pro auctoritate pfidie dicẽ
di Antichristi: maxime cum dicat Joan-
nes vtens presenti vel preterito pro futu-
ro. Sicut audistis q; Antichristus venit:
1. ioã. 1. nunc Antichristi multi facti sunt. Et quia
protinus subinsert. Unde scimus q; nouis
sima hora est. Sequi non longe post ipsum
magnum Antichristum demonstrat: quez
ego considerans vniuersas facies scriptura
rum: z introitus z exitus concordia rum:
presentem puto esse in mundo: z si necduz
venerit hora reuelationis ipsius. Oportet
Hiero. enim ꝺm Hieronymum: desolari Roma-
num Imperium quod resistit ei: antequaꝝ
reueletur: z tunc (inquit) reuelabitur ille
2. tbes. 2 iniquus: cuius est aduentus ꝺm operatio-
nem Sathane: in omnibus signis z prodi
gijs mendacibus. Reuelabitur autem ma
nifeste: sub sexto Angelo tuba canente: z si
antea velut occulte operari incipiat. Tem
pus siquidem sexti Angeli omnino credi-
mus esse breue: propter illud qõ dominus
ait. Propter electos breuiabuntur dies il mat. 24.
li. Nam in tribus annis (nisi salloz) termi
nari oportet tribulationem eandem: z tem
pus sexti Angeli tuba canentis: quãuis qz
sextum tempus: duplex est: aliquid preire
oporteat: quod pertineat ad tempus sexti
Angeli: manente adhuc in prelio Angelo
quinto: presertim: cum prius soleat incipe
re qõ pertinet ad sequentia: q̃ꝫ opera pece
dentia consumationem accipiant. Quod
si ita est: oportet Antichristum preuenire
tempus sexti Angeli: aut per se (aut quod
magis creditur) per nuncios suos: vt con
ceptum longe ante venenum: tunc iaz pre
paratus ad belluz: z multis dyabolicis ar
gumentis: promunitus effundat. Qui iu-
re quoq; dictus est Rex Abyssi: qz in coz
de populi infidelis a principio regnat. Uo
catur vero hebraice Abadon: grece autez
Appollion: z latine habet nomen extermi
nans: qz in diebus eius compleri opz illud
qõ scriptuz est in libro psalmoꝝ. Uineam
de Egypto transtulisti: eiecisti gẽtes z plã
tasti eam: &c. Et infra. Ut quid destruxisti
maceriam eius z vindemiant eam omnes ps. 79.
qui pretergrediuntur viaz? Exterminauit
eam Aper de silua z singularis ferus depa-
stus est eam. Quod tale est: ac si diceretur.
Adulti qdem heretici trãseuntes z preter
gredientes viam: dãna multa z obprobria
intulerunt ecclesie: que ad tps poterãt tol
lerari: qz z si pdebatur fructus: ipsa tñ inte
gra in suo statu manebat. At ille qui dici-
tur Aper de silua: intollerabiliter extermi
nabit eam: ita vt non videatur esse vinea:
sed solitudo deserti. Licet autez multa ex-
terminia operetur Dyabolus per mem-
bra sua sub Angelo quinto: maius tamen
z grauius exterminium erit quod seque-
tur sub sexto: z q̃ꝫ durum: z q̃ꝫ angustum
subsequetur sub septimo. Unde z mox
subditur.

Ve, vnum abiit: & ecce ve-
niunt adhuc duo: ve: post hæc.

¶ De sexto angelo tuba canente.

T.13 ¶ Et sextus Angelus tuba cecinit. Et audiui vocem ex quatuor cornibus altaris aurei: quod est ante oculos dei: dicentem sexto Angelo habenti tubam. Solue quatuor angelos qui alligati sūt in flumine magno Eufraten. Et soluti sunt quatuor Angeli qui parati erant: in horam: & diem: & mensem: & annum: vt occiderent tertiam partem hominum: & numerus equestris exercitus: vicies millies dena millia: & ita vidi equos in visione: & qui sedebant super eos habebant loricas igneas: & sulphureas: & iacynctinas.

TEmpus sexti Angeli tuba canentis: de quo in presenti capitulo sermo est: ita p̄m id quod propium est: futurum esse sentimus: vt tamen p̄m aliquid sumpsisse exordium videatur. Ut enim primus Joannes Baptista: predicator factus est gratie: q̄z lex ꝛlDoysi penitus decidisset ita quilibet Angelorum sex: primus incipit tuba canere: q̄z Precessor suus insonare debuerat: & primo inchoantur subsequentia prelia: q̄z bella precedentia ad consummationem seculi perueniant. Igitur inquantum capere ego queo: tempus quidem sexti Angeli: initiatum est: sed tamen tempus quinti: necdum vsq̄z ad presens consummationem accepit. Tempus ergo sexti Angeli: iam nunc p̄m quid initiatum est: & sub omni celeritate & instantia oportet consummari: quod de eo in hoc volumine scriptum est. Et audiui (inquit) vocem vnam: ex cornibus altaris aurei: quod est ante oculos Dei dicentem sexto Angelo habenti tubam. Solue quatuor Angelos: qui alligati sunt in flumine magno Eufraten. In cornibus altaris aurei: que vtiq̄z non sunt nisi quatuor: quatuor Euangelistas designari arbitror: quorum vnus est Beatus Joannes (cuius est precipue vox ista solennis) que auribus sepe nostris insonuit. Si enim cursus quatuor euangeliorum contemplari sufficimus. Unam communem vocem in ipsis quatuor audimus annunciantem nobis dominum Jesum traditum fore in manus peccatorum in fine quinti diei qui precedit parasceue: die vero ipso qui vocatur sextus: crucifixum: mortuum: & sepultum. Hanc vocem si spiritualiter intelligimus: profecto innuit nobis in spiritu: quod futurum erat: soluendos esse: videlicet: filios noctis & tenebrarum in tempore sexti Angeli tuba canentis ad complendum illud quod ait dominus interrogatus de fine mundi. Cum Luc.21 videritis Hierusalem circundari ab exercitu: tunc scitote quia prope est exterminium eius. Angelo vero sexto dicitur vt soluat quatuor angelos: cum propter infinita scelera hominum: iubentur Sancti Dei non orare pro Populo malo & adultero: p̄m quod ex voce Domini dicitur ꝛlDoysi. Dimitte me vt irascatur Exo.32 furor meus. Quasi enim alligatus erat Deus prece iusti vt non posset facere qō volebat. Quod si hocipse Deus: quanto magis (& si dissimili modo) alligantur viri impij prece iustorum: ne faciant malum quod facere sunt parati: quousq̄z perueniāt peccata Babylonis vsq̄z ad celum: & recorderur Dominus delictorum eius? Uel certe sexto Angelo tuba canenti dicitur: vt Angelos soluat: non q̄ eius sit soluere: sed q̄ eius sit demonstrare solutos: iuxta illud quod dicitur Esaye Prophete. Occeca cor populi huius: & cetera que sequuntur. Neq̄z enim Propheta obcecauit cor populi Judeorum: sed ipso propte Esa.6.

tante obcecatum est insipiens cor eorum: quamuis legamus precessisse Dominum
2.Re.19. Helye Prophete vngere Azaelem Regem in Syriam ad percutiendum filios Israel: quod postea ad verbum Helysei completum esse didicimus. Quod vero ait. Qui parati erant in horam: & diem: & mensem: & annum vt occiderent tertiam partem hominum: non tam quidem rem futuram: q̄z causam exprimit voluntatis eorum. Licet enim non semper obtineant quod volunt ipsi: tamen parati sunt ad complenda desideria patris sui: p̄m illud
Job.40 quod dictum est in Libro Job de eodem Diabolo. Absorbebit fluuios & nō mirabitur: & habet fiduciam vt influat Jordanis in os eius. Paratus dicitur ad horam vel ad diem: qui mox (vt permittitur) aut iubetur aliquid: presto est: ita vt quacunq̄z hora permissio vel iussio fit: ipse sit paratus sine mora complere. Paratus dicitur ad mensem: vel ad annum: qui tam diu se posse credit perseuerare in causa: quamdiu permanere in illa: aut permittitur: aut iubetur. Hi ergo quatuor Angeli mali parati esse dicuntur ad horam: vel ad diem: quia semper sunt sollicīti & vigilantes ad malum: expectantes qua hora: & qua die detur eis potestas interrogandi supplicijs Christianos: & trahere illorum aliquos ad spurcitiam suam. Parati esse dicuntur ad mensem: vel ad annum: quia non se ita credunt inhertes: vt quasi ad horam & ad momentum faciant quod prenalent & desistant: sed parati sunt preliari pro erroze suo (etiam si oporteat) vsq̄z ad mortem: dicente Domino. Arbitrabuntur se obsequium pre-
Joa.16 stare Deo: Angeli vero dicti sunt: qui mittendi sunt ad faciendam vltionem: p̄m il-
Ps.77. lud Psalm: septuagesimi septimi. ꝛlDisit in eos iram indignationis sue: indignationem: & iram: & tribulationem: immissiones per Angelos malos. Puto autem istos esse illos quatuor Angelos: de quibus dicitur supra in apertione sexti signaculi: q̄ starent super quatuor angulos terre: & tenentes quatuor ventos celi ne flarent: & q̄ datum esset illis nocere terre: & mari: arq̄z arboribus. Quatuor autem erunt: vt quasi quatuor Euangeliste: duces videantur esse eorum: qui per verbum ipsorum nephartum: crediturī unt Antichristo: cui & adherebunt plurimi Judeorum: videntes signa & prodigia Judei. que facturus est ipse: & Discipuli eius. Non enim vnum Antichristum: aut mat.10. vnum Pseudo Prophetam: predixit Christus esse venturum: sed multos. Et Anteχristi multi. quidem: vt in sexto Angelorum effundentium septem Phialas: ostenditur: egressuri sunt pseudo Prophete: ad Reges Terre: & congregaturi eos ad diem magnum Dei omnipotentis. Non solum autem ipsi: sed & aliqui Sarracenorum: qui & reputantur in Bestiam. Et enim quarto tempore: apparuit Bestia que ascendit de Abysso: & quinto alia Bestia: que ascendit de terra (hoc est) secta Sarracenorum: que resistit quarto Sarracenus. Angelo tuba canenti: & secta Parharenorum: que resistit quinto: licet illa manifeste: ista quantum potuit: sicut iam ex fine colligitur: in occulto. In sexto autem tempore egressuri sunt aliqui (vt ego arbitror) ex vtraq̄z Secta: quorum alij videantur esse Equites: Equi aliqui: adeo terribiles & monstruosi: vt si fieri possit in errorem inducantur: etiam electi. ꝛlDirum q̄ preterito anno veniens quidam vir satis (vt apparebat) prouidus & timens Deum a partibus Alexandrie: in quibus detentus fuerat in vinculis: dixit se audisse a quodam magno Sarraceno: misisse Patharenos Legatos suos ad illos: postulantes ab eis communionem & pacem: quodq̄z illis concedentibus: reuersi sunt ad suos: reportaturi cum tempus esset: ad eos: certum verbum vnitatis & pacis. Hoc audiui ipse: ab eodem viro: in Ciuitate ꝛlDessana. Anno 1495.ad
millesimo centesimo nonagesimo quinto num.

incarnationis dominice:tertiedecime in/
dictionis. Hec idcirco dico:q̃ videtur in
hocipso erroꝛis myſteriuꝫ parturiri:ꝛ ope
ris iniqui quaſi fundamẽtum tactari. Igi
tur cum venerit tempus:ꝛ preſto erit:ho
ra ſolutionis Angeloꝛ iſtoꝛ:exibunt cuꝫ
ſuperbia ꝛ furoꝛe conſumari ea que ſcripta
ſunt in libro iſto: eo q̃ non cognouerunt
homines tp̃s ꝓſolationis ſue. De qua: vꝫ:
ſolutione maloꝛ:ꝛ poteſtate tenebraꝛ: di/
cit pſalmiſta. Poſuiſti tenebras ꝛ facta eſt
noꝛ:in ipſa pertranſibunt oẽs beſtie ſilue.
Beſtie ſilue dicte ſunt gentes infideles:
que more beſtiaꝛ ſituunt humanum cruo/
rem:quaꝛ alique ſunt a parte oꝛientis: ſi/
Turchi cut ſunt hi qui vocant: Turchi: alie in me
ridie: ſicut Ethiopes: alie ab occidente: ſi
cut Barbari: ſiue Mauri: que vulgo dicũ
tur: Meſelmutti: alie ab aglone: que ꝛ ipſe
(ſicut ferunt Alemani) qui cuꝫ eis ſepe ha
buere pꝛlictum: ſatis ferociſſime: ꝛ terribi/
les ſunt. Hi oẽs vſq̃ ad ſextuꝫ tempus: qđ
erit: immo ꝛ eſt pꝛe oibus tenebroſum: alli
Roma. gati fuere in flumine magno (hoc eſt) in
impiuꝫ. Romano Imperio: qđ pꝛſtituit deus oipo
tens ad munimen pacis: ꝛ defenſionem ec
cleſie: quo reſiſtente iuribus ꝛ potẽtia mul
ta: non fuere pmiſſi tranſire terminos pꝛſti
tutos: ꝛ methas quas poſuit illis Deus: ſi
cut de eis in typo maris in libro Job a do
Job.38 mino dictum eſt. Circundedi illud termi
nis meis: ꝛ poſui vectes ꝛ oſtia: ꝛ dixi: huc
uſq̃ venies: ꝛ nõ pꝛocedes amplius: ꝛ hic
pꝛfringes tumentes fluctus tuos. Et hoc
qdem vſq̃ modo. Cum autem ſextus an
geloꝛ effundentium ſeptem phialas iracũ
die dei: effundet phialaꝫ ſuam ſup flumen
illud magnuꝫ Euſratem ad ſiccandas aq̃s
eius: que tenent alligatas gentes: qđ vltra
ſpatur: niſi aduentus illoꝛ: quibus pꝛepara/
bitur via vt veniant ad pcutiendam Ba
bylonem ciuitatem ſupbam: que ſedet' (vt
dꝛ in hoc libro) ſuper aquas multas: que ſi
cut exponit Angelus qui oſtẽdit viſionez
Joanni: non aliud ſunt q̃ populi multi.
De quoꝛ. ſ. populoꝛ viribus: preſumpſit

terram hieroſolimitanam vocari ſpiritua
liter: oꝛtum ſolis: q: ibi oꝛtus eſt ſol iuſtitie
xp̃s deus noſter. Igitur equeſtris exerci/
tus: quem vidit in viſione Joãnes: ſalſos
illos chriſtianos deſignat: ꝛ regnum pari/
ter ſarracenoꝛ: qđ ly videamus pꝛficere in
regnum nouum: q̃ deſignatum eſt in pe/
Dañ.2 dibus ſtatue: quam vidit in viſione: Na/
buchdonoſoꝛ reꝛ: de plantario: nõ ferꝛ'oꝛ/
tum eſt: hoc eſt: de regno illo ſarracenoꝛ:
qđ initiatuꝫ eſt a Mahometh. Et hoc qđ
ſummope notandum credidi: ne qs me ar
guat bis ducere ad pꝛlictum gentem ſarra
cenoꝛ: hoc eſt: in duobus tpibus: quarto
ſ. ꝛ ſexto. Non eſt ꝛrarium vel abſurduꝫ:
q̃ caput vnum beſtie: qđ quaſi mortuum
viſum fuit: itez reuixit a mortuis: ꝛ viſuꝫ
eſt q̃ feciſſet deteriora mala: q̃s que fecerat
a principio. Non eſt alienum a fide: q: in
illa viſione Nabuchodonoſoꝛ: auꝛ qdem
poſitum eſt ſemel: argentum ſemel: es ſimi
liter ſemel: ferꝛ autem non ſemel: ſed bis:
ꝛ dictuꝫ eſt: q̃ duo regna vltima eſſent ſer
rea: ly ſequens mixtum luto: ꝛ q̃ alteꝛ ex
altero oꝛietur. Hec idcirco dico: q: duo iſta
regna vltima: habent locum inter confli/
ctus ſeptem angeloꝛ: de qbus agimus: in
quarto: vꝫ: ꝛ ſexto tpe: ceteris tribus re/
gnis ab hac cõione ſecluſis. Igit equeſtris
exercitus: quem vidit Sanctus Joannes.
Pſeudo ꝓphetas ſimul ꝛ ſarracenos deſi
gnat: qui ꝛ pro multitudine nimia: innu/
merabiles ſunt: ꝛ pro fortitudine ſupbi ꝛ
pro crudelitate feroces. Equi enim quos
vidit: ſignificãt cohoꝛtes ꝛ cetus innume/
ros pugnatoꝛ. Seſſoꝛes pſeudo ꝓphetas:
qui videntur ſagaciores eſſe: ꝛ quaſi inter
hoies rationem habere. Hi tribus tegumẽ
tis muniunt coꝛda ſua ne poſſint vulnera
ri ſagittis: ꝛ tranſfigi ſpiculis verboꝛ dei:
ira: luxuria: ꝛ hypochriſi. Ira: q: nolunt' ſi
cut hoies rationabiliter agere: ſed ſine rõ/
ne ꝛ iuſtitia iraſcuntur aduerſus eos qui
non ſentiunt eadem cum illis. Luxuria: q:
cum nos laudemus vitam caſtam: ipſi ſeli
cem putãt vitam luxurioſam. Hypochriſi:
q: docent ſubiectos ſuos coꝛam aliis gravi
ter ſe habere: ꝛ nihil amittere leuitatis. Et
hi oẽs ad hoc laboꝛant: vt deleant nomen
xp̃i de terra: ꝛ imponant filẽtium ſexto an
gelo: hoc eſt: pꝛedicatoꝛibus veritatis: qui
bus datum eſt ſoꝛte ſicut ꝛ ceteris annun/
ciare euãgelium in tpibus iſtis. Prima lo
rica: que eſt: ira: deſignat in igne: q: ignis
in diuina pagina ſepe iraꝫ deſignat. Scda
que eſt: luxuria: deſignatur in ſulphure: q:
vtrũq̃ ſane ſentientibus horribiliter ſetet.
Tertia que eſt: hypochriſis: in coloꝛe iacyn
ctino: q: iacynctum aereum hꝫ coloꝛem: ꝛ
ipſi ſe dicunt eſſe ꝓtemplatoꝛes celeſtium:
pꝛeſertim q: multi eoꝛ: aſtroꝛ diuinatio/
nibus gaudẽt. Hec enim tria ſunt: que ma
xime abijciunt verba dei. Ira: luxuria: ꝛ ſa
pientia ſeculi. Ira enim ꝛ luxuria cecãt ocu
los mẽtis ne videatur qđ veꝛ eſt. Sapien
tia ſeculi: reſiſtit ſapientie dei. Unde ꝛ in li
bro Hyeremie dꝛ. Filij Agar qui exquiſie/
runt ſapientiam que de terra eſt: non intue
nerunt locum eius. Tales ergo ſunt: ꝛ taꝫ
multi quos peccatis noſtris exigẽtibus pꝛe
ualere ſentimus: tales ſunt ꝛ tam multi:
cuꝫ qbus nos opꝫ (ꝛ hoc q̃s citius) bis ad
pꝛlictum venire. Modicum (inquit dñs)
ꝛ non videbitis me: ꝛ itez modicum. Qđ
cum fuerit completuꝫ: videbitis me: ꝛ gau
debit coꝛ veſtꝛ. Hoc enim modo opꝫ dñm
Jeſum: qui vſq̃ modo in membris ſuis la
boꝛauit in terra: ire ſeliciter ad patreꝫ: cum
poſt duas iſtas tribulationes: que in ſexto
tpe pꝛſumande ſunt: euacuauerit oẽm pꝛin
cipatum ꝛ poteſtatem: q: opꝫ (ingt) illum
regnare quo ad vſq̃ ponat oẽs inimicos
ſuos ſub pedibus ſuis. Quaſi enim tunc
ibit ad patrem: qui vſq̃ modo: in mẽbris
ſuis humiliter ſtetit in terris: q: qui vſq̃
nunc pſequuti ſunt illum: negantes eum
eſſe veꝛ filium dei: in die illa laudabunt ꝛ
dicẽt. Benedictus qui venit in noie dñi. 9.xiꝛ mat.21
Propter iſtas duas tribulationes: que ge
minande ſunt in tpe ſexto: nõ ait Joãnes:
numerus equeſtris exercitus decies mil/
lies dena millia: qđ iure acciperet pro infi/

nito:quia denarius:ꝛ millenarius: perfectissunt numeri:sed ait. Decies millies denamillia. Ob tale est:ac si diceretur. Decies millies denamillia. ꝛ iterum decies millies denamillia. Sed audiuimus de equitibus quales sint: ꝛ qualibus sint armis ad resistendum veritati muniti: audiamus ꝛ de equis: qur forte ad irrogan/da mala atrociores sunt. Nam sequi/tur.

L.14 ¶Et capita Equorum tãquam capita Leonum erant: & de ore ipsorum procedit ignis: & fumus: & sulphur. Ab his tribus plagis: occisa est tertia pars hominum: de igne: & fumo: & sulphure quæ procedebant de ore ipsorum. Potestas enim Equorum in ore eorum erat: & in caudis eorum. Nam caudæ eorum similes Serpentibus: habentes capita: & in his nocent.

primum certamen: sub ꝯdoyse famulo domini. Secundus sub Apostolis. Tertium sub illis quos Beatissimus designat Joãnes. De hac serotina predicatione quaꝫ facturus est ordo ille quem designat Joannes: ꝓsumato iam pene illo ordine quem significat Petrus: interrogata veritas a discipulis de fine mundi: post multa que futura forte predixit: adiecit ⁊ ait. Et predicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus: ⁊ tunc veniet ꝓsumatio. Et recte non ait. Opꝫ te iteruꝫ euangelizare: sed prophetare: qꝫ euangelizare proprie dictum est: predicare verba euangelij: ꝑm hystorie veritatem: prophetare vero: annunciare futura: seu per occultam inspirationem gratie: seu per intelligentiam spiritualem. Quamuis enim aliud sit habere prophetiam: aliud nosce mysteria: qꝫ tum per vtrunqꝫ predicuntur futura: recipi aliud pro alio in diuina pagina consueuit. Sequitur.

Clerus cõsumabitur. mat. 24.

Cap. 11. T. 1.

¶ Et datus est mihi calamus similis virgæ: & dictum est mihi. Surge & metire templum Dei: & Altare: & adorantes in eo. Atrium autem quod est foris: templum, eiice foras: & ne metiaris illud: quoniam datum est gentibus: & Ciuitatem calcabunt mẽsibus quadraginta duobus.

¶ Sicut vnum fuit Templum Dei: qð edificauit Salomon: ita vna fuit Sancta Ciuitas: quam edificauit Dauid: vel potius: quaꝫ superedificauit: impositio illi nomine Hierusalem: que tamen qualiter fuerit sancta: non inuenitur: cum in ipsa effusus sit sanguis Jesu Christi: ⁊ sanctoꝝ prophetaꝝ: nisi forte propter sanguinez ipsum sanctum: qui effusus est in ea: ⁊ quia Deus elegit illam in sanctam: vt poneret ibi nomen suum. ꝯdagis autem dicenda est sancta Ciuitas: sancta Romana Ecclesia: que firmiter tenet ⁊ predicat veram Fidem: non sicut Ecclesia Grecorum: que negat spiritum Sanctum procedere a filio Dei: nec sicut Synagoga Judeoruꝫ: que negat ꝯdessiam: idest: Christum natum a Deo patre: quasi nõ sit filius Dei: sed filius Joseph: qui causa magni mysterij: dictus est vir ꝯdarie. Igitur sancta Ciuitas Hierusalem: sancta Romana Ecclesia (hoc est) tota latinitas intelligenda est: sicuti Ecclesia Grecorum: Samaria: siquidem vt ibi decem Tribus scisse sunt a domo David: ita ab Ecclesia Petri: scisse sunt Grecorum Ecclesie. Porro Templum Dei: ordinem priorum Sacerdotum designat: Altare vero ipsum: Cardinalium speciale capitulum. Quod si aliqui sunt: aut fuerunt in eo: qui forte quod ore predicant: opere non ostendunt: num peruersitas illorum: promissionem illam Domini potuit immutare: qua dicitur. Tu es Petrus ⁊ super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: ⁊ Porte Inferi non preualebunt aduersus eam? Absit. Est enim (inquit Apostolus) Deus verax: omnis autem homo mendax. At quomodo Atrium quod est foris Templuꝫ: ita quidem structure templi: ac si quadam affinitate: seu propinquitate coniungitur: vt tamen a corpore templi alienum esse videatur: sic Clerus Grecorum quadam propinquitate Christiane fidei iunctus esse videtur Clero Latinorum: ⁊ tamen quibusdam vsibus superfluis: segregatus est ab Ecclesia Petri: nolens coarctari ⁊ constringi sub disciplina vniuersalis Episcopi ⁊ Pastoris animarum suarum: non ignorans qꝫ ei Dominus generali ⁊ solenni mandato: pascendas tradiderit Oues suas: sed elegit magis Jeroboam filium Nabath: qui peccare fecit Israel: ⁊ iuxta illud Prophete: Rasim ⁊ filium Romelie: vt liceat ei ambulare per viam latam ⁊ spatiosam: que iuxta Saluatoris vocem: non ducit ad vitam: sed ad perditionem. Hac pro causa: non immerito:

mat. 16.

Ro. 3.

3. reg. 3

mat. 7.

clerus Grecoꝝ cum filijs suis ejcietur foras: qꝫ datus est gentibus: vtpote: qꝫ non pstringitur sub mensura calami ⁊ disciplina Pastoris: vt discat ois populus subditus esse deo: ⁊ obedire in oibus cui precepit ipse. Pro eo enim qꝫ relicto Templo dei: qð fundatum est Rome de lapidibus viuis: a quo debent vniuersi populi: non panem fermentatum (quem Greci offerunt) sed pure ⁊ orthodoxe doctrine accipere veritatem: elegerunt magis esse in atrio: qð sibi extra templi ambitum. Constantinopoli construxerunt epi: ⁊ habere eos quos ipsi elegerunt sibi in Reges ⁊ pastores aiaꝝ suaꝝ: ⁊ iam illos ex magna parte datos gentibus esse videmus: ⁊ adhuc deterius esse dandos ꝓpheticum illud qð modo supra cõmemoraui in typo decem Tribuum Israel: manifestat: cum dicitur.

Esa. 8. Pro eo qꝫ abiecit populus iste aquas Syloe que vadunt cum silentio: ⁊ assumpsit magis Rasim ⁊ filium Romelie: pp hoc ecce dñs adducet sup euꝫ: aquas fluminis fortes ⁊ multas: Regem Assyrioꝝ: ⁊ oẽm gloriam eius. Et ascendet super oẽs riuos eius: ⁊ fluet sup vniuersas ripas eius. Dictum est hoc ꝑm litteraꝫ de populo israel: qui erat pro peccatis suis tradẽdus in manus Assyrioꝝ: isꝫ tñ in figura eoꝝ que passe sunt: ⁊ patiuntur vsqꝫ adhuc plurime Grecoꝝ ecclesie. Ut enim tribus illas Assyrij: ita Arabes: qui ⁊ Sarraceni: istoꝝ qꝫpluri mas vastauerunt ecclesias. Et qꝫ siue in tẽpore illo Tribus Juda: siue in isto: latina ecclesia: addere peccata peccatis: ⁊ scelera tius agere nõ pauescit: ⁊ hic dictum est de gentibus: qbus datuꝫ est atrium qð est foris templum: qꝫ Ciuitatem sanctam calcature sint gẽtes mẽsibus quadraginta duobus: ⁊ ibi simile aliqd: haud minus terribilius adiunctum est sub eodem mysterio.

Esa. 8. Et qð est illud? Et ibit (ingt) per Judam discurrens ⁊ transiens vsqꝫ ad collum veniet. Et erit extensio alaꝝ eius implens latitudinem terre tue: o Hemanuhel. Erit autez istud in diebus illius Regis vndecimi: qui scriptus est in Daniele propheta: quiqꝫ regnaturus est in tps ⁊ tpa: ⁊ dimidium tpis. Igitur ⁊ ecclesiam Grecoꝝ da riopꝫ gentibus pro peccatis: ⁊ ecclesiam latinam calcandam esse a gentibus mẽsibus quadraginta duobus. Tex qð ait. ꝯdetire templum dei: ⁊ ptinus addidit. Et adorãtes in eo. Etiam reliquie Grecoꝝ que ꝑsistent ad Romanam ecclesiaꝫ: in numero adorãtium accipiende sunt: haud dubiuꝫ: ꝑm illud qð dictum est a dño ad Helyam. Reliqui mihi septem millia viroꝝ: qui nõ curuauerunt genua sua ante Baal. Qð autem oporteat: reliquias Grecoꝝ seq aliqñ Latinos in notitia veritatis: ⁊ nõnullos etiam eoꝝ transire in significatum eoꝝ qui designantur in Joanne: etiam verbis mysticis dari potest. Dicit sane isdem Joãnes in euãgelio suo: iuisse ꝯdariam ꝯdagdalenam: mane cuꝫ adhuc tenebre essent: ad monumẽtum ⁊ inuenisse inde sublatuꝫ corpus Jesu. Tenisse aũt ⁊ nunciasse hoc Petro: ⁊ illi discipulo quem diligebat Jesus: ipsi. ſ. Discipulo qui ⁊ scripsit hec. Ad cuius vocem ceperunt currere simul: Petrus. ſ. ⁊ Joãnes: vt venirent ad monumẽtum: ⁊ factum est ita: precucurrit autem citius Joannes: ⁊ venit primus ad monumentum: nec tñ introiuit. Sequutus est aũt Petrus ⁊ introiuit primus: factusqꝫ est primus nouissimus: ⁊ nouissimus ꝑmus. Hec oia ⁊ que sequuntur: legunt annis singulis in ebdomada Pasche. Sed pleriqꝫ sic audiunt forte: vt qd intus habeant: nõ attendant. Qꝫ vero tps approprinquat vt hoꝝ mysteria compleantur: vt illius forsan apiuntur modo: si qua vsqꝫ ad presens nõ fuerũt apta: ne forte putet agricola ꝓmẽnentes esse agros spinosos: ex qbus expectat dñs fructum in tpibus suis. Hec itaqꝫ euãgelij verba: si ad soluꝫ significatum Petri ⁊ Joãnis: semota a mysterio ꝯdaria ꝯdagdalena: retorquere libet: possumus in Joãne qui prior venit: ⁊ posterior intrauit in monumẽtum: populum accipe Judeoꝝ: qui primus accepit vetus testm̃: qꝫ popu/

Bañ. 12

3. re. 19.

Joã. 20.

lus gentilis: ⁊ tamen ad internum ipſius intellectum: non niſi in fine mundi introire permittitur. Si autem ſimul tres conſeruntur in vnum: Petrus. ſ. ⁊ Joannes: ⁊ Maria Magdalena (qđ magis euangelica lectio) velle videtur: Maria Magdalena: que mane cuꝫ adhuc tenebre eſſent: peruenit ad monumentum: deſignat Synagogam Judeoꝝ: que prima cum adhuc tenebre ignorantie eſſent in mundo: peruenit ad notitiam prioris teſtamenti. Que: vꝫ: Synagoga: cum ad vltimuꝫ in electis palmitibus: agnouit Chriſtum eſſe filium Dei: ⁊ vidit qꝫ reprobatus eſſet a populo ſuo: honoratus vero ⁊ electus a gētibus: intuita ſubtilius in monumento ſcripturaꝝ ſanctaꝝ: perpendit qꝫ vacaret littera: ſublata inde veritate: que eſt in ſpirituali intellectu: ita vt apte dicat vnus eorum. Littera occidit: ſpiritus autem viuificat.

2. cor. 3. Ro. 9. Et non oēs qui ex Iſrael: hi ſunt Iſraelite: neqꝫ qui ſemen ſunt Abrae: omnes filij: ſed in Iſaac vocabit tibi ſemen. i. non qui filij carnis: hi filij Dei: ſed qui filij ſunt promiſionis: extimātur in ſemine. Hec ⁊ his ſimilia dicente Apoſtolo Paulo cum ceteris fidelibus qui erant ex circuncione: ⁊ oſtendente multis argumentis: qꝫ vacaret monumentum littere: ſm ſe: ⁊ qꝫ veritas ſpiritualis intellectus quam occiderant ⁊ ſepelierant Judei velut in foſſa humo: vt ſtatuerent carnalem intellectum: ⁊ legem carnis: ſuſcitata eſſet ab ipſa littera: ⁊ tranſlata ad filios ſpirituales: accidit annuente Deo: vt ad predicationem illius eccleſie que erat ex circuncione: audirent eaipſa auribus cordis gentes que erant predeſtinate ad vitam: ⁊ currerent certatim ad notitiam prioris teſtamenti: ad agnoſcēdam tantaꝫ reꝫ: quam deus oſtenderat veritatem. Liquet enim qꝫ de Maria Magdalena: nulla fit mentio poſt aduentum Spiritus ſancti: ⁊ qꝫ Petrus miſit ſpecialiter ad populum Latinum: Joannes ad Grecum: ita vt alter Rome: alter Epheſi: acciperet ſepulturam. Inde eſt: qꝫ ſicut Maria deſignat Synagogaꝫ Judeoꝝ: ita Petrus populum Latinum: Joannes Grecum: qui duo ſimul ⁊ audierunt libenter: ⁊ cucurrerunt velociter ad munumētum. Cucurrit autem citius Joannes: ⁊ peruenit ad ipſum: nec tñ introiuit: qꝫ citius cucurrit: ⁊ precucurrit Grecus ad addiſcendam ſupficiem littere prioris teſtamenti: ⁊ tñ ad internum ipſius intellectuꝫ vſqꝫ ad hec noſtra tempora: non puenit: qꝫ ſi peruenifſet (pfecto Latino populo: qui iam intrauit cum Petro) penitus adheſiſſet: ſed ⁊ fieret in rei veritate nobiſcum: vnuꝫ ouile ⁊ vnus Paſtor. Ut enim pretermittamus cetera: qđ eſt qꝫ Judeoꝝ populus electus eſt primo ad culturam vnius Dei: duo autem circa fines ſeculoꝝ: niſi qꝫ vna eſt perſona Trinitatis: que a nullo eſt: ⁊ a nullo mittit. Due vero que ab vno ſunt: ⁊ ab vno mittuntur? Qđ ſi populus Judaicus qui electus eſt in patribus: typum gerit illius pſone: a quo omnis paternitas in celo ⁊ in terra nominatur: cuius pſone typum gerere dicimus latinum: cui datus eſt vicarius Chriſti: niſi ipſius filij qui traditur occurriſſe ipſi Petro: ⁊ dixiſſe. Uenio Romaꝫ iteꝫ crucifigi: ⁊ qui vedit ipſi Petro: vniuerſalem poteſtatem abſoluendi. ſ. ⁊ ligandi ad omnes ⁊ ſup omnes: qui cenſentur noie chriſtiano? Sane: qꝫ Grecorum populo datus eſt Beatus Joannes: a quo ⁊ incepit perfectoꝝ religio Monachoꝝ: typum gerit illius ſpiritus qui querit ⁊ diligit filios ſpirituales: eos. ſ. qui ambulant ſm ſpirituꝫ: ⁊ odiunt luxum mundi: ⁊ laſciuiam carnis. Qđ ſi ita eſt: quid qꝫ Greci nondum acceperunt poſſe credere: pcedere ſpirituꝫ ſanctum a filio: niſi qꝫ humiliter doctrinam acceperunt a Populo Judaico: qui gerit myſterium Dei patris: ſed ſpernit nunc humiliter accipere a Latino: qui habet in hac parte ſimilitudinem filij: vt quomodo idem ſpiritus accipere dicitur a filio: qꝫ annunciet: ita Grecorum Populus qui aliquando doctrinam accepit ab Hebreo: accipiat eo modo ſimiliter a Latino? Hoc plane myſterium: ſi intellexiſſent Greci: iam intraſſent nobiſcum in monumentum: ſcientes qꝫ non eſt deus diſſenſionis: ſed pacis. At qꝫ neſciebat adhuc ſcripturam Joannes: qm̄ oportebat Chriſtum reſurgere a mortuis: non eſt mirꝫ ſi adhuc Greci neſciunt mortuam eſſe litteram: vbi ſpiritus viuit. Scient autem poſtea. Scient inq̄ꝫ: ſcient: ⁊ quertentur ex eis reliquie in toto corde

Oſee. 3 ſuo: ⁊ venient in Syon querentes dñm: ⁊ Dauid Regem ſuum. Et adorabunt in altari: qđ fundatum eſt Rome: ⁊ extunc manus domini erit cum eis. Deinde Maria Magdalena que ſtat foris: Synagoga. ſ. que exteriora ſectatur: inclinabit ſe a tumore ſuꝑbie: ⁊ proſpiciet in monumentum: ⁊ videbit ibi duos Angelos: pco: diam. ſ. patrum duoruꝫ teſtamentoꝝ: ⁊ intelliget vocem eorum increpantium ſe: ac ſi dicentium. Mulier quid queris? quid plo-

Joā. 20. ras? quia nimirum mulier eſt ⁊ non vir que querit Spiritum in Sepulchro: que viuentem in ſecula: ploret cum mortuis. Videt etiam Maria Dominum ⁊ audit illum dicentem ſibi hocipſum: ⁊ extimat Hortulanum: qꝫ cum incipiet ſynagoga aptis oculis cordis intelligere veritatem: videbit quidem illam iam: ſed non cognoſcet: quia tenebuntur adhuc oculi eius: oppreſſi caligine infidelitatis ſue. Sic ⁊ duoꝝ illoꝝ: qui cum eo loquebantur in via: tenebantur oculi vt non agnoſcerent quem videbant: ⁊ ſi cor eorum ardens eſſet in eis. Sed vt melius eluceſcat quod dicitur. Tria ſunt genera hominuꝫ in hac parte notanda. Alij quippe ſunt: qui nec vident: nec agnoſcunt. Alij qui vident: ſed non agnoſcunt. Alij qui vidēt ⁊ agnoſcunt. Nec vident: nec agnoſcunt: qui eſſe viuificantem ſpiritum: nullaꝫ percipiunt veritatem: ideſt: qui nec percipiunt veritatem: in his que legunt: nec norunt attribuere quid cui: aut pro quo ſcriptum ſit. Uident ⁊ non cognoſcunt: qui ⁊ percipiunt quidem ſpiritualem intellectum: nec tamen cui attribuatur preſentiunt. Uident autem ⁊ agnoſcunt: qui ⁊ percipiunt ſpiritualem intellectum: ⁊ quid cui attribuatur pſentiunt. Quo circa: cum Maria: nec vidit dominum: nec cognouit ad tempus omnimode cecitatis Judeoꝝ referendum eſt. Cum vidit ⁊ non agnouit ad tempus (vt ita dixerim) penultimum. Cuꝫ percipient quidem ſpiritualem intellectum: ſed vtrum ſm illuꝫ oporteat eos ambulare: ⁊ ei ſe decetero credere non intelligent. Cum vidit: ⁊ agnouit: ⁊ vocauit eum: Rabbi: ad tempus conuerſionis eorum: cum: videlicet: ablato velamine ab oculis eorum: intelligent illud eſſe verum magiſterium quod eſt in ſpiritu: agnoſcentes quid ſibi velit illud Apoſtoli. Littera occidit: ſpiritus 2. cor. 3. autem viuificat. Quaſi ergo quem videt Maria: Hortulanum putat: ⁊ tamen dominum quem perdidit: an ipſe ſit qui eum abſtulerit: querit: cuꝫ per ea que conſumata legit in Chriſto: Synagoga: quin magnus aliquis fuerit dominus Jeſus: negare non poteſt: nec tamen eum credit eſſe Chriſtum: ſed quaſi vnum ex Prophe- 1. cor. 14 tis: quaſi vnum ex eis qui miſſi ſunt plantare ⁊ rigare: non quaſi ipſe qui incrementum dat Deus. Et quia omnis fidelium multitudo ipſum eſſe teſtatur Meſſiam: quem expectant Judei: quaſi ipſe ſit qui abſtulerit nomen Meſſie: cum quodam muliebri affectu Synagoga pro ipſo ſpiritu: quem videbit quidem: ſed adhuc non agnoſcet interpellando cauſatur. Domi- Joā. 20 ne (inquit) ſi tu abſtuliſti eum: dicto mihi: ⁊ ego eum tollam. Quaſi enim Maria: eum quem extimat Hortulanum: putat abſtuliſſe Dominum ſuum: cum iam Synagoga vſqꝫ adeo erit deſſeta a tumore ſuperbie ſue: vt eſſe quidem Meſſiam: non credat Dominum Jeſum: ſed tamen tam magnum Prophetam: vt merito ſibi pro contemptu ipſius credat abſconditaꝫ veritatem. Ideoqꝫ pro oſtendēdo ſibi domino regnans Hortula-

num ꝯMaria:rogatura pro ostendenda sibi veritate:dñm Jesum Synagogam designat:cum:vz:non credet adhuc esse eum ipsam veritatem:sed quasi magnum ac singularem veritatis preconem. Verum hoc vsq; ad tps. Vbi autez noie suo appellatur ꝯMaria quersa cognoscit dñm z magistruz vocat;: qz vbi affectum gratie sue inspirat dñs in synagoga: qđ est cognoscere illam ex noie:protinus quertuntur ad vniuersalem magistrum:z ablato ab oculis eius velamine cognoscit illico saluatorem suum. Cognoscit ingz saluatorem: qz cognoscit veritatem nec tñ adhuc sicut est: sed sicut putant Judei:esse. s. saluatorez puz hoiem z Dei filium adoptiuuz. Inde est qz z post notitiam: phibetur tenere pedes dñi:quousq; vadat ad discipulos:z psiteat ascendere dñm ad patrem suum: qz nequaq; admittit synagoga ad psortium Christi:credẽdo ipsum esse filium Dauid:nisi psiteat esse eum vez filium Dei:esse eum benedictum:qui venit in noie dñi. Fecit autem ꝯMaria ad litteram:sicut precepit dñs. Faciet z hoc in spiritu:quersa ad dñm synagoga. Igitur z reliquie Grecoz agnita veritate que est in spiritu:quertentur ad vnitatez ecclesie. Et reliquie iudeoz pari modo quertent ad dñm:ꝟm qđ de duobus cecis in typo vtriusq; populi in euãgelio scriptum est. Egredientibus illis. i. Christo z discipulis eius ab Jerico:sequute sunt euz turbe multe. Et ecce duo ceci sedentes secus viam audierunt qz Jesus trãsiret:z clamauerunt dicẽtes. Dñe:miserere nostri fili Dauid. Et stetit (inquit) Jesus:z vocauit eos: z ait. Quid vultis vt faciam vobis. Dicunt illi. Dñe vt apiantur oculi nostri. ꝯMisertus autez eoz Jesus:tetigit oculos eoz:z psestim viderunt:z sequuti sunt eum. Hec ꝯMattheus:Lucas autem non duos cecos:sed vnum tñ fuisse narrat:subiungẽs aliqđ de Zacheo:qui z ipse cecus erat in mẽte: non qdem postq; ingressus est dñs Jerico: sed prius; pueniret ad illam. Sed quid? Num discordasse dicimus Euãgelistas:aut sicut Judei blasphemãt: deceptos eos esse putamus? Absit. Sz qui nouit oia anteq; fiant: voluit facere quedam que essent similia ꝟm quid:z tñ ad aliqđ dissimilia:vt discant hoies qz littera occidat:spiritus aũt viuificet. Vez sigdem: fuit vtriusq; qz vtrũq; ꝟm aliqđ: spiritualis intelligẽtia exhibebat. ¶Preter missum est autez a Luca:qđ scriptum est a ꝯMatheo: z econtrario: qz si verunq; scriberetur ab vtroq; putaretur ꝟm spiritum:nõ in duobus: sed in quatuor populis ꝑsumãdum. Qz vo non in quatuor populis:sed in duobus ꝑsumandum est vtrunq; (hoc est) in Greco z Hebreo:scribit Lucas qđ accidet de eisdem populis ꝟm partem anteq; reueletur Antichristus:ꝯMattheus qđ accidet generaliter:post ruinaz ipsius:cum euacuauerit Christus Jesus oẽm principatum z potestatem: subiectis'oibus inimicis eius sub pedibus suis. Opz enim illum regnare donec subiũciat sibi iudeos:z alios multos:qui hactenus blasphemauerunt nomen eius:z dicant pariter nobiscum. Benedictus qui venit in noie dñi. Egressus siqdez Jesus:pambulabat Jerico:qz egressus sermo veritatis ab ecclesia:ptransibit: vt pueniat ad synagogam Judeoz. Jerico nãq; interpretatur Luna:z Lune similis est synagoga Judeoz:pp scientiam legis: que aliqñ lucebat in ea:z qz sicut Luna patitur mẽstrua:ita passa est synagoga iudeorum. Cecus autez qui sedebat secus viam mẽdicans:populus est Grecoz qui nõ habens aptos oculos ad intelligẽtiam spiritualem:hoc saltẽ hz boni:qz stat secus viaz psitẽdo Christum:interrogãdo veritatez: z clamando:ꝟ Kyrieleyson. Qđ est dicere. Dñe miserere. ¶Plurimi aũt Latinoz increpant illos vt taceant:qz despiciunt eos ob cecitatem cordis sui:ignorantes qz vbi abundat delictum:sepe ꝟabundat z gratia. Futuz est aũt z hoc in proximo:vt videant veritatem:que est in spiritu:z veritas liberet eos a cecitate cordis sui: z faciat illos seq se:vt secuz pueniant Jerico.

Consumabitur

Consumabitur autem hoc mysterium:in parte populi Grecorum:anteq; Judeozuz populus ꝯuertatur ad deum. ꝯDoz enim vt pars Grecorum percipiet veritatem:z pars Judeorum designata in Zacheo:recipiet eandem veritatem in hospitio cordis sui:z erit subdita illi ꝟm voluntatem ipsius. Descendet enim festinus ab arboze sicomori. Relinquet protinus carnalia opera legis:que plerũq; velut a longe veritatem non exhibet:sed ostendit:vt humilitas apprehendat gratiam: quam habere operibus non meretur. ¶Hoc ꝟm Lucam. Qđ autem ꝟm ꝯMattheum tradunt duo ceci illuminati a Christo:postq; egressus est ipse cum discipulis suis ab Jerico: ad plenitudinem Grecorum z ¶Hebreoz refe rendum est:ad quam pueniet tandem generaliter spiritualis intellectus:egressus a synagoga Judeorum (hoc est) ab illa tribu:que vocatur Juda:de qua z natus est Christus ꝟm carnem:z que olim remansit sola domui Dauid: separatis ab ea decem tribubus: que dicte sunt proprie: Jsrael. Cum enim constet: qz decem ille tribus: translate fuere in ouentem:hec autem sola dicta est Juda: capta ab exercitu Romanoz ad occiduas mundi partes transmigrando puenit. Quid miz si ad hanc primo peruenit sermo diuinus:vt ex ea tandem egressus:pueniat ad extremas. Vez: hec in ꝑsenti loco necessarie de Grecis z Judeis pstringenda credidimus:vt intelligamus sententiam illam: de atrio qđ est foris templum:ꝟm tempus esse datam: z ꝟm partem:eos autem qui ꝑfugiunt ad finum matris ecclesie: reputatos esse inter eos:qui adorant in templo. Qđ autem illi cedini quem designat Joãnes metiendi templum dei z altare: preceptum singulariter factum est:ad principium ipsius ordinis referendum videtur:cum:vz:ordo ipse apud latinam ecclesiam inueniendus est:vt qñq; fructificet in populo illo: qui modo reputatur in atrium: quiq; in plerisq; mysteriis:in eodez Joãne designatus est. Non enim preter causaz mysterij:Beatus Joannes examinatus Rome: missus est in dolio feruẽtis olei:z tñ viuus exiens inde redditus est Epheſi:vnde adductus fuerat. Nec ob aliam causam id factum reor: qz vt intelligamus ꝯMonachoz ordinem:quem designat Joãnes:a Grecis peruenisse ad Latinos:qui tñ vbi maneñs aliquandiu apud eos:baptizabitur Spiritu Sancto vt viuat in Christo: reuertetur ad eum populuz:de quo venit ad nos:pmansurus in eodem populo vsq; in finem. Calamus autem qui datus est Joãni:linguaz significat eruditam:dicẽte Psalmista. Lingua mea:calamus scribe velociter scribentis. Qui:vz:calamus: bene similis virge esse perhibetur:qz sicut virge, austeritate: iumenta cohercẽtur indomita: ita lingue disciplina:dura corda hoium corriguntur. ꝯDetitur autem templum:z altare:z adorantes in eo:atrium vero qđ est foris templum:eijcietur foras:qz hi qui nolunt esse templum dei z altare: qđ spectat ad eos qui ꝑtendunt intrare per angustam viam que ducit ad vitam: aut saltem ex eorum numero:qui humiliter adorãt in eo:etiam si adherere catholicoz ecclesie:ac si atriuz templo videatur per fidem:ad districti tñ ptinet examen iudicij: vt qñq; eijciantur foras:quatenus qui ex eis refidui fuerint: discant (humiliati corde) diligere vnitatem:nullamq; posse esse salutem vbi zelus z ꝑmptio est. Non enim ait Dñs Petro. Sup hanc petram edificabo ecclesias meas:sed ecclesiam meam: nec ait. Pasce illum vel illum gregem:sed generaliter dictum est ei. Pasce oues meas. Qui ergo spẽte sua discedunt ab vnitate ecclesie:iusto oipotentis dei iudicio:gẽtibus vel datis vel dandi sunt:quatenus in reliquijs suis ꝑparet dñs vultus eoruz:sicut z in typo eorundem Grecoz:Helye (vt iam meminimus) dictum est. Reliqui mihi septem millia viroz qui non curuauerunt genua sua ante Bahal. Et hec qdem de Grecoz ecclesia: que recedens a structura templi:

Be tribu iuda primo.

mat. 23.

Jo. 11.

mat. 20.

Luc. 18

Rom. 5

mat. 16.

Jo. 20.

3. Reg. 19.

in quo habitat Christus: in atrium conualuit per scissuram: ambulans in peccatis Jeroboham filij Nabath: qui peccare fecit israel: & perseuerans vsq; ad presens in adinuētionibus suis. Verumtamen quia nec ipsa Hierusalem (que ꝓpter sacra mysteria) que quondam gerebantur in ea: ciuitas sancta dicta est: immunis a sceleribus fuit: non potuit omnino fieri expers a calice furoris domini: & tradita est: & ipsa gentibus: vt ꝓpaliter calcaretur ab ipsis: ꝑm quod in typo ipsius: hic quoq; de latina ecclesia terribiliter dictum est. Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Hoc & in psalmorum libro insinuatur cum dicitur. Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortes. Vestimenta sane domini: quatuor patriarchales ecclesie dicte sunt. Vestis vero illa vna: de qua singulariter dictum est. Et super vestem meam miserunt sortem: ipsa est romana ecclesia: quam & si scindere per partes heretici non sunt permissi: vt eam tamen hereditate possiderent: sepius insistisse noscuntur. Quod bene quoq; in passione domini: ad designandum id quod modo intulimus: completum esse monstratur: cuz dicitur. Milites ergo cum crucifixissent eum: acceperunt vestimēta eius: & fecerunt quatuor partes: vnicuiq; militi partē & tunicam: erat enim tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Non scindamus eam: sz sortiamur de illa cuius sit. Et hoc quidem (vt iam dixi ad litteram) in Christi completum est passione: quod tamen in passione corporis eius mystice complendum est in ecclesijs: quarum quatuor (vt ex fine) iam liquet: in atrium quod est exterius: reputate sunt. Quinta vero que est latina ecclesia: in qua tēplum & altare: in ciuitatem sanctam: quam tū & ipsam calcature sunt gentes mēsibus quadraginta duobus: sicut & per Lucaz in euangelio dicitur. Et Hierusalem calcabitur a gentibus: donec compleantur tempora nationum. Ita vero: in Hierusalem latina ecclesia intelligenda est: quomodo in Samaria ecclesia Grecorum. Et quia sicut illis improperat Ezechiel ꝓpheta: vtraq; peccauit dño deo suo: iustum erat: vt vtraq; in manus gētium darur: licet dissimili modo. Altera enim exigentibus culpis: tradita est obliuioni perpetue. Altera castigata: & nō mortificata: quasi misericordiam consequuta est. Et illa quidem (hoc est) Grecorum ecclesia: in typo atrij: quod est foris templum: sine interpositione termini danda fore gentibus: denuntiat. Hec que quo ad fidem: sancta & virgo est: nō esse (quod absit) danda gentibus: sed calcanda perhibetur: ab eis mensibus quadraginta duobus. Quod est dicere ꝑm Lucam. Donec impleantur tempora nationum. Ipsum est tempus illius regis vndecimi: qui scriptus est in Daniele: sub quo & aliuz quoq; regem: regnaturuz esse puto: qui scriptus est protinus in sequenti visione: de quo inter cetera scriptum est. Surget rex impudens facie: & intelligens propositiones: & roborabitur fortitudo eius: sed non in viribus suis: & supra qz credi potest: vniuersa vastabit. Ita autem arbitror istos duos contemporaneos esse: & concordes pariter in persequutione iustorum: quomodo Pylatus & Herodes (qui cuz essent prius inimici adinuicem) facti sunt amici: & conuenerunt insimul in mortem Christi. Sic in quam conuenient in vnum gentes & pseudo prophete: cum duobus Regibus suis: quorum vnus qui erit gentium: designatus est in Pylato. Alius qui erit hereticorum: in Herode: qui & Joannem Baptistam occidit gladio: & Christum ad se missum non eripuit: sed derisit. Sequitur.

Ecclesia latina. Luc. 21

Ioh. 19.

Luc. 21.

Latins & greca ecclesia.

Ezec. 16. c. 23.

Luc. 21

Dan. 8.

Duo loca.

¶ Et dabo duobus testibus meis: & prophetabunt diebus mil/ T. 2.

le ducentis sexaginta: amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ: & duo cādelabra in conspectu domini terræ stantes. Et si quis eos voluerit nocere: ignis exiet de ore eorum: & deuorabit inimicos eorum. Et si quis voluerit eos lædere: sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cælum ne pluat: diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas, conuertendi eas in sanguinem: & percutere terram omni plaga quotienscunq; voluerint.

¶ De his duobus testibus: multa multi loquuti sunt: & diuersi diuersa. Et quia aliqui eorum magne auctoritatis fuerunt viri: & que scripserunt de eisdem testibus: iam pene in toto orbe diffusa sunt: & lecta sepe sepius in ecclesia sanctorum. Videtur mihi bonum saltem eorum qui nominatissimi sunt patres: sententias ad medium ferre: ne si aliquid in tam solenni re contra malorum opinionem dicimus: videamur prudentes esse coram nobisipsis: quamuis non omnino videatur illicitum: ostēdere iuniorem opinionem suam: vbi diuersi diuersa dicunt: quia & Paulus nouissimus apostolorum: non solum docuit fideles: quod alij non docebant: verumetiam audet dicere: Petrum apostolorum primuz: non recte ingressum ad veritatem euangelij. Interrogatus Sanctus Hieronymus de Enoch & Helya: sic interrogatus est ab eo qui interrogauit: quasi aperte scripserit Joannes illorum nomina in libro Apocalypsi: cum hoc ipse non scripserit? & siue ille primus hoc dixerit: qui de eis Hieronymum interrogauit: siue alius: ita verum est in vsum: vt non solum apud commune vulgus: opinio transierit in intellectum: quin potius in solēnem auctoritatem magnorum patrum: quorum doctrina vsq; hodie illustratur ecclesia. Super cuius rei assertione: vehementer admiror & vtrum occulti causa mysterij: hoc accidat: an presumptione trī: pro eo. s. qz duo viri ipsi: vni esse referuntur? Ignoro. Unum dico qz neq; intellectu spirituali: neq; hystorico probari potest: eos quos scribit Joannes: esse Enoch: & Helyam: maxime: cum verba que videntur ex ꝑte aliquantam facere presumptionem: non videantur tangere: Enoch: & Helyam: sed potius Moysen & Helyam: qui simul (mediante domino: cernentibus tribus ꝑapostolis) apparuerunt in monte: quando elapsa celitus nube: audita est vox paterna: dicens. Hic est filius meus dilectus: ipsum audite. Quod si vnus eorum: quem tangere videtur textus lectionis: idest: Moyses: mortuus esse perhibetur: aut alius intellectus requirendus est qz hystoricus: aut in difficillimas & insolubiles videmur incidere questiones. Licet autem: nō contradixerit Hieronymus ei qui se interrogauit. Utrum Enoch & Helyas ꝑm Apocalypsim Joannis: essent morituri: in spiritu tamen esse intelligendum potius qz ad litteram asseruit dicens. De Enoch & Helya: quos venturos Apocalypsis refert: & esse morituros: non est huius temporis disputatio: cum omnis ille liber: aut spiritualiter intelligendus sit: sicut nos extimamus: aut si carnalem interpretationem sequemur: iudaycis fabulis acquiescendum sit. Ut rursum edificetur Hierusalem: & hostie offerantur in templo: & spirituali cultu immutato: carnales obtineat cerimonias. Igitur ꝑm Hieronymum: quod videtur hic dictuz de Helya & sotio eius: non carnaliter ꝑm litteram: sed spiritualiter est intelligendum. Quod si spiritualiter & non carnaliter: aut eo modo

Gal. 2.

Hieronymus.

Mat. 17.

Hieronymus.

Hieronymus.

quo Joānes venit in spiritu ⁊ virtute Helye: duo alij venturi sunt: aut in eis duo ordines spirituales intelligendi sunt: qui pugnaturi sunt cum bestia: que ascensura est de abysso. Ut autem vnus ista: vnus: Helyas sm litteram intelligatur: ⁊ verba que de eius hystoria propagata esse videntur: ⁊
mat.17. promissio dñi dicentis. Helyas qdem venturus est: ⁊ restituet oia: magnam faciunt
3.re.17. presumptionem. Si qdem tribus annis ⁊ sex mensibus: Helyas pphēta: aquam celo ligauit: ⁊ ad verbum ois eius: igne celitus missō: cremati sunt inimici. Sed ⁊
4.re.1. hic tribus annis ⁊ dimidio: hi duo pphete predicaturi esse referunt: ⁊ subiunctum est post pauca: qz habeant potestatem claudendi celuz ne pluat: diebus pphetie ipsorum. Propter hec inqz verba: presumptio est: qz vnus istoz esset Helyas: maxime p eo qz vnus est: ⁊ pmissus a dño: vt reueletur mūdo: anteqz veniat dies domini magnus: ⁊ cuertat corda patrum ad filios: ⁊ corda filioz ad patres eorum. Nec forte veniam (inqt) ⁊ percutiam terram anathemate. De Enoch vō: qz ipse sit Helye sotius: vel qz ipse cum eo venturus sit: nec in litera: nec in spiritu: palam: aut in enigmate: sermo est: sed ex eo tm presumptum est: qz
mala.4. cum fuerit vir bonus ⁊ iustus coram deo: solus ex oibus translatus est: ⁊ creditur qz ad hoc translatus: vt ⁊ ipse sicut Helyas
4.re.2 testimonium phibeat veritati. Qz igitur Moyses sicut ⁊ ceteri hoiuz mortuus esse describitur: Enoch autem non mortuus: sed viuus translatus est: quasi alienuz sint
Gene.5 ab humano sensu: qz pars verboz illoz tāgeret Moysen: quem mortuum ⁊ sepultum: ⁊ si absconditum: scriptura cōmemorat: magis aūt presto fuit presumere: etiam
deu.34 indiscussa parte vboz: qz ipse essz Enoch: qui solus: sicut Helyas viuus est: a dño: vbi ipse pstituit: pseruatus. Ex qua re
Papa Gregorius. actum est: vt etiam sanctus Papa Gregorius: Enoch pariter cum Helya: aperte serat esse venturz: dicens sic. Enoch ⁊ Helya predicante: multi ex his qui tunc ex iudeis in infidelitate remanserint: ad cognitionem veritatis redient: qui vtriqz per
Zach.6 Zachariam: due oliue: ⁊ per Joānem: duo candelabra noiantur. Qz vero tantus ⁊ talis vir: hoc: ⁊ in loco isto ⁊ alijs: aut intelligens altius sicut sanctus: aut opinās aliqd sicut hō: frequentandum credidit ⁊ scribēdum: tacendum mihi esset in loco isto: potius qz aliqd loquendum nisi me ad pse/
quēdum rectum iter compelleret: ⁊ simul cepta exponendi materia: ne soluta parte vna littere: pars altera que aliud sonat: relinquat intacta. Certe de duobus virs dictum est: qz habeant potestatem claudēdi celum ne pluat diebus prophetie ipsorz: ⁊
potestatem habēt conuertendi aquas in sanguinem: ⁊ percutere terram oi plaga: ⁊ scimus qz solus Helyas clausit celum ne pluueret annis tribus ⁊ mensibus sex: ⁊ solus
3.re.17 Exo.7. Moyses conuertit aquaz in sanguinem: ⁊ percussit terram Egypti oi plaga. Qō si idcirco presumit de Helya: qz pars verboz isto
rum tangit opa eius: cur nō eodem modo presumet de Moyse: qui visus est cum eo in monte: cum pari modo: pars verboz
mat.17 tangat opa eius: nisi qz mortuus esse legit: ⁊ isti duo tanqz non mortui: morturi esse scribuntur? At si verba ista sm Hieronymum: in spiritu: nō ad litteram: intelligēda sunt: possunt sm spirituz accipi duo viri ipsi: Moyses ⁊ Helyas: quoz vnus designat ordinem clericoz: alius ordinem monachoz. Sēm vero litteram: frustrat oi
no intellectus: ⁊ si nō in parte Helye (qui adhuc viuit) in parte tm Moysi: q (sicut sacra scriptura testat) mortuus est: nisi velit adhuc aliqs disceptare ō corpore Moysi: ⁊ fateri illum cum Josepho iudeo non esse mortuum: sed occultatum: qz potius
Ambro sius. cum sancto Ambrosio: qui euz asserit non obijsse. Sic enim dicit de eo in libro Exameron. Nō legimus de Moyse sicut de ceteris: qz deficiens mortuus est: z per verbum dei mortuus est. Deus enim neqz defectionem: aut diminutionem patit: neqz adiectionez capit. Unde ⁊ addidit scriptu

deu.34 ra: quia nemo scit sepulturam eius vsqz in hodiernum diem: vt translationem magis qz interitum eius intelligas. Moyses
Moyses. enim secessio est quedam anime a corpore. Mortuus est igitur per verbum dei (vt ait scriptura) non sm verbum: vt aduertas: non nuncium mortis: sed gratie munus expressuz: qui translatus magis qz derelictus est: cuius nemo nouit sepulturaz. Quis enim in terris reliquias eius potuit deprehendere: quem secum esse dei filius in euangelio demonstrauit? Deniqz ⁊ Helyas semel est visus: qui translatus currus est: nec mortuus: nec sepultus legitur. Uiuit enim qui cum dei filio est: Moyses autem mortuus quidem legitur: sed per verbum dei mortuus: per quod facta sunt omnia. Verbo aūt domini: celi firmati sunt. Per verbum igitur dei: non lapsus opis: sed firmamentum est. Non ergo tanqz relapsus in terram deprehenditur: corpore solutione: sed tanqz verbi celestis operatione donatus ⁊ munere: vt quietem magis caro eius: qz huiusmodi acceperit. Nemo igitur scit sepulturam Moysi: qz vitam eius oēs nouerunt. Hec Ambrosius. Uerumtamen ⁊ de hoc diuersi diuersa senserunt: ⁊
Ambro sius. suas opiniones mandare memorie studuerunt: querentes finguli quenire ad id qō
1.cor.13 perfectum est: vt euacuetur quod ex parte est. Erit autem istud cum venerit tempus
mat.26. eius: cum multa corpora sanctoz que dormierunt: excitabunt: ⁊ exeuntes de monumentis: apparebuut multis (hoc est) eū multi spirituales intellectus: qui hactenus dormierunt in littera apparebūt multis: vt reuelētur ex multis cordibus cogitationes. Luc.2 Maz ⁊ Philippus vnus de duodecim: volens ante tempus predicare Jesum: qz necdum sicut erat sciebat donum dei: ⁊ qz non filius viri ⁊ corrupte semine: esset Jesus Christus (sicut credebant Judei) ait Nathanaeli. Quez scripsit Moyses in lege: ⁊ prophete: inuenimus Jesum
Joā.1. filium Joseph: a Nazareth ciuitate. Si igitur sancti apostoli nescientes: plene a principio altitudinem sacramenti: ⁊ tm volentes habere socios in ea gratia: quam se inuenisse gaudebant: z longe maioz esset qz putauerant ipsi: predicare prout poterant: gestiebant. Quid si in illis rebus que voluit deus occultare vsqz ad tempus prefinitum: aliquid occurrit pie querentibus: sentire vel opinari: quod aliter in parte sui
1.cor.13 turum sit: vt ipse sit semper magister omnium: ⁊ non glorietur omnis caro in con/
spectu eius. Ex parte (inqt apostolus) cognoscimus: ⁊ ex parte prophetamus: cum
1.cor.13 autem venerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Igitur opinari aliquid in huiusmodi: quod non sit contra fidem catholicam: ⁊ falli humanum est. Excusat autem opinantem pietas illa: que excusauit Mariam Magdalenam: dicētem.
Joā.20 Tulerunt dñm meum: ⁊ nescio vbi posuerunt eum. Et eos qui erant in domo Marie congregati dicentes de Petro: qp angelus eius esset. Nec istud tamen dicimus:
Actuū. vt negemus Enoch venturum cum Helya: aut affirmemus Moysen viuere: propter opinionem illam, Ambrosij: que supra scripta est: sed vt ostendamus: quid in opinione: quid in intellectu accipiendum sit: propter occulta consilia omnipotētis dei: qui in spiritu promissi Helye: misit ad Judeozum populum Joannem Baptistam.
Et de Helya quidez certi sumus omnino: qp ita ipse vēturus sit precurrere iudicem: sicut Joannes preiuit redemptorem. Sed num alienum esset a fide: seu a rationabili opinione: si priusqz reueletur Helyas: aliq spirituales viri: qui essent similes Moysi ⁊ Helye apparentium cum Christo in mō
te: mitterētur a dño: predicare hoibus verba vite: sm qp in similitudine duodecim patriarchaz: duodecim apostoli dati sunt.
Duo ordines dico. Uel certe duo ordines iustoz: qui designātur per illos? Sicut autem liceret istud: sic ⁊ illud opinari: non est contra fidem: sicut vt Enoch (qui viuere creditur ab vniuersis) veniat cum Helya: sicut Moyses (si tm viuit) qui viuere ab aliquibus est (vt

Moyses venturus.

supra notauimus) extimatur: quia ꝛ si simul tres reseruati essent ad hoc: vt mitterentur a domino circa finem mundi: nec a magno: veneranda; mysterio esset alienum: nec ab his que scripta sunt in libro isto diuersum. Si enim tres viros istos diligenter aduertimus: in Enoch: qui fuit de antiquis illis patriarchis: qui fuerunt ante legez: similitudo patris est. In ẓMoyse: qui fuit legis lator: ꝛ doctor populi israel: similitudo filij. In Helya qui fuit initiator: vite heremitice ꝛ specialis: similitudo spiritus sancti. De solo autem ẓMoyse dicit scriptura: q; mortuus fuerit: quia solus filius mortuus est ad horam in carne: qui tamen ꝛ ipse viuit: cuz patre ꝛ spiritu sancto: ꝛ regnat cum eis in secula seculorum. Quod si deus (qui omnia potest) sic decerneret ꝛ sic vellet: quid si ẓMoyses obdormisset ad horam: ꝛ paulo post surrexisset de monumento: moriturus in tempore prefinito: cum nullus sit eorum qui resuscitati sunt a domino antequam pateretur: nec etiaz post eius resurrectionem ab apostolis: aut ab alijs sanctis: qui non iterum morituri: resuscitandus iterum cum alijs in nouissimo die? Quod si Lazarus ꝛ omnes alij qui isto modo vixerunt post mortem: bis mortui sunt: vt bis resurgerent. Quid si eodem modo ẓMoyses vocatus esset de sepulchro iterum moriturus: vt ꝛ illud esset causa mysterij: ꝛ istud debitum humane conditionis: ꝛ vera sit scriptura que illum mortuum esse fateretur: ꝛ non sit opinio falsa eorum: qui eum vsq; ad presens: viuuz esse contendunt? Quod vero forte ẓMoyses ꝛ Helyas venturi sunt simul: ꝛ Enoch cum eis: vel potius cuz eo ẓMoyses ꝛ Helyas: vera potest esse opinio eorum: qui dicunt predicaturos ꝛ passuros Enoch ꝛ Helyaz: ꝛ etiam si interfit ẓMoyses: quatenus ꝛ illud veruz sit: quod

1.Cor. 3. Apostolus ait. Ex parte enim cognoscimus: ꝛ ex parte prophetamus: cuz autem venerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Quid enim si tres ipsos mittendos decreauerit omnipotẽs deus: vt testimonium perhibeant veritati: dicente domino. In ore duorum aut trium testium: stat omne verbum? Presumitur autem q; tres tales viri: futuri sint in tempore suo. Utrum ipsi sint de quibus agitur: an alij: nescio: deus scit: ex loco illo libri huius: vbi sub nomine trium angelorum: tres magni predicatores describuntur: qui in fine huius secundi status reuelãdi sunt: quorum vnus accepturus est euangelium eternum: vt annuntiet illud habitantibus in terra alius subsequuturus: ꝛ dicturus.

Joã. 8. mat. 18.

Cecidit cecidit Babylon magna: tertius si quis adorauerit bestiam: ꝛ imaginem eius: hic bibet de vino ire dei. Sed ꝛ hic in superioribus mentio vnius angeli facta est habentis in manu sua librum apertum: deinde duorum virorum: pro quibus ꝛ hec omnia dicta sunt. Sed ꝛ locus ille Danielis (cuius supra fecimus mentionem) ad ipsum maro modo velle videtur (dicente ipso Daniele) in eodem loco: vidisse se virum quendam super aquam fluminis: ꝛ duos alios manẽtes cuz eo: vnuz hinc: ꝛ alium inde. Siue ergo illi sunt: siue alij: nescio: deus scit. Non frustra tamen tres viros mittendos esse a dño ad perhibendum testimonium veritati: sub apertione sexti sigilli: loca ipsa demonstrãt: cuz constet q; certi causa mysterij: tres magni patriarche electi sunt a domino in exordio primi status: Abraam. ſ. ꝛ Isaac: ꝛ Jacob: quorum similes dicti sunt tres alij: in exordio secundi: Zacharias: Joannes Baptista: ꝛ homo Christus Jesus: excepto q; vnus istorum trium: sola dignatione sua voluit esse quasi vnus ex seruis suis ad cõplenda mysteria regni dei: sicut idem ipse Joanni Baptiste: metuenti se baptizare: respondit. Sine modo: ita nos oportet implere omnem iustitiam. Sicut enim Zacharias precessit solus: Joãnes autem Baptista: ꝛ dõ Christus Jesus sequuti sunt simul: ita ꝛ hic: vnus trium preire videtur: sequi vero pariter duo: qui etiam ambo simul occidendi sunt: sicut hic videtur ab infidelibus: sic Joãnes ꝛ Christus Jesus: aut sicut Petrus ꝛ Paulus occasione Simonis ẓMagi a Nerone impio occisi sunt. Sic ꝛ in transmigratione Babylonis: precessit vnus: ꝛ sequuti sunt duo: itavt vnus qui precessit prophetaret solus in Hierusalem: ipse est Hieremyas propheta: duo simul in Babylone: Ezechiel. ſ. ꝛ Daniel.

Luc. 10

Matt. 5.

Bene notandũ

Baſi. 12

Matt. 3.

Videtur autem duo viri isti: ẓMoyses: vz: ꝛ Helyas: habere aliquid simile cum Joãne Baptista: ꝛ homine Christo Jesu: q; sicut Joãnes baptizauit aqua: Christus vero Jesus: spiritu sancto ꝛ igne: ita ꝛ filios israel: dicit Paulus: baptizatos forte ẓMoysi baptismate in nube ꝛ in mari: Helyas vero mysterium suum consumauit in igne.

Aut ergo ipsimet venient q;sumare in spiritu: qõ ostenderunt in signa: si tamen aliqua presumptio esse potest viuere ẓMoysen: aut aliqui venturi sunt in spiritu ꝛ virtute eoruz: qui compleant in spiritu quod in illis apparuit in figura: ꝛ si de Enoch q; veniat ꝛ magna fit ꝛ fidelis presumptio: de Helya vero nõ tam presumptio: q; certissima fides. Si autem ipsi venturi sunt omnino sm litteram: quid putamus dicẽdum de sententia illa Hieronymi: qui dicit hoc in spiritu esse q;sumendum: nisi q; ꝛ si vere hoc accipiendum est sm litteram: nihilominus tñ spiritualis intelligẽtia manet? Rursuz si venturi sunt tres: ꝛ pari modo predicaturi: quare solus Helyas venturus esse narrat: nisi q; tertius iste status seculi qui futurus est: in fine mundi: non in Enoch: aut ẓMoyse: sed tñ in Helya designatur: ꝛ non tales erunt predicatores illius tpis: quales designati sunt in Enoch ꝛ ẓMoyse: sed quales designati sunt in Helya? Qua in re ꝛ aliud queritur: qõ ꝛ qua si inexplicabile esse videtur: a quibus baptizandi sunt viri isti: nisi forte quis dicat: eos dominus occulte vocasse: ꝛ eos occulte baptizatos: remisisse protinus in locum suuz. Opz enim illos esse participes sacramenti testamenti noui: vt quasi a veteri ꝛ nouo videantur aliquid habere: sm q; spiritus sanctus de patre simul ꝛ filio accipere dictus est. Si ergo in hunc modum sacra mysteria q;uruntur: hoc volunt: hoc innuunt: hoc pretendunt: q; ad perhibendum testimonium veritati: viri ipsi venturi sint: q;uis ob cautele custodiam: pie magis eligam in tanto articulo opinandum: q; temere aliquid ingerẽdum: vt dum cogimus hec: ꝛ alia vigilãter pensare: simus attoniti contra hostem: ne forte veniãt alij qui in deceptione dicẽtes. Nos sumus qui venturi eramus: Enoch ꝛ Helyas: ꝛ decipiant multos. Ex loco nempe alio libri huius: luce clarius liquet: vẽturos esse duos: qui dicunt duo cornua bestie similia agni: a quibus esse cauendi instruit dominus discipulos dicens. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

matt. 7.

Qõ si forte (q; verbum mundo intonuit de Enoch ꝛ Helya) diceret horum aliqs. Nos sumus quos expectant fideles: Enoch: vz: ꝛ Helyas: ꝛ forte: qõ ipsi nesciunt venturus est tertius testis: ẓMoyses cum Enoch ꝛ Helya: q; vtiliter fuerit de eo occultatum ꝛ celatum hactenus apparebit: quãdo quidem non frustra: aro deluditur arte: ꝛ ingenium ingenio superatur: quamuis hec omnia ad cautelam: opinando disserimus: ꝛ nihil temere affirmãdo. Sed ꝛ illud non est pretermittendum: q; ita non nulli putauerunt Enoch ꝛ Helyam immutatos in aliam qualitatem: vt eos non soluturos mort; debitum credant: sed vi uere in eternum. Ita enim scribit de hoc beatus Hieronymus: super locum illum apostoli. Omnes quidem resurgemus: sed non oẽs immutabimur: vtens auctoritatibus vetex: ꝛ se in eoz sententia circa hoc: ꝛ circa multa manere demõstrãs. Enoch ꝛ Helyas mortis necessitate supata: ita vt erãt in corporibus: de terrena q;uersatione ad celestia regna trãslati sunt. Unde ꝛ sancti qui tpe consumationis ꝛ iudicij in corporibus reperiendi sunt cum alijs sanctis:

Hiero. nymus.

1.Cor. 5

qui ex mortuis resurrecturi sunt: rapietur in nubibus obuiam Christo in aera: ⁊ non gustabunt mortem. Assumit autem hoc testimonium de expositione Theodori eracleate. Qui etiaꝫ post aliqua verba que subiuncta sunt: refert hec eadem sentire Apollinarem: ita dicens. Apollinaris (licet verbis alijs) eadem que Theodorus: asseruit: quosdam non esse moriturос: ⁊ de presenti vita rapiendos in futuram: vt mutatis: glorificatisq; corporibus: sint cum Christo: quod nunc de Enoch ⁊ Helya credimus. Ecce hic dicit Hieronymus: q; a quibusdam queritur non esse aliquos morituros: sed mutatis: glorificatisq; corporibus: esse euꝫ Christo (quod se credere dicit) de Enoch ⁊ Helya. Unde ⁊ qđ hic scriptum est de duobus testibus: qui putantur esse Enoch ⁊ Helyas: in spiritu: non in littera dicit esse intelligendum. Quod si ita est: ⁊ duo alij occidendi sunt a bestia: restat vt alij sunt q̃z Enoch ⁊ Helyas. Q̃ vero in hoc articulo nõ sibi conueniunt sancti patres: sed diuersi diuersa senserunt: puto q; absc̃ditum hoc esse voluerit vsq; ad tempus statutum: ijs qui celauit verbuꝫ ab helyseo propheta: vt quicquid diceretur ab his ⁊ illis: opinio magis sit que falli potest: q̃z notitia vel intellectus: qui si verus est: falli non potest. Si enim (vt ait Sanctus Gregorius) etiam prophete falluntur: qd mirum si fallitur opinio eoꝝ qui prophete non sunt? Sic enim ait idem doctor Petro dyacono. Quid miraris si fallimur: qui pphete non sumus? An mente excidit q; Dauid qui prophetie spiritum habere consueuerat: contra innocẽtem Jonathe filium: sententiam dedit: cum verba pueri mẽtientis audiuit? Hec idcirco dico: q; si verum est: q; occidendi sint Enoc ⁊ Helyas: falliꝫ opinio eorum qui putauerunt eos nõ morituros. Et si ipsi morituri nõ sunt: sed alij qui sint in spiritu Enoch ⁊ Helyas: vel potius (vt supra scripsimus) Moyses ⁊ Helyas: alterius partis opinionem fallunecesse est: q; vtrunq; verꝫ esse non potest: q̃uis de opinione certum nihil: ⁊ in intellectu dubia multa: donec illucescat dies: ⁊ Lucifer nascatur in cordibus nostris. Et hec quidem dicta sunt in discussione littere que occidit: cuius in multis est ambiguus ⁊ tenebrosus itellectus. Unde ⁊ scriptura dicit. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Et alio loco. Tenebre erant sup faciem abyssi At q; sequitur. Et spiritus domini ferebatur super aquas: surgendum est cum eo a profundo littere ⁊ eundum in altum: vbi lucent luminaria celi: occultis cõsilijs vel iudicijs: domino (qui nouit oia) derelictis. Sint ergo viri isti iuxta Iran: quos deus melius ipse nouit. Secundum vero typicum intellectum quid significent considerandum est. Scimus q; Moyses fuit vir leuita: ⁊ pastor populi Jsrael: Helyas vir solitarius non habens filios: aut vxorem. Ille ergo significat ordinem clericorum: iste ordinem monachoꝝ: quadraginta duo menses quibus predicant: induti saccis: significant totidem generationes: quibus: ⁊ verbis: ⁊ exemplis clamant dicẽtes. Penitentiam agite: appropinquauit enim regnum celorum. Sed ⁊ gentes sub eorum annorum numero: calcant sanctam ciuitatem: q; licet in parte non in toto: q̃z diu tamen durat spatium istud temporis in tribus annis ⁊ dimidio designatuꝫ: semper data est potestas infidelibus calcãdi fideles: licet nõ eo modo: quo in diebus Antichristi. Sed ⁊ atrium quod est foris templum: ex multis annis (vt supra diximus) datum gentibus esse videmus. Quod autem minus completum est: timendum est ne ꝓpere compleatur: q; in omnibus his non est auersus furor domini: sꝫ adhuc manus eius extẽta. Duo vero ordines isti: in typo duorum viroꝝ: due olive: ⁊ duo candelabra dicti sunt: q; ⁊ oleo charitatis ardent: ⁊ splendore sapientie lucent: quorum vnum specialius congruit monachis: alterum clericis conuenire probatur. Quod autem sequitur de duobus viris: in conspectu domini terre stantes: miꝫ cur non

Hiero/nymus.

Concor/datio

Bene notandũ

Grego/rius.

2.pet.5. 2.cor.5.

psalmus. Genesis

Esa.16.

Zacha.4.

Esa.5.

dixerit scriptura. In conspectu domini celi: si Christus hic dominus intelligendus est? Videtur enim vocari posse deum terre: principem mundi: qui regnaturus est pro peccatis hominum: in cornu illo vndecimo: quem scribit Daniel: quod ⁊ putabit: q; possit mutare tempora ⁊ leges tradẽda in manu eius per tempora ⁊ tempus ⁊ dimidium temporis. Oportet enim stare: siue duos viros ſm litteraꝫ: siue reliquias duorum ordinum in ꝓspectu eius: quomodo steterunt Moyses ⁊ Aaron coram Pharaone: qui erat dominus terre Egypti: ⁊ Petrus ⁊ Paulus coram Nerone: qui erat imperator totius orbis ad phibẽdum testimoniuꝫ veritatis: sicut ⁊ isti facturi sunt. Videtur tamen in Zacharia propheta q; de domino nostro Jesu Christo: dictum sit verbum hoc: qui etiam (vt putamus) pari causa mysterij: dictus est in hoc libro princeps regum terre: nimirum q; vt homo verus: hominum dominus factus est: sicut ei in psalmo secundo loquitur deus pater: ⁊ dicit. Postula a me: ⁊ dabo tibi gentes hereditatem tuam: ⁊ possessionem tuam terminos terre. Et Esayas. Emitte agnuꝫ domine: dominatorem terre: Quod si ita est: quare dictum est de viris istis in Zacharia ꝓpheta. Isti sunt duo filij olei. i. splendoris: qui assistunt dominatori vniuerse terre: ⁊ in libro isto. Isti sunt due olive ⁊ duo candelabra in ꝓspectu domini terre stantes: nisi quia ex eo tempore quo viri isti venturi sunt: oportet regnare dominum nostrum Jesum Christum in vniuersa terra: quousq; ponat inimicos suos sub pedibus suis? Idcirco enim dictum est eos stare in conspectu domini terre: q; ad hoc vẽturi sunt ⁊ ituri ante faciẽ eius: vt annuntient aduenisse tempus: in quo oportet regnare filium dei in vniuersa terra. Oportet enim predicare illos: propter electos: ⁊ annunciare hominibus verba vite: vt luceat lux eoꝝ coram hominibus: ⁊ oleo doctrine spiritualis corda electoruꝫ hominum inungendo impinguent: propter reprobos autem ligare aquam celo: cum oportere perſenserint: ꝓuertere quoq; aquam in sanguinem ⁊ percutere terram omni plaga. Sed hoc quomodo? Nunqd iuxta littere veritatem? Minime. Sꝫ claudere celum est: ne pluat diebus prophetie ipsorum: abscondere verba spiritualia in cordibus electorum: ⁊ prohibere illos ne audeant loqui carnalibus hominibus verba spiritualia: que capere: aut sentire non possunt: dicente domino. Nolite dare sanctum canibus: ⁊ nolite spargere margaritas vestras inter porcos: ne forte conculcẽt eas pedibus suis: ⁊ conuersi dirumpant vos. Non solum autez propter hoc: sed ⁊ pro eo q; digni non sunt: vt audiant qui aliquando contempserunt verba dei: dicente domino Esaye propheta. Obcecacor populi huius: ⁊ aures eius aggraua: ⁊ oculos eius claude: ne forte videat oculis suis: ⁊ auribus suis audiat: ⁊ corde suo intelligat: ⁊ conuertatur: ⁊ sanem eum. Unde ⁊ de synagoga Judeorum: immo ⁊ in spiritu de ecclesia: faciens dominus queri/moniam: q; expectauerit vt faceret fructum: ⁊ fecerit lambruscas: hoc ei inter cetera minatus est: dicens. Diruam maceriam eius: ⁊ erit in conculcationem: ⁊ ponam eam desertam. Non putabitur: neq; fodietur: ⁊ ascendent vepres ⁊ spine in ea. Et nubibus mãdabo: ne pluant sup eam imbrem. Quasi enim nubus mandat dñs ne pluant imbrem super generationem malа ⁊ adultera: quia cum vident viri sancti q; nihil in predicatione proficiunt: relinquentes filios Belial: ꝓperunt se ad otium ⁊ quietem: ne forte illos non lucerentur: ⁊ seipsos amittant. Sunt preterea nonnulli adulterantes verbum dei: qui non querunt scire vt operentur: sed vt videantur ab hominibus. A quibus non immerito occultanda sunt secreta celi (hoc est) mysteria regni dei: vt non veniat super illos pluia voluntaria quaꝫ segregauit deus hereditati sue: sed ostendẽdum est eis ipsum mysterium quasi liber inuolutus: vt vi-

Dañ.12

psalmus. Genesis

Jicha.4

ps.2.

Esa.16.

Zacha.4.

Mat.4

Esa.5.

2.cor.4

ps.67.

Luc.8. dentes non videant: & audientes non audiant. Qui si etiam visi fuerint haurire aquas fluuiorum Egypti: vt glorientur de scientia mundi huius: aut notitia litterę que occidit: mox sentiunt sanctos dei venire contra se ad conuertendas aquas ipsas in sanguinem: ostendentes esse mortiferum: & veneno infectum: quod ipsi salutiferum esse putant. O quotiens mundani homines composuerunt libellos vt viderentur ab hominibus: sed tamen vbi adducti sunt ad manus iustorum: damnauerunt eos: ostendentes esse in eis potum mortis: vtpote in quibus caro & sanguis: non dei spiritus loquebatur. Percutiunt quoq; terram omni plaga: quia terrena & carnalia corda hominum: ostensis plagis mundi concutiendo percutiunt: quas ipsi quia velamen habent ante oculos: per se videre non possunt. Nam pro eo q; carnales homines plagas non sentiunt: nisi cuz ab istis aperiuntur: non frustra ipsi dicuntur percutere terram omni plaga: qui plagas annunciando: & ostendendo: terrena illorum corda quasi virga lingue percutiunt. Cruciantur ergo populi a conspectu eorum: siue quia prohibent stillas roris: ne pluat diebus prophetie eorum: siue quia multorum intelligentia que putatur esse vtilis: ostendunt esse carnalem: ita vt non sit potus salutis: sed mors & perditio omnibus vtentibus ea. Hac pro causa: & si omni tempore: odio habiti sunt: cum tamen abundabit iniquitas: multo amplius odientur a multis: & multi consurgent cõtra eos in disceptationibus scripturarum: sed non prevalebunt: quia ignis exiet de ore illorum qui destruet & consumet inimicos eorum. Sed quis ignis? Numquid materialis? Absit. Sed ignis spiritualis intelligentie: qui destruit & consumit intelligentiam carnalem. Licet enim celent pectus se spiritualem intelligentiam: que de celo descendit a filijs huius mundi: si quãdo tamen insurgunt contra eos filij Belyal in disceptationibus scripturarum: necesse est vt loquantur eis in virtute spiritus: vt non insultent eis tanquam devictis: sed magis confundantur virtute spiritus superati. Et sciendum q; in pluuia designatur illa doctrina: que rigat corda audientium ad proferendum fructum: in igne illa verba pungentia: que carnis vitia inflammando consumunt. Alterum ergo prohibent sancti. Alterum nequaq̃: quia & illa que possent edificare: abscondent pro culpis hominum a gente apostatrice: & que eos convincat male agere manifeste loquentur. Cum autem compleuerint testimonium suum (hoc est) cum perfecerint opus ministerij sui inter falsos christianos: bestia que ascendet de abysso: faciet aduersus eos bellum. Ita enim in consequentibus dicitur.

T.3. ¶ Et cum finierint testimonium suum: bestia quæ ascẽdet de abysso faciet cõtra eos bellum: & uincet illos: & occidet illos.

¶ Que sit Bestia ista: & que abyssus de qua ascendet: in quarta & sexta parte: late diffuseq; dicetur. Ut tamen breuiter dicam. Ipsa est multitudo infidelium: que a passione domini: vsq; ad Antichristum per sequuta est ecclesiam dei. Sane si ꝑm litteram duo futuri sunt qui faciant ista: si etiaz plures in duobus ordinibus: bestia hec que occidet eos: illa quarta bestia intelligenda est: quam scribit Daniel. Bene: sez: effera & bestialis que collecta est in exercitum: egredietur de vmbilico nationum: cui & dabitur potestas pro culpis hoium super sanctam (vt dictum est) ciuitatem: in tempus: & tempora: & dimidium tpis. Ipsa inq̃ bestia faciet bellum contra sanctos altissimi assistentibus sibi pseudo prophetis: & vincet eos signis mẽdacibus: seu etiam fraude demonum & calliditate verborum. Nõ enim non contra duos tm̃ viros: verumetiaz aduersus multos ira eius deseruiat in quarta parte libri demonstratur cum dicitur. Et faciet belluz aduersus sanctos: & vincet eos. Et data est ei potestas in omnem tribum: & populum: & linguam: & gentem & adorauerant eam omnes qui inhabitant terram: quorum non sunt scripta nomina in libro vite agni qui occisus est ab origine mundi. Si quis hz aures audiendi audiat. Qui in captiuitatem duxerit: in captiuitatem vadit. Qui in gladio occiderit: opz eum in gladio occidi. Hinc & de comu illo vndecimo (hoc est) de rege illo: qui erit caput huius bestie quando caleature sunt gentes sanctaz ciuitatem: in Daniele scriptum est. Et videndi q; comu illud faciet bellum aduersus sanctos: & prevalebit eis: donec venit antiquus diez: & iudicium dedit sanctis excelsis: & tempus adsenit: & regnum obtinuerunt sancti. Occident ergo sancti ad mandatum ipsius: ꝑm q; ad preceptum Neronis occisi sunt principes apostolorz. Notãdum vero q; ait. Cum finierunt testimonium suuz. Non enim quando vult Dyabolus potestatem aceipit sup iustos: exterminare de terra eos qui annunciãt verba vite: sed quãdo vult eos vocare dominus de presenti seculo neq̃ vt reddat illis mercedis premium pro laboribus suis. Si autem tribus tm̃ annis & dimidio regnatura est hec bestia (vt opinio tenet) & sub eodem temporis spatio predicaturi sunt viri sancti preeuntibus eos duobus viris qui sint duces eorz: quid aliud datur intelligi: nisi q; circa finem regni sui factura est prelium contra sanctos: incipiens disputare de fide Christi: vt eos quos sibi viderit cẽ subditos ad perfidiam trahat? Non enim semper cure est infidelibus legittima hominum dissipare: sed aliquando: & precipue: cum data sibi vndiq; pace: in superbiam eriguntur. Patius itaq; dabit operam: resistentem sibi diutius percutere Babylonem: & postea eriget contra deum comu contumacie sue: ꝑm q; in sexta parte manifestius dicitur. Di cum agno pugnabũt: & agnus vincet illos: quoniam dominus dominorum est: & rex regum: & qui cum illo sunt vocati electi: & fideles. Quare aũt dicit cum agno: & nõ potius: leone: nisi q; agni victoria in morte est: & illi gloriosius vincũt: qui pro iustitia moriunt? Sequitur.

T.4. ¶ Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ: quæ uocatur spiritualiter: Sodoma: & Egyptus: ubi & dominus illorum crucifixus est.

¶ Si verum est ad litteraz quod de duobus viris scriptum est: vt: vz: duo sint preter ceteros qui occidẽdi sunt a bestia: que ascendet de abysso: verisimile videtur q; in ea ciuitate occidendi sunt: in qua & illorum dominus crucifixus est. Verumtamen quod ait in plateis ciuitatis magne: non satis videtur facere pro eodem intellectu. Nunquam enim magna ciuitas vocata sorte legitur Hierusalem: sed magis Niniue: & Babylon: magne ciuitates dicte sunt: nimirum quia multi sunt vocati: pauci vero electi. Rursuz ciuitas illa que vocat Hierusalez: non ſm saxa & parietes vocata est spiritualiter Sodoma: & Egyptus: sed ꝑm carnalez populum qui quõdam habitauit in ea. Restat ergo vt in ciuitate magna que vocat spiritualiter Sodoma: & Egyptus: regnum huius mũdi intelligamus: cuius platee sunt illi hoies qui sibi elegerunt vias largas ducẽtes ad pditionem: in qbus iacebunt mortua corpora horuz beatorz: q; spũales intellectus veteris ac noui testi morient in eis: interfectis a bestia: predicatoribus veritatis: & ꝑstrata (iuxta illud Danielis) vitate in terra. Quez hoc generali: & iuxta illud qõ referri põt in spũ ad oẽs sanctos: q in illo tẽpo discrimine occidendi sunt. Si autem de duobus illis specialiter agẽdum est: aut fateamur participatione pfidie vocari ciuitatem magnam: quecunq; erit gens illa in qua sancti pdendi sunt: & eadem participatione dictum sit: vbi & dominus illo-

Dañ. Dañ.8

rum crucifixus est: q; vna est ciuitas omnium reprobor̃um: aut fortassis quod magis ad rem pertinere videtur: & sub eodez intellectu accipi possit: conuocandos esse iudeos in Hierusalem ciuitatez illam terrenam: in qua fuerunt patres eor̃ cum filijs suis: a rege illo vndecimo: de quo plura scripsimus in hoc libro: in cuius conspectu occidendi sunt a bestia serui dei: quatenus inter reliqua mala que facturus est: saluatorem se esse predicet iudeor̃uz: quod maxime opinari datur ex eo loco: vbi dicitur in Daniele. Filij preuaricatorum populi tui: extollentur vt impleant visionem & corruent. Quod si ita erit etiam ad litteram accidere posse videtur: vt sicut quondam in illa ciuitate: & in illo populo: iacuit mortuus dominus illor̃uz: ita & nunc quoq; in eadem ciuitate: & in eodem populo iaceant corpora seruor̃um eius: supplẽtium ea que desunt passionum ipsius. Siue ergo in illa ciuitate: siue in alia ista fiant: non est alienum a simplici veritate: q; hoc aduerbium: vbi: plerunq; in diuina pagina: non tam loci situm: q̃z aut populum: qui aliquando fuit in loco: aut populi eiusdem similitudinem signat. Sequitur.

T.5. ¶ Et videbunt de tribubus: & populis: & linguis: & gentibus corpora eorum per tres dies: & dimidium: & non sinent ea poni in monumentis. Et inhabitantes terram gaudebunt super illis & iocundabuntur: & munera mittent inuicem: quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitãt terram. Et post dies tres & dimidium: spiritus uitæ adeo intrabunt in eos: & steterunt supra pedes suos: et timor magnus cecidit super eos qui uiderunt eos.

¶ Si ſm typicum intellectum in tribus annis & dimidio: omne tempus quo Bestia ista regnabit: accipimus (hoc est) ab aduentu domini: vsq; ad tempus ruine & precipitationis ipsius: restat: vt in tribus diebus & dimidio breuiora tpum spatia designentur: post que dabitur regnuz qđ est subter omne celum populo sanctorum altissimi. Interim tamen clausus manet aditus monumẽti huius propter illud quod scriptum est a domino tribus discipulis: quod vtiq; in spiritu intelligendum est. mat.17. Nemini dixeritis visionem: donec filius hois a mortuis resurgat. Ut enim mors ipsius extinctionez veritatis designat: ita resurrectio eius viuificationem: haud dubium q; propter spiritum qui viuificat: sicut & multa illa corpora mortuorum que dormierant: & suscitata sunt: designant q̃z multa testimonia veritatis: que omnia inspirante deo: excitabuntur a somno. Verus quia completo tempore belli: tempus iudicij incohabit: quod tamen ſm quid: & prius constat esse inuitandum: necesse est omnino vt sequatur resurrectio mortuorum. Et hoc quidez de omnibus sanctis. De duobus autem viris id reor omnimodis obseruanduz (quod si verum est) esse duos qui occidendi sunt a bestia: profecto ipsi duo post tres dies & dimidium & mortuis resurgent. Quid enim si sicut dominus eorum occisus est: & tertio die cum multis alijs resurrexit a mortuis: ita & isti duo propter eos qui letabuntur super nece eorum: post dies tres & dimidiuz a mortuis resurgent: etiam si tunc non erit vltima illa resurrectio mortuorum? Quod autem ait. Videbunt de tribubus & populis: & linguis: & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium & non sinent ea poni in monumẽtis: siue ad duos illos referat sermo: siue generaliter ad oẽs sanctos q̃ in eadem tẽpestate occidẽdi sunt: dubium

non est qn diuersaz nationum lingue conueniant ad spectaculum illud: ſm q; solet accidere in aliqua ciuitate regali: vt: vz: e diuersis partibus pfluentes illuc diuersaz linguaz & moz: hoies ꝓgregentur ibi: querentes (vt moris est) captare beniuolẽtiaz potestatis terrene: diligentes gloriam hominuz magis q̃z dei. Inde est q; nõ sinent corpora sanctoz poni in monumentis: vt vt duz se in morte illoz crudeles ostẽdent ab eis qui eos occiderãt: artius diligãtur. mar.13 Unde & per seipsam veritas interrogata a discipulis de tribus illis: hec inter cetera respondit: dicẽs. Tradet autem frater fratrem in mortem: & pater filium: & ꝓsurgẽt filij in parentes: & morte eos afficient. Et hoc quare? Qz facilius põt psuaderi hoibus qui terrena sapiunt: qđ plz carni: q̃z qđ plz spiritui: & proniores sunt hoies ad credendum pollicentibus clementiam: q̃z his qui comminãtur iudicium: presertim: cum carnales hoies: quibus oñatur peccatum: eo iniustum putent iudicium: qđ minantur sancti: quo putãt impossibile obseruari posse ab hoie: qđ tubek. Dicunt enim. Si nemo põt haberet quicq̃z: nisi qđ ei desup datum est: aut falsum est q; deum misericordem predicant: qui exigit qđ non donat: aut ipsi sunt falsi testes dei: q; ibi quoq; districtum esse fatentur iudicium: vbi nec voluntas bona: nec possibilitas suffragat. Cũq; hec & similia tam nequiter: q̃z mẽdaciter fingunt: efficiunt eis verba predicantium quasi qdam stimuli in corde defixi: ita vt predicatio illoz sit eis cruciatus: & comminatio eoz: labor & affictio spiritus. Sic Herodi regi: & maxime Herodiadi: mar.6. molesta erant verba Joãnis: sic phariseis impijs predicatio Xpi. Qđ si ipsi plerũq; mali non valẽtes ferre verba bonoz: querunt modis oibus interficere illos: quãto magis eos letari & exultare credendum est in morte eoz: cum q̃i absq; scãdalo & infamia sua: ab alijs occidunt? Unde & in presenti capitulo de vite huius amatoribus: quoz̃ persatio in terris est: id qđ audiuimus: dictum est. Et inhabitantes terram gaudebunt sup illis & iocundabunt: & munera mittent inuicem: qm̃ hi duo ꝓphete cruciauerunt eos qui habitãt terram. Hoc est enim illud. Uos autem ꝓtristabimini: Joã.16 mundus autez gaudebit. Nec mirz tñ. Si enim ꝓtristarentur aiales hoies de pfectione crucis: & pcussione fidei: iure tristarẽtur de potestate bestie: de regno & victoria eius qui certamen init ꝓtra Xpm. Qz vero de terrena ꝓsperitate: quam predicant pseudo christi efficiunt leti: necesse est vt illos odiant: qui hanc habent exosam: illis iungantur aio qui eam annunciãt & desendunt. Decepti itaq; hoies: quoz̃ persatio in terris est: existimãtes pacem illaz diuinitus esse datam: gaudebunt & letabunt adinuicem. Quibus aũt erit sanum cor: tristabunt & flebunt: & saltem vel inuitos cruciabunt sepius amatores mundi: annunciãtes illis iudiciuz: qđ prope est: & cruciatus inferni: qui eos receptaturi sunt in fine pp impietates suas: eo q; cognoscẽtes deum: non sicut deum adorãt: aut gratias agunt: sed euanescunt in cogitationibus suis: sin Rom.1 gẽtes illa que supius diximus: pp qđ & obscuratur eoz cor insipiens: ita vt adorẽt & colant creaturaz potius q̃z creatorem: qui est benedictus deus in secula amen. Sane qđ dictum est in eodez loco de resurrectione eoz qui occidẽdi sunt a bestia: spiritus vite adeo intrabit in eos: & steterunt supra pedes suos: ideo dictum esse satẽdum est: q; mox vbi iustoz spiritus carcerali ergastulo soluti sunt: pgunt ad deum qui dedit illos: vt eisdem repletis ad integruz dono spiritus sancti: corpora quoq; que prius aialia fuisse noscunt: virtute illius spiritus qui ex deo est: spiritalia fiãt: & iam nõ habeãt posse cadere sicut prius: sz̃ insatigabiliter sine fine manere. Unde & per prophetam dr. Qui autem spant in dño: mutabunt fortitudinez: assument pẽnas sicut agle: currẽt & non laborabunt: volabunt & nõ deficient. Qđ autem segtur. Et timor magnus cecidit sup eos qui viderunt eos. Esa.40

Sic est accipiendum: vt dicitur: excepto: q (vt moris est prophetarum) preteritum hic ponitur pro futuro. Sequitur.

T.6. ¶Et in illa hora factus est terremotus magnus: et decima pars ciuitatis cecidit: & occisi sunt in terremotu nomina hominum septem millia.

¶In hora qua sanctorum gloria manifestabit: magnus terremotus fiet: q̄ percussa corda videntium: vel audientium istud: incipiēt fluctuare in semetipsis: & alij arguēt se sup incredulitate sua: alij desperantes deteriores fient: ita vt ipsi ruant: & multos perimant separando a fide. Unde & non immerito ciuitas ista: cuius decima pars cecidit in terremotu: sancta ecclesia intelligenda est: q̄ cadere non potest qui aliquando stetit in fide. Unde & per apostolum dicitur. Qui stat: videat ne cadat. Sed si ecclesiam designat que stat in fide: quomodo in glorificatione iustorum: aliqua pars ipsius cadere dicta est: nisi quia multi clericorum qui videbantur stare: quando sancti erunt in certamine: incredduli erunt verbis eorum: & licet manifeste: non insultent eis sicut ceteri: occulte tamen detrahent illis: ꝓm qđ & domino suo detrahebant aliqui & insultabant dicētes. Uah qui destruit templum dei: & post triduum reedificat illud: quorum tamen aliqui postea compuncti sunt: & egerunt penitētiam de reatu suo: alij desperantes seipsos: deteriora fecerunt: persequentes apostolos de ciuitate in ciuitatem: perseuerantes vsq; in finem in iniquitatibus suis? Cadent ergo aliqui in hora illa viso signo: quia stimulati a conscientia: desperabunt. Quod autem casuri sint in die illo aliqui de clero: in Danielis visione demonstratur: cum dicitur. Et de eruditis ruent. Sed si de illis qui sunt muri ciuitatis: multi corruent: quid erit de multitudine laycorum qui nesciunt dexteram vel sinistram: & nihil reputant celestia comparatione terrenorum? Quo circa nomina hominum septem millia in terremotu eodem mortua esse perhibentur: quia innumera multitudo laycorum: qui christiano censentur nomine: & putabuntur manere in fide: circumuēti ab illis clericis qui erunt in parte Antichristi: extinguentur a fide: dicentibus hoc quod visum vel auditum est: de glorificatione iustorum: factum esse per artem & operationem Dyaboli: magis autem credēdum esse signis que faciet Antichristus: & pseudo prophete: dicentibus ipsum esse Christum: illos autem veros prophetas. Erit enim tunc populus: re vera: quasi altera Egyptus: viri illi: quasi Moyses & Aaron: pseudo ꝓphete: quasi Jamnes & Mambres: ad quorum signa: indurabatur cor Pharaonis: & corda egyptiorum: cūius aliquid simile etiam nunc agatur in mundo. Omnes enim qui predicant veritatem: similes sunt Moysi: qui autem tuentur errorem & resistunt veritati: similes Jamnes & Mambres. Uerūtamen & tunc & nunce indurari per eos non desinunt corda egyptiorum: quousq; Pharaonis exercitus demergatur in mare. Et illi quidem sic. Ceterum omnipotēs deus in reliquijs suis preparabit vultum eorum: respiciens terram: & faciens eam tremere bono timore: & eos qui non malitia: sed fi/ cut illi quos Absalon nescientes duxit in Babaon: simplici animo peccauerunt. Nam sequitur.

1.cor.10. Exo.18 2.cor.11. mat.26. Bañ. Jone.4 ps.20. ps.103. Regum.

T.7. ¶Et reliqui in timorem missi sunt: & dederunt gloriam deo cæli.

¶In omnibus plagis que supra scripte sunt: non est dictum fore aliquos missos in timore: neq; dedisse gloriam deo celi: quamuis multos dedisse gloriam: dubium non sit. Hoc autem propterea dictum est: q̄ regnante Antichristo: & ablato a deo celi iuge sacrificio: sic erit absconditus cultus diuinus & pene intermissus quasi non sit: haud dubium: q̄ prevalente simplici/

tati versutia: & resistente mendacio veritati: qui tamen in glorificatione iustorum resurget quoq; ipse velut a mortuis: vt dent de reliquo gloriam deo celi: & fiat ei sacrificium sicut & in diebus antiquis. Uel certe propterea dictum est in hoc loco: quia scriptum est: q̄ reliquie in toto corde suo conuertentur ad dominum. Sequitur.

T.8. ¶Ueh secundum abiit: & ecce veh tertium veniet cito.

¶Tertium veh dicit: q̄ angelo septimo futurum est: quia primum consumatum est sub angelo quinto. Secundum sub angelo sexto. Tertium consumabitur sub angelo septimo: ꝓm q̄ prenunciatum est: voce aquile volantis per medium celi: clamātis voce magna: ac dicētis. Ueh: veh: veh habitantibus in terra: de vocibus trium angelorum: qui erant tuba canituri. Sequitur.

T.9. ¶Et septimus angelus tuba cecinit: et factæ sunt voces magnæ in cælo dicentes. Factum est regnum huius mundi: dei nostri & christi eius: & regnabit in sæcula sæculorum amen. Et viginti quatuor seniores qui in conspectu dei sedent: in sedilibus suis ceciderunt in facies suas: & adorauerunt deum dicētes. Gratias agimus tibi domine deus omnipotens: qui es: & qui eras: quia accepisti virtutem tuam magnā: & regnasti. Et iratæ sunt gentes: & aduenit ira tua, & tēpus mortuorum: iudicari et reddere mercedem seruis tuis: & prophetis: & sanctis: & timentibus nomen tuum, pusillis, & magnis: & exterminandi eos qui corruperunt terram.

¶Iste est ille angelus septimus: de quo sub sexto angelo iurant: ille angelus qui habebat librum apertum in manu sua: dicens: quia tempus iam non erit amplius: sub iudicitur: consumandorum mysteriorum: sed in diebus vocis septimi angeli cum ceperit tuba canere: ꝓsumabitur mysterium dei: haud dubium: q̄ illud mysterium qđ latebat sub veteri testamento: a diebus Moysi: vsq; ad Joannem Baptistam. In tempore itaq; huius angeli (hoc est) illorum prædicatorum: qui tempore septimo sequuturi sunt: fient voces magne in celo dicentes. Factum est regnum huius mundi dei nostri: & christi eius: q̄ gaudebunt sancti in ecclesia super bonis que facturus est dominus: & annunciabunt gloriaz eius adinuicem: iubilantes potius q̄z docētes: attendentes completum esse: quod nos quoq; modo fide tenemus: oportere. s. regnare dominum nostrum Jesum Christum quousq; ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis: & dandum esse regnum quod est subter omne celum: populo sanctorum altissimi: cuius regnum: regnum sempiternum est: & omnes reges seruient ei: & obedient. Unde & viginti quatuor seniores (hoc est) vniuersi prelati ecclesiarum: qui significantur per illos: ꝓcidēt & adorabunt deum dicentes. Gratias tibi agimus dñe deus oipotens: qui es: & qui eras: q̄ accepisti virtutem tuam magnam: & regnasti: q̄ attendētes completum esse qđ scriptum est. Dia opera nostra operatus es nobis: & q̄ educit nos per ignem & aquam: & induxit in refrigerium: & non agnoscētes habere se aliqđ in semetipsis: qđ retribuāt dño pro vniuersis beneficijs suis: saltem humiliati vsq; ad solum: agēt gratias deo suo: & laudabunt nomen eius: qm̄ bonus: qm̄ in seculū misericordia eius. Et benedicunt q es: & q eras: q̄ qñ videt dñs obdormire: &

Bañ.7. Esa.26. ps.65. ps.117.

quasi non attẽdere ad preces nostras: dicit
insipiẽs in corde suo: nõ est deus: dicit stul-
tus: non videbit dñs: nec intelliget deus
ps. 13. ps. 93. Jacob: dĩ in gentibus: ybi est deus eorũ?
ps. 113. Sed qd dicit apostolus? Jesus xps heri
z hodie: ipse z in secula. Aut si pp mysteri-
Hebr. 13 um psonaꝝ: dictum est: qui es: z qui eras:
liquet qõ ait ipse vnigenitus dei. Pater
meus vsq; modo operatur: z ego opor: z qm
sicut deus pater ostẽdit: gloriam suam: qñ
Jos. 5. destructo regno Assyrioꝝ z Chaldeoꝝ: su-
scitauit spiritum Cyri regis Persaꝝ: qui
2. esd. 2 donaret libertatem filijs Juda z preciper
fundari templum: qõ destruxerant Chal-
dei: ita vnigenitus dei filius ostendet ma-
gnitudinem suam: operans z ipse sicut z pa-
Jos. 5. ter eius: vt oẽs honorificent filium: sicut
honorificant patrem. Qõ ergo aiunt: qui
eo: z qui eras: videntur patri z filio esse lo
quuti: presertim cum supius dictum sit. Fa
ctum est regnum huius mundi: dei nostri
z christi eius: z regnabit in secula seculoꝝ
amen. Sz quare duobus tm̃? Num qz opa
tur aliqd pater sine filio: aut filius cum pa
tre sine spiritu sancto? Absit. Sz idcirco di
cunt hoc patri z filio: qz vident completa
esse tpa laboriosa: in quibus pater z filius
ostenderunt patientiam suam: adesse vero
tpõ libertatis: qõ quadam mysteriali pro-
prietate ptinet ad spiritum sanctu: qui est
amor patris z filij (apostolo attestãte) qui
2. cor. 3. dicit. Ubi spiritus dñi: ibi libertas. Sane
autem qõ aiunt. Et irate sunt gẽtes: z ad-
uenit ira tua: z tps esse iussit iudicij: manife-
ste demõstrant: non sm tps illud quo dissi
mulabat vindicare humiles: vt erudiret
eos in patiẽtia: sz iuxta qõ designatum est
in diebus Helye: qui iudicabat z puniebat
peccatores terre: reddens vnicuiq; eoꝝ iu
3. re. 18. xta opa sua. Et qõ aiunt. Et tps mortuoꝝ
4. re. 1. iudicare z reddere mercedem seruis tuis:
prophetis: z sanctis: z timẽtibus nomen
tuum: z exterminandi eos qui corrumpũt
terram: ad tps illud referẽdum est: in quo
bestia z pseudo propheta: mittẽtur in sta-
gnum ignis ardẽtis sulphure: z ad tertiuꝝ
statum mundi: qui erit in sabbatuꝝ z quie
tem: an quo exterminatis prius corruptori
bus terre: regnaturus est populus sancto
rum altissimi: quousq; induti nouis corpo
ribus: z pacto iudicio generali: ascẽdant si
mul cum dño suo: ad paratum sibi regnuꝝ
ab origine mundi. Puto aũt qz mox vbi mat. 24
completa fuerit passio sanctoꝝ: incipiet se-
ptimus angelus exaltare vocez suam: ostẽ
dẽs iam olim psumata esse mysteria regni
dei: apparentibus signis: in sole: z luna: z Luc. 21
stellis: arescẽtibus hoibus pre timore z ex-
pectatione que supueniet vniuerso orbi: z
q̃bus nesciantur q̃sto tpe aductum iudicis
signa ista precedant. Hoc est enim tertium
veh. Nempe z qõ dictum est in hoc loco. Tertiuꝝ veh.
Et tps mortuoꝝ: in septima parte libri hi
scriptum. Vidi sedes z sederunt sup eas: z
iudiciuꝫ datum est illis: z aias decollatoꝝ
pp testimonium Jesu: z pp verbum dei: z
qui non adorauerunt bestiam neq; imaginem eius: nec acceperunt
characterem in frontibus suis aut in manibus suis: et vixerunt z regnauerunt cum xpo. Mille
anni qui cum Christo regnant: qz vere viuunt
ipse dicit per semetipsum. Qui credet in Joh. 11
me: etiaꝫ si mortuus fuerit: viuet: z omnis
qui viuit z credit in me non morietur in
eternum. Et irate sunt (inqt) gẽtes: z ve-
nit ira tua z tps mortuoꝝ: iudicare: z red
dere mercedem seruis tuis: z pphetis: z
sanctis: z timẽtibus nomen tuum pusillis
z magnis: z exterminandi eos qui corru-
perunt terram. Qõ dicunt. Irate sunt gẽ
tes: ad superiora refert. Inter tps enim sexti
z septimi angeli: parua differẽtia est. Sub
illo enim irascuntur gẽtes: sub isto veniet
sup eos indignatio dei. Tẽpus mortuoꝝ
(hoc est) eoꝝ qui in dño moriunt: qz psu-
mato bello: supest: vt victoribus pferat co
rona. Ad hoc ptinet qõ pter adiunctum
est. Judicare z reddere mercedem seruis
tuis. Judicabit enim dñs in die illo eos qui
plequuti sunt iustos: z ipsis iustis reddet
mercedem patientie sue. Quibus seruis?
Prophetis: z sanctis: z timẽtibus nomẽ
eius. Non oẽs sancti: pphete sunt: z ideo
dicunt prophetis: z sanctis. Bene autem
subiunctum est in genere. Et timentibus
nomen

nomen suum: pusillis z magnis: qz non so-
lum illi qui pfecti sunt: pcipient mercedez
laboris sui: verumetiaꝫ z illi qui minus ali
qd habent a pfectione: qz pius est z bonus
dñs omnibus qui sperant in se. Qõ autez
segtur. Et exterminandi eos qui corrupe-
runt terram: ad Antichristum z socios ei-
us referendum est: q; sicut preter solitum:
corrupturi sunt terram: ita per preter soli
tum exterminabuntur de terra: ita vt non
remaneat: nec vnus de oi multitudine so-
cioꝝ eius. Sic enim dicit dñs per prophe-
tam. Et erit in die illa dicit dñs: quera
pterere oẽs gentes que veniunt ptra Hie-
rusalem: z effundam sup domum Dauid:
z super habitatores Hierusalem: spiritum
gratie z precum. Et post pauca. Et erit in
die illa: dicit dñs exercituum. Disperdam
nomina p dolorꝝ de terra: z non recordabũ
tur vltra: z pseudo prophetam: z spiritum
immundum auferam de terra.

¶ Explicit tertia pars.

¶ Incipit quarta pars libri.

¶ Distinctio prima quarte partis libri.

Gene. 1

Quarto die (vt ha-
bet in Geneſi) crea
uit deus solez: z lu
naz: z stellas. Quar
ta mundi etate cla
ruerunt in Israel:
Helyas: z Helyse-
us: z filij prophetaꝝ. Quarta pars
huius libri ostendi
tur mulier amicta
sole z luna sub pedibus eius: z in capite
eius corona stellaꝝ duodecim. Quarto de
nigz ecclesie tẽpore: emicuit ordo heremiti
cus precipuus gratia castitatis. Qõ ergo:
vel in quarto creationis die: vel in quarta
mundi etate: in Helya: z Helyseo: z filijs
prophetaꝝ: vel in hac muliere amicta so-
le: designatum fuerat: quarto ecclesie tpe
psumatum est. Sicut enim in prima parte
agitur de prelatis: in secda de martyribus:
in tertia de doctoribus: ita in hac quarta
parte de virginibus: z heremitis: vt quod
quatuor aialibus designatum est: quatuor
bis ordinibus compleretur. Quarum et-
enim aial: aquile volanti simile esse phibe
tur: z huic mulieri ale aquile date sunt: vt
euntem Helyam in celum: q; nimmo Hely
e dñm: sequeretur: vt z si corpore adhuc
in terris pstituta maneret: cogitatione tñ
z affectu: in illa eterna patria puersaretur.
Notandum vero est qõ de quatuor aialibus dĩ. In medio sedis: z in circuitu sedis
quatuor aialia plena oculis. Notãdum in
quam est: q; ille ordo magis interiora possi
det: qui calcatis penitus curis seculi: to-
tus in intimis se abscondit. Unde z p psal
mistam dĩ. Quam magna multitudo dul- ps. 30.
cedinis tue dñe: quam abscondisti timenti
bus te. Perfecisti eis qui sperant in te in
pspectu filioꝝ hominum. Abscondes eos
in abscondito faciei tue a pturbatione ho-
minuꝫ. Hec est pars eoꝝ qui norunt pte-
nere visibilia: qui sola inuisibilia z celestia Exodꝰ
pcupiscunt. Qz vero archa federis dñi sub
alis Cherubin: primo qdem in tabernacu
lo: deinde in templo dei protegebatur: vt
ostenderet beatus Joãnes quid archa illa
designauerit: que tam reuerenter apud fi-
lios israel habita fuerat: tractaturus de ve
rissima archa dñi (hoc est) de matre virgi
ne: que nobis ptulit Christum: sermonem
de archa testamenti premisit: vt: vz: mani-
feste daretur intelligi: q; non aliud ipse in
hoc libro describeret: qz qõ vetus designa
uerat testamentum. Alit ergo.

¶ Apertum est templum dei in cælo: & visa est archa testamẽ Ț. 10
ti eius in templo eius.

¶ Quid enim aliud designabat: q; sic ar-
cha federis dñi in secretis tabernaculi: siue Exodꝰ
templi sub alis Cherubin pregebatur: ni
si illud qõ de virginibus dñi ptemplanti-
bus premissum est. Absondes eos in ab-

Ps. 30. scondito faciei tue a pturbatione hoium. Proteges eos in tabernaculo tuo a ptradictione linguaꝝ? Bene autem sub alis Cherubin: que doctores sancte ecclesie ad defensionem fidei in plenitudine scientie ꝓstitutos designant: manere archa ipsa describitur: qz nimiꝝ doctores catholici ad ꝓtectionem ecclesie dati sunt: ne aqua erronea quam euomuit draco: nullo hanc ꝓtegente: z ꝓ ea se totis viribus opponente: subuerteret. Designaꝫ ergo in templo testamẽtum vetus: qđ in prole gaudebat: in archa testm̃ nouum: cuius gloria castitas z virginitas est: Illud eniz fm carnez: istud fm spiritum: datum est. Illius filij carnales erant: istius spirituales. Parua erat tunc archa: magnuz templum: qz pauci admodum erant tunc amatores virginitatis: ꝑiugalitatis multi: habebat proinde plures filios tunc Phenẽna: antea sterili permanente: quousqz venit tps qñ dicere mereretur: Recedãt vetera de ore vestro: quia deus scientiarum: dominus est. Et post pauca. Donec sterilis peperit plurimos: z que multos habebat filios infirmata est. Hoc z Esayas dicit. Letare sterilis: que non paris: erumpe: z clama: que non parturis: quia multi filij deserte plus qz eius que habet virum. Sicsic archa testamenti conualuit: non dico in templum: vez in ciuitatem: ipsa est enim Hierusalem celestis: cuius templum est ipsum celum: quin potius ipse deus: cuius magnitudinis non est finis. Aptum est ergo templum dei in celo: z visa est archa testamenti eius in templo eius. Ex eo: vz: die: vel tempore quo velum templi scissum est a summo vsqz deorsum: quando z monumenta aperta sunt: e quibus viuentes homines ascenderunt: z apparuerunt multis: nimirum quia prophetarum volumina apiri ceperunt: ex qbus prodierunt spirituales intellectus: z apparuerũt non oibus: sed multis: testibus. s. ꝓordinatis a deo. Aptum est etiam qđ est maius illud sacratissimum monumẽtum: de quo

Ezec. 2.

Esa. 54

sanctissima caro Christi egressa est incorrupta: que z ipsa vitam virgineam pari modo designat: vtpote spiritualem z angelicam: z nescientem corruptionem (dicente dño.) In resurrectione neq; nubẽt: neq; nubẽtur: sed erunt sicut angeli dei in celo: z filij erunt dei: cum sint filij resurrectionis. Aptum est ergo in die illo templuz dei in celo: z visa est archa testamenti: aptum est testamentum vetus in ecclesia: z apparuit gratia: aptum est sepulchrum littere: z apparuit spiritualis intelligentia: aptum est: quod significauerat vita corruptibilis z carnalis: z inuentum est significasse vitam incorruptam: z spiritualem. Omnia quippe precepta legalia que in ministerio data sunt: aut circa animalia corpora: aut circa lapides z metalla: aut circa arbores z herbas: z his similia agebantur: que omnia non erant nisi vmbre z exemplaria futurorum. Notandum vero summopere est: qz ea que in hac quarta parte dicuntur: generaliter spectant ad statum totius ecclesie: z specialiter ad quartum. Quamuis enim a resurrectione dominica: z precipue: ab ascensione eiusdem: quanta esset virginitatis z castitatis gloria: necnõ z felicitas vite ꝓemplative: manifeste fidelibus panderetur: non tñ eo modo claruit quo tpe quarto: quãuis (vt in libro concordie discussuz est) sicut ordo martyrum ꝓtemporaneus apostolico fuit: lz ille precesserit: ita doctoꝝ ordim̃: fuisse heremiticum z virginalem contemporaneum: non est dubiuz: quamuis doctoꝝ ordo iter apiendo precesserit. Non enim scirent a principio virgines z heremite: vtz illoꝝ studia tam deo essent acceptanisi doctores ecclesie aperirent: templum dei z archam testamenti dñi: vitam exponerẽt spiritualem: maxime cum multos eos legamus habuisse obtrectatores: arguẽtes eos qz celibatum vite coniugali ꝓferrent. Ita enim in medio Maria inter apostolicam turbam: ipsa inquaz Maria cui datus Joã nes in filium spiritualem: ac si archa do-

mat. 22

mini auro testa in templo: cuius vitam celestem continue commendantes doctores: multos ei filios z filias per euangelium genuerunt: quorum gloria quanta sit: sequentia huius libri manifeste declarant. Sequitur.

Ca. 11 ¶ Et facta sunt fulgura: & voces: & terremotus: & grando magna.

¶ Vbi cepit spiritus in littera reuelari fidelibus: alij assummentes robur fidei: signis z miraculis coruscare ceperunt: alij

Esa. 12 haurientes aquam vuam de fontibus saluatoris voces intonando dederunt: alij videntes z audientes: concuti z timere ceperunt: alij existimãtes insaniam: in modum dure grandinis: obdurare ceperunt. Sic igitur visa archa dei: sic cognita gratia z iustitia spirituali: fulgura miraculoꝝ: voces predicationum: terremotus cordium humanoꝝ: necnon z grando duritie in cordibus infidelium procreata sunt. Audierunt enim humiles z contriti sunt corde: audierunt superbi: z amplius indurati sunt. Sequitur.

¶ Incipit distinctio prima.

Cap. 12 Ca. 1. ¶ Et signum magnum apparuit in cælo: mulier amicta sole: & luna sub pedibus eius: & in capite eius corona, stellarum duodecim: & in utero habens clamabat parturiens: & cruciabatur ut pareret.

¶ O vere magnum z admirabile signum. Hz ecclesia in cordis vtero: verbum dei: cruciatur: affligitur: angustiatur: z ideo non cessat clamare: Et quid clamat? Filioli mei quos iterum parturio: donec Christus formetur in vobis. Et itez.

Gal. 4

Quis infirmat z ego non infirmor? Quis scandalizatur z ego non vror? Ecce cruciatus ecclesie. ¶ Mulier ista: generaliter matrem designat ecclesiam: que in verbo predicationis: clamando z parturiendo: laborabat. Specialiter vero ecclesiam heremitaꝝ z virginum. Laborauit vtiqz z ipsa affecta dolore vehementi: dicens assidue in orationibus suis illud qđ in eius typo Rachel, viro dicebat. Da mihi filios: alioqui nmoriar. Semper enim, cupiunt boni: perfectionis sue: z gratie imitatores habere: sicut econtrario mali habere consimiles cõcupiscunt. Si autem vis scire numerum filioꝝ ipsius ecclesie: sequentia manifestant. Vidi (ait) supra montem Syon agnum stantem: z cum eo centum quadraginta quatuor millia signati: habentes nomen eius z nomen patris eius scriptum in frõtibus suis. De quibus z post aliqua subditur. Hi sunt qui cum mulieribus nõ sunt coinquinati: virgines enim sunt. Et notandum qz in tertia specie huius quarte partis: ecclesie doctorum: que claruit tertio tempore: mulier ista gerit imaginem: hi autem qui cum mulieribus non sunt coinquinati: quartum: in hac quarta parte proprietatis sue: retinent locum: quamuis in genere libri: quartum: mulier ipsa proprietatis sue exigat: tempus: z magis sacrarum virginum: qz doctorum ecclesie typum gerat. Qua in re. Caue lector quid pro quo: z quando suscipias: z varietatem intellectus: nequaquam arbitreris errorem: sed tenuissimi atqz profundi altitudinem sacramenti. Quod ideo maxime notari cupio: quia pene generale est in hoc libro: z nisi vigilanter discutiatur inter genus z speciem: vt singulo sua iura soluantur: restat: vt ipsa lux conuertatur in tenebras: z splendor scientie in ignorantie cecitatem. ¶ Melius est enim scire se aliquem: nescire quod nescit: qz putare se bene scire: quod ex parte ignorat. Ille enim duz se scire nescit: humiliter eligit ignorata tacere. Iste qui se optime scire

2. cor. 11

putat:qđ ignorat ex parte:dum spernit addiscere qđ vex est:requisitus forte ab aliis cogitur ingerere falsum. Neq; enim ille verax est:qui ex parte verum dicit:z ex parte falsum:sed qui sic ex toto:vel ex parte loquitur:qđ vex est:vt sibi modis omnibus caueat a crimine falsi:qđ tamen illi facere nequeunt:qui dum aliqđ intelligunt ꝑm partem:ad illius se plenitudinem pueniſſe lętantur. Igitur hec mulier amicta sole:z generaliꝫ designat vniuersam catholicoꝝ ecclesiaꝫ:z in ordine octauo partium libi:ecclesiaꝫ beataꝝ virginuꝫ:z in serie partium ꝯte partis:ecclesiaꝫ doctoꝝ:z ꝑm preroganatiuam gratie:gloriosam illaꝫ celi reginam: que cum esset intemerata virgo:regez glorie parturiuit. Inde est q; quedaꝫ eius mysteria tangunt matrem:quedam filias:quedam sacram doctoꝝ turbam:quedam generalem pfectoꝝ ecclesiam. Ut autem qđ propriũ est:ꝑm ordinem partium specialius pſequamur:dum sacre deo virgines: virginum adheserunt regine:vna cuꝫ ipsa casta virgo:z vna cum ea facte sunt:gloriosa regina. De qua nimiꝝ regina:in cãticis canticoꝝ dr. Una est columba mea : pfecta mea:vna est matri sue:electa genitrici sue. Viderunt illaꝫ filie Syon:z beatissimam predicauerunt:regine:z ꝓcubine:z laudauerunt eam. Que sunt iste filie Syon:z regine:z ꝓcubine que laudauerunt eam? Ille ꝑfecto:de quibus ante iam scripserat:dicens. Sexaginta sunt regine:octoginta cõcubine:z adolescentulaꝝ non erat numerus. Dis etenim prescriptis adiecit:ad qđ modo audiamus. Una est columba mea: pfecta mea:z cetera que sequuntur. Addultoꝝ autem tꝫ sententia:non in bonam partem accipiendas esse ꝓcubinas:sed certissime z absq; dubio:hic in bonam partem accipiende sunt:que tam pfecto numero ꝓtinentur. Designant enim illas animas:que post carnis delictum : aut copulam : cum summa vulcedine casti amoris : ad Christum totis ais conuertuntur. Que idcirco octogesimo comprehẽduntur numero:qꝫ excellentiam ꝓemplationis que in amoris perfectione est:numerus iste sacer designat:eo q; ptineat ad ppetuam vitam. Inde est q; dei filius in die resurrectionis sue primo apparuit Marie Magdalene : de qua eiecerat septem demonia. Regine vero sexaginta:ille sunt felices aie : que sustinentes agonez magni certaminis pro fide Christi:palmam victorie meruerunt. Sexagenarius namq; numerus:laboris perfectionem designat. Adolescẽtule vero:quarum non est numerus:ille sunt aie fideles: que virtutem qdem ꝓemplationis ignorant:sed tñ vt ad hoc tendere valeant:submatrum spiritualium disciplina laborant. Sane illa virgo que se abscondit in absẽdito faciei dñi laudibus Christi z orationibus vacans:que obliuiscit populuꝫ suum z domum patris sui:z totam se in eius cõtemplatione suspendit:etiam si martyr nõ sit:martyrem in hac parte precellit. Puto etiaꝫ eas que tales sunt:idcirco ad se Christum accersiri per martyriuꝫ nolle:vt quãdam se amoris vulcedinez in eis specialius habere demõstret:vtpote in genitrice sua z sancto Joãne:cuius est liber iste. Assumuntur igitur que tales sunt in comitatu Marie : quatenus ipsa virginum ecclesia specialius electa:filia nominetur Marie: ita vt a filio eius audire feliciter mereat. Una est columba mea pfecta mea:vna est matri sue : electa genitrici sue. Viderunt eam filie Syon:z beatissimam predicauerunt regine:z ꝓcubine:z laudauerunt eaꝫ. In cuius felicissime columbe laude:morꝫ aliqđ loco presenti satis ꝓgruens inseritur: cum subditur. Que est ista que ꝓgreditur quasi aurora ꝓlargens:pulchra vt luna:electa vt sol : terribilis vt castroꝝ acies ordinata? Verba hec qualiter ad sanctam ecclesiam generaliter ꝓgruant:satis a patribus enucleatum est. Nos vero q; spiritus impetus ad declarandam gloriam virginitatis z deum in secreto heremi ꝓemplantium ducit:nõ q; ipsi volumus:sed q; locus exposcit:satis esse credimus:si hoc annuente

Cant. 6

Cant. 6

Joh. 20

ps. 30.

ps. 44.

Cant. 6

Cant. 6

deo:saltem vel breuiter exequamur. Ecce q; aut epythalamus : de ecclesia. Pulchra vt luna:electa vt sol:hoc secretarius sponsi in simili signo declarat : cum dicit. Signum magnum apparuit in celo : mulier amicta sole z luna sub pedibus eius . Celum est scriptura diuina : in qua vniuersa que scripta sunt ad figuificandum ostẽdunt esse signa:z quia ad hoc scripta sunt:vt aliqđ habeant designare. Ut enim ea que iam retigimus non pigeat vtiliter iterare: qđ est q; Helyas ꝓtra ꝓsuetudinem patrꝫ: vxorem z filios habere renuit:ꝑtemplaturus que dei sunt in desertuꝫ discessit:z nouissime in curru igneo per turbinem ascendit in celum? Aut qđ est q; prophetaꝝ filij ducentes in Jerico : cenobiticam vitam: Helyseum successorez Helye sibimet in patrem preficiunt:nisi id qđ in multibus hominum in ecclesia cernimus ꝓsumari? Si enim leuamus mẽtis oculos in celum scripturaꝝ sanctaꝝ:vt ꝓplemur hoc signuꝫ: z vt sciamus si signum est:qđ nobis significando demonstret:inuenimus in Helya designari Christum ascẽdentem in celum: in Helyseo ordinem apostolicum:sup quo Christi spiritus requieuit in ecclesia ꝓgregata in Jerico:ecclesiam primitiuam : que sub manu apostoloꝝ instituta est : que tñ: q; in Jerico (hoc est) in circuncisione:que defecit vt luna:edificata est:ibi stare nõ potuit : sed protinus ad Jordanis desertum (hoc est) ad populum gentilem transiuit. Rursum:q; cõmune vulgus:qui quasi luna menstrua patiẽ.spiritualium ecclesiam moribus suis prauis impugnat:relinquit prophetaꝝ filij Jerico:z ꝓfugiunt in desertum. Nam q; pfecti vite solitarie perfectionem habere in ciuitate nequeunt : quot quot pfectionem ipsam desiderant:non nisi a spiritu Jesu transferuntur in desertuꝫ: z vtiq; vt ibi sustineant pugnas : z tentationes Dyaboli :q; non coronabitur nisi qui legittime certauerit : Ductus est (inquit) Jesus in desertum a spiritu:vt tentaretur a Dyabolo. Qui sunt enim qui maiores dolores:clamores:tentationes:z parturitiones patiuntur:ãꝫ hi qui vitam solitariam z cenobiticaꝫ in heremis ducunt? Quicunq; ergo spiritu dei ducuntur : vt terrena se expolient facultate:quem alium indsunt nisi Christum Jesum : qui est sol sempiterne iustitie illuminãs oẽm hoiem venientem in hunc mundum? Dꝫ quoq; sponsa Christi lunam sub pedibus : q; sibi velut quendam puluerem:carnem z gloriam mundi:sternit : subiciens illam seruituti z actioni:vt non ꝓtra dominam eleuetur ancilla. Dꝫ z in capite coronam stellaꝝ duodecim (hoc est) quinq; z septem virtutum:qbus coronata refulget:q; paꝝ prodest calcare temporalia:nisi acgrantur eterna. Verbi gratia. Calcasti lunam:induisti solem:superest vt virtutibus corone ris. Pugnasti ꝓtra tactum impudicum:z libidinem oculoꝝ. Pugnasti ꝓtra verboꝝ illecebras : que pudicum inhonestant auditum:ꝓtra indecẽs olfatum : z eloquium prauum:qbus mens carnalis assiduis sedatur momentis : quatenus sensus istos non ad detrimentum:sed ad virtutez possideas adiutorium:quasi quinq; stellis:aut preciosis lapidibus : corone tue circulum virtutibus huiusmodi adornasti:que nimirum z si per se spirituales non sunt:adiutorio tñ supne gratie:ad spiritualium ꝓfectum transferuntur. Dum enim manus z bracchia:non ad illecebrosos amplexus:sꝫ ad opus bonuꝫ exerces:de bono ope tuo: stellam tibi in prelio acgristi. Dum oculos circuncidis : vt non videas mulierem ad ꝓcupiscendum eam sed magis in scripturis sanctis instituis:stellam quasi alteram corone tue circulo addidisti. Dum aures a verbis otiosis abstrahis:z dei verbo inclinas:stellam tibi tertiam acgris. Dum os a maliloquio:z gustu voluptuoso abstines: magisq; verba dei legendo z orando : siue predicando pronuncias. Dum odores meretricios : z que ad luxum spectant seculi spernis:z fetores infirmorum patienter sustines:quarta z quinta corone tue occiput

4. re. 2.

4. re. 4

4. re. 2

matt. 4.

Rom. 8

Joan. 1.

matt. 5.

compleuisti. Quasi enim ad occiput virtutes iste pertinere noscuntur: quia minime sunt ꝛ minoris precij comparatione aliarum stellarum septem: que velut ab aure ad aurem anteriorem partem capitis ornant. Harum prima penitentia est secunda misericordia: tertia patiētia: quarta humilitas: quinta fides: sexta spes: septima charitas. Penitentiam operatur timor domini: misericordiam: spiritus pietatis: patientiam: spiritus scientie: humilitatem: spiritus consilij: fidem: spiritus fortitudinis: spem: spiritus intellectus: charitatem: spiritus sapientie: charitas igitur radix est ꝛ mater omnium virtutum. Ipsa est enim Seraphin: que mentes electorum illuminat ꝛ accendit: cui ale quasi sex virtutes suprascripte connexe sunt: penitentia. s. ꝛ misericordia: patientia: ꝛ humilitas: fides: ꝛ spes: sex. s. virtutes: sine quibus nemo venit ad charitatem. Due namq; ale: quibus tegitur corpus: penitentia: ꝛ misericordia sunt: quibus electorum hominum contegumtur delicta. Due quibus tegitur facies: patientia: ꝛ humilitas: quibus abscondentes iustitiam: inanem gloriam deuitant. Due quibus volant: fides: ꝛ spes: quasꝫ: virtutes ceteris preponit apostolus. Septimo loco charitas: que maior est: in ipso Seraphin designatur. Interpretatur enim Seraphin: incendium: quia mentes quas replet charitas in dei ac proximi amore succendit. Ponat hec vir catholicus in corde suo: ꝛ virum spiritualem: diligenter depingat: sciatq; perfectum: quin immo saluum esse non posse: cui harum aliqua virtutum deest: sanctum vero esse ꝛ integrum: qui in his septem virtutibus perfectus est. Nam sine penitentia saluus esse non potest: quia qui se peccatorem negat: mentitur: ꝛ qui se esse peccatorem cognoscit: vt peniteat ꝛ gemat: necesse est. Misericordiam autem non recipit: qui alijs non facit: quia qui non remittit proximo suo: frustra a iusto domino expectat

criminum remissionem. Quid vero ꝛ de patientia dixerim: cum scriptuꝫ sit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Luc. 21
Quid vero de humilitate: que ꝛ ipsa radix est ꝛ fundamentum virtutum? De fide: spe: ꝛ charitate: q̄ sine eis nulla sit christiana religio: omnis sacra pagina: ꝛ noui precipue testamenti demonstrat. Necesse est enim vt peniteat: vt ignoscat: vt patiens: ꝛ humilis sit: qui saluari cupit: ante omnia vt in fide: ꝛ spe: ꝛ super omnia vt sit firmiter in charitate fundatus. Dee igitur sunt septem stelle que partem capitis anteriorem exornant: quarum dispositio talis est. In fronte: media manet charitas: que omniuꝫ est radix virtutum. Post hanc: hinc ꝛ inde: fides: ꝛ spes: deinde patientia: ꝛ humilitas: nouissime ac si ad aures: penitentia: ꝛ misericordia manēt. Sufficiunt hec viro perfecto: sufficiunt virgini ad coronam. Dee sunt igitur stelle duodecim: quibus in celesti regno: donis spiritualibus decorantur: quicunq; in hoc exilio positi: tantis virtutibus inniterentur. Et hoc quidem: quantum ad singulos. Ceterum quod ad gloriam pertinet ecclesie virginalis: de luna: ꝛ sole: ꝛ stellis: dicēdum est. Quia ephythalamus noster (cuius supra fecimus mentionem) in bonam partem lunam accepisse cognoscitur: ꝛ si minus habeat perfectionis: id quod designatur per lunam: non ideo tamen in mala partem accipienda est. Neq; enim q̄ luna carnem: seu carnalem plebem: seu trāsitum huius mundi designat: idcirco caro vel populus: vel mundus mala sunt: quia scriptum est. Vidit deus cuncta que fecerat ꝛ erant valde bona. Non enim creatu- Gen. 1.
re ipse male sunt: ꝛ si mala sint vitia quibus corrumpuntur: alioquin frustra nobis promittitur gloria resurrectionis: frustra corpora que deponimus: nos in die nouissimo suscepturos speramus. Qui igitur Cant. 6
ait. Pulchra vt luna: electa vt sol: terribilis vt castrorum acies ordinata: non hic q̄ lunam sinistrum aliquod designare inten-

dit: sed in luna pulchritudinez carnis virginee: in sole spiritus claritatem: in castrorum vero acie: ordinamenta virtutum. In luna ergo: simplicium fratrum casta designatur humilitas: eorum. s. qui ducti spiritu: obediunt dei causa spiritualibus viris. In sole: perfectorum iustitia: que igne charitatis succensa est. In castrorum ordinata acie: virtus charitatis fraterne. Sane in hoc libro simulitudo manifestior est: ꝛ si parumper dissimilis: sm quam in muliere amicta sole: spiritualis designatur ecclesia. In luna quasi Martha: pars subdita ministrorum. In corona stellarum duodecim: patres spirituales: quibus fratrum obtemperat multitudo: quorum typum tenuit Helyseus: qui quondam fratrum multitudini prefuit in Jerico. Inde est q̄ beatus Benedictus: quem ex equo prospexit Helyseus: duodecim monasteria que ꝑstruxit: eiusdem numeri: abbates preposuit: vt ostenderet huius numeri perfectionem: in vita monastica consummari: quamuis vite huius perfectio quarti temporis fuisse manifestum sit: quia ꝛ beatus re vera Benedictus quarto tempore claruit: licet institutio eius: quinto magis tempori profutura precesserit. Sunt igitur patres spirituales in capite: infirmiores ad pedes: medij inter vtranq; vitam: contemplatione suspensi. Sunt illi ad caput: locum Christi gerentes: contemplatores medij: ducentes partem Marie: obedientes ad pedes: Marthe obsequium adimplentes. Et in femineo sexu: tria ipsa genera commendantur. Sed quid est q̄ primo archa testamenti: visa est: deinde mulier amicta sole: nisi quia signa testamēti veteris: concordant: cum signis noui testamenti? Utiq; in archa illa tabule testamenti: ꝛ virga Aaron que fronduerat: ꝛ manna intrinsecus seruabantur: in typo: (haud dubium) vnigeniti dei quem virgo in vtero custodiuit: cuius sacro pectore: nec post partum discessit. Ipse est enim verbum dei: quod maxime commenda- ps. 109
tur in talibus: ipse virga virtutis: quam emisit dominus ex Syon: ipse manna absconditum diligentibus se. Fuit igitur prima persona illius ecclesie: quam mulier ista significat: virgo que dei filium parturiuit: quem draco quidem deuorare se credidit: sed nequiuit: quia raptus est ad deum: ꝛ ad thronum eius: quia non modo erat homo (vt a principio estimauit Dyabolus:) sed ipse qui verus homo ꝛ verus deus: ipse quem pater genuit ab eterno: ꝛ virgo in tempore parturiuit. Sane in die illo quo dominus passus est: non parum quid amaritudinis sustinuit sancta mater ecclesia: Maria: scz: cum Apostolis ꝛ fidelibus suis: (ipsomet dei filio predicente ꝛ attestante) qui ait. Mulier cum parturit: tristitiam habet: quia venit hora eius. Memo itaq; extimet Mariam expertem fuisse a doloris partu: quia que sine dolore puerum peperit: factum tam virum: spiritualiter parturiuit. Egressus est ergo Christus ex angustijs ecclesiastici veteri: ꝛ peruenit ad regnum suum: quem quidem Draco rufus deglutire se vt ceteros posse: credidit: in hora partus: idest: in hora qua moriens: Ade debitum soluit: si tamen prout ꝛ Draco dubitabat: verus dei filius non fuisset. Nam sequitur.

¶ Et visum est aliud signum in cælo: Et ecce Draco magnus rufus habens capita septem, & cornua decem: & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli: & misit eas in terram. Ap. 12.

¶ Inferius scriptum est ascendisse bestiam de abysso habentem capita septem ꝛ cornua decem: ꝛ dedisse ei draconem potestatem suam. Qz vero corpus Dyaboli: non aliud esse dicimus q̄ multitudinem reproborꝫ: extimari posset: ipsamet esse capita ꝛ cornua draconis: que bestie: ꝛ ipsa

bestie:que draconis:sed quia inferius scriptum est. Et reges septem sunt: manifeste septem capita bestie: ipsam septiformem multitudinem psequutorum designat:capita vero draconis:reges septem: qui pro eo q vicem gerunt draconis: non modo simpliciter capita:verumetiam:capita capitum dici queunt. Sicut enim aliqua episcopalis ecclesia: caput dicit subditarum ecclesiarum:et tñ episcopus caput est illius ecclesie:ita in infidelium multitudine: qui erunt in pditionem:et illi populi:capita fuerunt:in malitia qui audacter ptra ecclesiam pugnauerunt: et multo amplius qui eisdem populis prefuerunt reges:et draconis capita dicti sunt: corpus vo draconis: reproboꝝ omnium innumera multitudo. Hoc tantummodo interest: q cum bestia septem capita habeat:et draco similiter:nō tñ capita draconis fm hunc intellectum: per singula capita bestie distinguēda sunt: sed alio quodam modo: et altero tramite venientia:qđ in sexta parte libri: vbi prout dominus donauerit:differemus. Igitur septem capita:septem sunt noia tyrannoꝝ.qui sibi pse quēdo ecclesiam per tpa successerunt. Decem vero cornua:decez reges:qui sunt (vt inferius dicit angelus) regnaturi sunt. Cauda vero:tyrannus nouissimus:qui (sicut testatur Ezechiel propheta) in fine seculi venturus est. Tertia pars:qđ significet:in parte tertia dictum est. Notandum quoq est:q et hic di. In capitibus suis septem diademata: et inferius de cornibus bestie. Et sup cornua eius:decem diademata. Sed si nil aliud in eoꝝ diadematibus: qꝫ regalem accipimus elationem:manifeste dat intelligi q capita draconis reges: non populi intelligendi sunt: capita vero bestie:populi:non reges. Et idcirco cum ait. Sup capita draconis:septem diademata:septem pfecto reges in capitibus intelligi volut:sicut et decem cornua bestie diademata portare descripsit: vt reges esse ostenderet decem illos aut quasi reges: q illi veraciter reges sunt:qui non sunt subuersores:sed rectores fidelium. Unde et inferius dicitur. Decem cornua que vidisti in bestia:decez reges sunt:qui regnum nō dum acceperunt:sed potestatem tanqꝫ reges:vna hora accipiēt post bestiam. Illud autem cauendum est ante oīa:ne cum audis mulierem amictam sole:et filium mulieris: draconem: et bestiam:et his similia: precipue quoꝝ partes diuiduntur in species:momentaneum aliqd:aut ptinue totum esse putes: sed magis velut aliquid opus:seu bonum:seu malum:quod semel quidem incipit: sed post multa tempora pficitur. Nō igitur existimes draconem ita fuisse a principio qualis esse describitur in hoc libro:sed qualem per tempora futurus erat. Neq enim prophetia esse intelligeretur si sola preterita et presentia:et non potius futura predicaret. Si autem queritur de his septem capitibus draconis:que sint:aut que esse putentur: in summa huius libri:sufficienter digessimus. Hoc autem omnium signum visum est in celo:q qui incuruati sunt deorsum:vt solam terram littere intueantur: spiritualia mysteria videre non possunt: qui autem respiciunt in celum:sentiunt omnia hec esse signa:nimirum:quia ad aliquid significandum in libris canonicis scripta sunt. Sequitur.

Et draco stetit ante mulierem quæ paritura erat: vt cum peperisset: filium eius deuoraret. T.3.

Hoc. Eze.38

Mouerat Dyabolus ea que scripta erant de Christo:adeo vt cum eum tentaret scisitans ab eo:an ipse esset filius dei: scripture testimonijs vteretur. Sed si ea que de hoc scripta erant:plene caperet:ne quaquam:an hoc esset:an non:callidus exquireret argumentis. Non ergo illi ex integro reuelatum erat mysterium dominice incarnationis:qui an ipse filius dei esset:dubitans:scripture testimonium introducit:vt si eum non esse Christum ppenderet:tanquam sibi ptrarium ad tormenta rapere festinaret: si vero esse dei filium manifeste cognosceret: ab eius persequutione desisteret:si tamen euz desistere:eius malitia pateretur. Sed quocunq modo id gestum sit:illud manifeste scimus:q in trans in cor Jude Symonis Schariothis:eum ad cumulum damnationis sue: vsq ad tormenta passionis pduxit. Quare hoc? Ut eum sicut:et ceteros deuorare. Stetit (inquit) ante mulierem. Quid est stetit ante mulierem? Stetit ptra mulierem (hoc est) contra ecclesiam. Qui enim volunt facere contrarium transeuntibus: vel aliquid facere cupientibus: parant se ante ipsos ad resistendum eis. Sed quid facere cogitas:o infelix? Christum et si occidere potes (ipso permittente) q homo est:tenere tñ eum non potes: q deus est. Leo namq prophetam occidere missus est:de cadauere autem eius:non est deo rare pmissus. Tu Christum occidere non timuisti:sed teipsum:non dñm:nouo rursum iaculo peremisti. Tu parturientis ecclesie filium absorbere putasti:sed permissus nō es:vt hoc faceres:q: te prostrato et deuicto:raptus est ad deum:et ad thronum ipsius. Vocari autem ecclesiam apostoloꝝ: matrem Christi:ipsuz interroga dei filium Christum. Cum enim ei quidam diceret. Ecce mater tua et fratres tui: foris stant: querentes te. Ipse protinus respondit: et dixit. Que est mater mea: et qui sunt fratres mei? Et extendens manus in discipulos suos: ait. Ecce mater mea et fratres mei. Sed de partu qđ queritur? Imminē te (vt iam dixi) articulo passionis sue:hoc inter cetera protestatus est: dicens. Mulier cum parit tristitiam habet:quia venit hora eius. Sic igit et ecclesia mater Christi est:et que eum peperit in carne de ecclesia est: et ideo in Maria que prima est persona ecclesie: etiam corporaliter ecclesie filius Christus est. Et quia omnes fideles: vnum corpus sumus in Christo: etiam nos omnes in Christo filij sumus eius: cuius Christus filius est: iuxta illud apostoli. Si autem vos Christi: ergo Abrae semen estis. Sed aliud est quod ptinet ad caput aliud:quod ad membra fm quid:et aliud quod ad laborez:aliud quod spectat ad gloriam. Quod enim filij virginis et filij dei sumus: siquidem heredes sumus dei: coheredes autem Christi: domum dei est:et felicitas nostra. Quod vero parturire mulier dicitur:dei quidem donum est:posse in partu patienter agere: sed tamen in hocipso aliquid:vnde coronetur: promeretur ecclesia. Miro autem modo: et quasi per contrarium duo ista sibi conueniunt:virgo et partus:vt duo perfectionis genera demonstrarentur:pariter conuenire in vnum:habere:scz:perfectionem iustitie:et tamen pro iustitia:ac si pro iniustitia flagellari. Dicam ergo aliquid fm carnem. Si virgo est: quare parturiens cruciatur? Aut si parturit quomodo virgo? Sed plane vtrunq exigitur ab ecclesia: quatenus et virgo sit et parturiat: vt compleatur in illa magnum illud mysterium Marie:que et filium portauit in vtero:et virginitatis gloriam non amisit. Deperit ergo Maria vnigenitus suum:quez tandem respiciens pendentem in cruce: vna cum ecclesia apostolorum: non sine gemitu parturiuit: qui tamen natus est in alio regno:et factus primogenitus mortuorum. Sane fm typicum intellectum: sicut ecclesia doctorum designatur in muliere: ita in filio mulieris: exercitus omnium iustorum: qui regnaturi sunt cum Christo: et sessuri cum ipso in iudicio (dicente eodem domino) in hoc libro. Qui vicerit: dabo illi sedere in throno meo:sicut et ego vici:et sedeo. Ascendit autem Christus in celum: et sedet a dextris dei: ita vt eleuatum in altum: terribilem sustineret iudicem: quem se putabat draco deuorare in partu. Nec de filio mulieris. Quid de muliere?

Regus

Z.4. ¶ Et mulier (inquit) fugiit in solitudinem: vbi erat ei locus præparatus a Deo: vt ibi pasce ret illam diebus mille ducentis sexaginta.

¶ Numerus iste quid significet: liber quem propter ipsum: ꝛ p̄m ipsum edidi mus: manifeste declarat. Quid autem sibi velit mulieris fuga in solitudinem: in repetitione dicetur. Ibi enim melius ostenditur: q̄z hic. Nam bis hoc ipsum scriptum est: licet dissimilibus verbis: in terposito illo magno prelio: in quo pro stratus est Draco: quod (sicut ostende mus inferius) sanctorum martyrum fuit. De ipsis enim non de angelis dicitur. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem a gni: ꝛ propter verbum testimonij sui: ꝛ non dilexerunt animas suas vsq̄z ad mor tem. Nec vacat a mysterio repetitio ista: que interposita pugna martyrum: de mu liere facta est: quinimmo magna est hu ius causa mysterij. Duo sunt enim flo rum genera: que pre ceteris scriptura com mendat: rose: que sanctos martyres: ꝛ lylia: que ob candorem castitatis: sacras virgines designant. Si enim queris: un de salus processerit: reperitur virgini tas. Si in quo mater ecclesia fundata sit queris: inuenitur martyrium. Siquidem ꝛ virgo precessit martyres: ꝛ martyres comitati sunt virgines. In hoc enim ci uitas illa nostra: omnibus suis filijs pa cem prestat: quia vna est in ea pax om nium: ꝛ communis letitia vniuersorum: quandoquidem in martyribus virgines: ꝛ virginibus martyres subscribuntur: vt in illa visione summe pacis: ille sit pri mus qui est vltimus: ꝛ qui primus vlti mus: sicut vnigenitus dei: ꝛ spiritus san ctus vicissim sibiipsis in mysterijs inue niuntur subscripti. E quibus est illud: quod Christus dicit per prophetam. Ec ce nunc misit me dominus ꝛ spiritus ei us. Ipse postmodum per seipsum: de eo dem spiritu loquitur: dicens. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: ꝛ annun ciabit vobis. Et certe si rei huius simili tudo queritur: videtur contemplantium vita virginum spectare propie ad spiri tum sanctum: vnde ꝛ qui caste viuunt: spirituales dicuntur: triumphus vero martyrum propie refertur ad Christum. Quo circa non est mirum? si virginitas primo prelata martyrio. Secundo post ponitur versa vice: vbi tam magnum ꝛ euidens manet signum: quod non est ab hominibus: sed de celo directum. Habent enim sancti ꝛ martyres vnige nitum dei: paulominus ab angelis mi noratum: qui ita se voluntarie spiritui Sancto hu miliauit: vt de eo dicatur: conceptus est: ex ꝛ Maria virgine: qui ta men post passionem suam: recepit ab eo dem honorem: prout prestiterat ipse: iu xta illud quod superius diximus. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: ꝛ annun ciabit vobis. Oportebat ergo virginem sacram: primo quidem matrem fieri om nium sanctorum martyrum: deinde san ctos martyres: virginum preire cateruas: vt in nullo a dei filio martyres: in nullo a spiritu sancto virgines in hac parte my sterij discordarent. Tanta quippe est inter sanctos in illa ciuitate simplicitas: vt quo dammodo: alteri alteros: credant esse maiores: tanta charitatis accensio: vt alijs q̄z sibi vicissim attribuant: immo ꝛ cupiant: dignitatem. Pertinent quoq̄z sancti martyres proprietate quadam ad filium dei: virgines: ad virginem ꝛ Ma trem: non sexus differentia: sed virtutis: nimirum quia fortitudo masculi: est pul chritudo propie mulieris. Que cum ita sint: quid agit filius cum parturitur? Nunquid ipse non dolet: sed que par turit mater? Quinimmo: quia hoc cla rum est: nullus enim dubitat: martyr res post Christum: supplicia pertulisse. Illud multo magis in questionem ve

Joannis

Joā.

nit. Cur mulier cruciari dicitur: que nequaquam per martyrium: sed pacato ꝛ tranquillo fine: carnis debitum soluit. Sed heu: quis sciret quantus dolor ani mum virginis cruciauit cuz natum suum in cruce suspensum: fellis amaritudine: ꝛ aceto potatum: ꝛ alijs atq̄z alijs contume lijs videret affectum: cui nec aquam in potum dare: nec (vt solet cuilibet mo rienti) permissa est: qualecunq̄z exhi bere obsequium. Qui hec ꝛ his simi lia: pia mente pensaret: maiorem illius q̄z Christi: putaret pro pondere crucia tum: quia nimirum Christus in carne il la (quod est grauius) cruciabatur in men te. Ille ꝛ si dolebat: volens tamen ad implebat: pro quo ꝛ venerat: hanc id ipsum eque sentire pietatis viscera non finebant. Cruciatur ergo qui nascitur: sed hoc semel: mater per fetus singulos cruciatur ꝛ gemit. Recte ergo patien tibus filijs: ecclesie ascribitur cruciatus: quia illi pro seipsis sigillatim: ista vero per singulos (vt iam dixi) cruciatur ꝛ gemit: ꝛ plerunq̄z mater ipsa filios imita tur quos deflet. Est ꝛ alius partus: il le quem describit: ꝛ sibimet ascribit Apo stolus: cum his quos Christo genue rat: ꝛ pene apostatauerant: dicit. Fi lioli mei: quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis. Sed ibi per predicandi laborem parturiuntur fi lij in sinu desudantis ecclesie: hic partu riuntur de mundo transeundo ad pa triam. Ibi parturiuntur per fidem: hic per sanguinem. Ibi vt Christi crucem accipiant: hic vt perlate Crucis conse quantur mercedem. Et quia sacrarum mentes Virginum in celis sunt: ꝛ illi us (que sursum est) ciuitatis: in terra licet posite vitam ducunt: in Sancto rum tormentis ꝛ Martyrum cruciantur ꝛ ipse: que eo magis pensare possunt: quo secum sunt: ꝛ quo plus diligunt magis dolent. Et quia eas ipsas vere ma tres exhibet pius amor: eisdem in re gno dei soluta passione nascuntur: ni mirum: quia illuc isti per amorem transe unt: vbi ille iam sunt: ꝛ illuc isti post mor tem veniunt: vbi ille ꝛ ante mortem per contemplationem quiescunt. Notan dum tamen illud est: ꝛ summa discus sione scrutandum: q̄ Christus in cru ce positus: alterum pro se filium dedit matri: Joannem: scilicet: euangelistam: in quo non illi designati sunt: qui ex hoc mundo per martyrium transeunt: sed de quibus supra decimus mentionem: ad quos profecto illud refertur: quod de Joanne a Christo Symoni dictum est. Sic eum volo manere donec ve niam. Non solum autem istud: sed ꝛ il lud quod mater Jacobi ꝛ Joannis a do mino postulauit: vt: videlicet: duo filij ei us: alter a dextris eius: alter a sinistris se dere debuissent: non parum pertinet ad rem: nimirum: quia ꝛ ordo ꝛ Martyrum significatus in Jacobo: sinistram pertu lit passionis: ꝛ ordo contemplantium: collocatus est ad dexteram Christi. Sed de ꝛ Martyrum pugna cernere locus co git: non immemores illius sententie: (qua speciales libri partes) generalia tan gere sepe diximus: ꝛ sine generalibus nil esse in partibus speciale.

¶ Explicit distinctio prima.

¶ Incipit distinctio secunda.

Z.5. ¶ Factum est prælium ma gnum in cælo: Michael: & Angeli eius præliabantur cum Dracone. Et Draco pugna bat: & Angeli eius: & non præualuerunt: neq̄z locus in uentus est amplius eorum in cælo.

Recte ad auxilium virginum: angelorum mittitur turba: quia cognata est ⁊ amica angelorum virginitas. Attende diligenter Christi virgo: attende sollicite miles Christi. Non enim querit desides: tanti pondus agonis: non pigros approbat ⁊ tepentes: sed fortes in prelio: ⁊ feruentes in fide. Factum est prelium in ecclesia sanctorum: que celum: ⁊ celorum regnum: vt sepe septus nominatur. Dicitur autem sancta ecclesia celum: quia in alto consistit: respectu synagoge: que sola terrestria concupiscit: ⁊ respectu illorum hominum: qui quamuis celestis hominis signum acceperint in baptismate: potius tamen terrenum hominem: q̃ celestem sequuntur. In celo tamen factum est prelium: quia occultus est hostis qui impugnat fideles: ⁊ occultum mysterium pro quo pugnatur. Ad hoc sane prelium fideles animabat apostolus: ⁊ vt se prudenter agerent: instruebat cum diceret. Non est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinem: sed aduersus aereas potestates tenebrarum harum: contra spiritalia nequitie in celestibus. Sed nũqd inuisibile erat tantum? Nunquid non inuisibiles erant satellites ipsius hostis: qui visibiles Christi milites impugnabant? Attende diligẽter ordinem prelioꝝ ⁊ militum: qualiter Christi acies contra prauas acies dirigun tur: siue pro castitate corporis: siue pro integritate fidei que seruatur in corde. Michael celestis exercitus: princeps est a domino constitutus. Dyabolus per seipsum vsurpauit sibi regnum super angelos malos. Ii vero sicut inuisibiles sunt: ita inuisibiliter preliantur. Sed non de angelis dictum est: quod sequitur. Et ipsi vicerunt eum propter verbum testimonij sui: ⁊ nõ dilexerunt animas suas vsq; ad mortem. Non hoc inquam de angelis dictum est: sed de martyribus: qui re vera non dilexerunt animas suas vsq; ad mortem: iuxta veritatis vocem: dicentis. Qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Quid igitur esse dicimus: q̃ in angelorum prelio de victoria martyres approbantur: nisi q̃ ⁊ bonis hominibus: boni angeli assistunt: ⁊ mali malos acuunt vt profundius ruant? Erat ergo in ecclesia Christi alius q̃z Michael: princeps a domino constitutus. Petrus: scz: ⁊ successor eius: quod presens adhuc seculi probat dies. De quo ⁊ illud quoq; scriptum esse ostenditur: quod in opere concordie exposuisse me recolo. In tempore illo consurget Michael princeps magnus qui stat pro filijs populi tui. In synagoga nihilominus Sathane: Herodes maior tenuit principatum: gerens in ea vicem draconis: qui tandem Herodi filio successionem relinquens: nouissime Romanorum princeps habere promeruit successores. Quem enim interemptor Jacobi Tetrarcha Herodes infeliciter obeundo: deposuit sceleratissimus Imperator Nero: mox resumpsit mucronem: ne ijs qui cruentas Herodis portas absolutus euaserat: Neronis quoq; manus impunitus exiret. Erat ergo Michael angelorum prelatus: prelians in Petro principe christianorum. Erat ⁊ Dyabolus princeps Demoniorum: dimicans in Herode Judeorum prelato. Videns in his prelijs quadripartitas preliantium turmas: terribiles remitentium congressiones annorum. Vere magnum prelium. Vere singulare certamen: in quo cum fidelibus infideles: in quo celestes spiritus cum ministris tartareis preliantur.

¶ Et (proiectus inquit) Draco ille magnus Serpens antiquus: qui vocatur Dyabolus & Sathanas qui seducit vniuersum orbem: proiectus est in terram: & angeli eius missi sunt cum ipso. Apo. 12.

¶ In beati Job libro scriptum est. Quadam die cuꝝ venissent filij dei vt assisterẽt

Job. 1. coraꝝ dño: affuit inter eos etiam Sathan. Si autem conuentio filioꝝ dei: sanctoꝝ ecclesia sore credit: cum ⁊ ecclesia celum esse dicatur: Sathan inter filios dei affuisse describitur: tunc ꝓfecto Sathan habuisse in celo locum ostenditur: cum adhuc ab hummo genere non erat electus sorãs: q; ratio (vt ita dixerim) iuris sui q̃d dz exquirere: deposcebat. In solo namq; illo nihil q̃d quereret: inuenit: qui sine peccato natus est ⁊ permansit: ⁊ qui veraciter dicere potuit. Venit enim princeps mũdi huius Johãnis ⁊ in me non hz quicq̃. Et qm̃ in euꝝ mittere manum non timuit: in quo sunꝝ nihil Reguꝝ erat: sicut Golyath quem occidit David: ꝓprio se mucrone ꝓstrauit. Affuit (inqt) inter illos (hoc est) inter filios dei: etiam ⁊ Sathan. Sed aliq̃d? Nunqd ad laudandum pariter bonoꝝ omnium creatorem? Non. Ad q̃d ergo? ad detrahẽdum fidei: ad accusandum opa electoꝝ. Ut accusaret (inquit) illos ante ꝓspectum dei: miro illo accusationis genere: quo simplicitatez sancti Job obfuscare quesiuit. Hinc est q; vnigenitus dei: imminente passionis sue tpe: ait Petro. Ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Ut ergo Sanctum Job expetiuit Dyabolus: sic expetiuit sanctos apostolos: ⁊ sanctos martyres: vt cribraret eos sicut triticum: ⁊ inueniret in eis: quid obijceret: vt oẽs reprobos esse monstraret. Et sicut illum (pmittẽte deo) percussit a planta pedis vsq; ad verticem: sic ⁊ in sanctos martyres oĩa pene genera tormentoꝝ expendit. Qz vero (prestante dño) probati igne tribulationis: puriores auro mundo: repti sunt in tormẽtis: iusto dei iudicio: ꝓiectus est draco ille seuus in terram: precipitatus est ab alto hostis ille antiquus: vt non amplius ei locus inueniretur in celo: q; nequaq; post hoc inter electos accusaturus illos in ꝓspectu dñi adesse potuit: sicut pius: qui non modo pellez Job. ꝓ pelle: sed ⁊ seipsos liberrimẽ impenderunt. Quid enim ad examen fidei amplius agere potuerunt: q̃z vt Christum lucrifacerent? Quis igit accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat: qs est qui condemnet? Sed qualis est iustitia ista? Nunqd qualis erat iustitia legis: quam qui opabatur: viuebat in ea? Absit. Sed qualis esse põt iustitia que de celo descendit: fides. scꝫ que per charitatem opatur. Sunt autez pleriq; intra sanctam ecclesiam: qui idcirco dñm colunt ⁊ venerantur: q; se in oĩbus rebus suis ꝓsperari ꝓspiciunt: quia in oĩbus que iocunda sunt eis: vite huius ꝓsperitas arridet. Et quidem pro ꝓceptis tpalibus beneficijs gratias agere creatori: eo magis necesse est: quo nihil est deterius ingratitudine: tum apud hoies: q̃z ⁊ apud deum: sed tũ ab illa gratiaꝝ actione: que fit pro spiritualibus donis: ⁊ regno dei: longius dispar est: quã tum distat ortus ab occidente: ⁊ huiusce modi cultus dei: ad modicum vtilis iudicatur. Qui enim pro eo trũ deum colit ⁊ timet: q; sibi impartitur tpalia bona: profecto non veraciter: sed quasi fallaciter colit deum: q; si illa deficiunt: pro qbus colebat deum: supueniente accidia: immutatur deuotio: ⁊ ois illa gratiaꝝ actio: velut de preciso fonte vnde manare ꝓsueuerat: absp̃irat: quam non pro spiritualibus donis: sed pro carnalibus exhibebat: q̃ optime intelligens hostis antiquus: in eo: accusationis sue exordium fundauit: dicens. Nunqd frustra Job timet deum? Nõne valla- Job. sti eum ac domum eius vniuersamq; substantiam eius per circuitum? Opibus manuuꝝ eius benedixisti: ⁊ possessio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam: ⁊ tange cuncta que possidet: nisi in faciem benedixerit tibi. Et sunt nõnulli qui in amissione rez tpalium: maxime filioꝝ: ꝓra oipotentis sententiam (q̃d deus auertat a cordibus fideliuꝫ) blasphemie quoq; spiritu impelluntur: sed metuẽtes ne ꝓra se ꝓuocent iram dei: ꝓceptum in corde virus: in vocem effundere pertimescunt. Certumq; est iudicium vltionis incurrere: q̃ idcirco ꝓcepta mala nõ effun-

dunt: quia metuunt: ⁊ supplicij tantum/ modo arcentur minis: ⁊ non etiam: ve/ lut cunq; amoris dulcedine temperantur. Solent enim qui huiusmodi sunt: exto/ quere aliquando a semetipsis: vt qui gra/ tias in prosperitate exhibebant: pro pena quoq; timore in rerum amissione repen/ dant. Sicq; fit: vt cum iam in oculis su perni spectatoris: per mentis rancorem taceant: adhuc tamen in conspectu homi num stare per patientiam videantur. Hoc ergo secundo accusationis genere: iustitiam sancti Job obfuscare Dyabolus nittebatur: quando dicebat. Pellem pro Job. pelle: ⁊ cuncta que habet dabit homo pro anima sua. Sed queri potest: quid sibi occultus aduersarius volebat in ver/ bo isto: vt coram internorum mentium scrutatore: accusaret archana: quasi deus scire non posset: nisi Dyabolus detulisset. Sed hoc nostre facillime patet intelligen tie: si alicuius superbi animi tumorem vigilanter pensamus. Cum enim contem ptores iustitie durius volumus increpa re: vitam eis ex aduerso proponimus obe dientium fratrum: quatenus qui verbis: aut monitis exsuperari nequeunt: ex illo rum comparationibus conuicti: erube/ scant: vt aut corrigant: si corrigibiles sunt: aut si incorrigibiles: obmutescant. Sed non sic semper accidit: non sic: quia vnde bonorum vita proficit: inde reproborum prauitas supia modum excrescit. Nam pro eo q; comparatione bonorum: illo/ rum prauitas superatur: ad illorum mor iniurias: verba detractoria fingunt ⁊ fini/ stris peruertunt obloquijs: quicquid illi pro iustitia patiuntur. Quid ergo sibi vult q; sancti viri iustitiam cõmendat deus co ram patre mẽdacij: nisi vt superbiam ipsius exprobrando pfundat: qui relicta simplici tatis gratia totius se esse voluit prauitatis auctorem? Sed ijs qui modis omnibus veritatem deserendo ceciderat: ⁊ per hoc incorrigibilis vt Dyabolus erat: ad eius accusationem prosilyt: quem tanta au/ ctoritas commendabat: vt dum alterius prodit infamiam excusat suam: ⁊ dum nul lum esse iustum probare contendit a sin/ gulari nota perfidie semetipsum absoluat. Dum enim suam sibi confusionem im/ properari non patitur: non solum crea/ ture bonum (quod ex deo est) quantum ad se detrahendo destruit: verumetiam in hocipso conuitiari ex obliquo: con/ uincitur creatori: qui talem sm eius sen tentiam fecerit creaturam: que nunquam: ⁊ si velit: in veritatis semita stare possit: quasi impossibile sit deo dare creature iu/ stitiam: cui dedit essentiam: facere vt iu/ sta sit: cui potuit impendere vt creatura sit. Ait ergo Dyabolus. Pellem pro pel Job. le: ⁊ omnia que possidet dabit homo pro anima sua. Quod tale est: ac si diceretur. Non ideo patienter sustinet Job: quia deum timet filiali timore: nec quia pure amat opificem a blasphemijs tacet: sed ne blasphemum: durius punias sese a ma ledicto compescit. Alioquin mitte ma/ num tuam: ⁊ tange os eius: ⁊ carnem: ⁊ videbis nisi in faciem benedixerit tibi. Si non ita est (inquit) vt ego dico: pre/ sto est in quo possit probari. Incipe eum affligere ⁊ torquere: ⁊ tunc apparebit in/ nocentia ipsius. Traditur ergo iustus im/ pio: timoratus iniquo: non vt fidem eius experiretur dominus: cui nuda sunt om nia ⁊ aperta: sed vt iusti viri merita pro/ ficiant in flagellis: ⁊ Dyaboli menda/ cium: rerum euidentia probaretur. Nem pe: quia dignus non est Dyabolus in spiratione diuina: vt se sponte quasi hu/ milis confiteatur esse mendacem: aut quasi ad nudum verbi dei: qui semel est in duratus: a mendacio recedere possit: ad gloriam trinuit veri dei suscitare militem ptra hostem: quatenus superatus in cam/ po: ipsa experientia veritatis: patrata tan te pugne victoria: deuictus abscederet ⁊ cõ fusus. Quid enim? Nunquid gloriabatur deus in creatura sua: q; esset innocens a se ipsa? Absit. Sed q; poterat illam facere in

nocentem: si stetisset in veritate: ꝓstendo exhilitatem ⁊ inopiam suam: quod q; ipse qui est pater mendacij facere ꝓtempsit: fa/ ctus est: qui nullum timeret: ⁊ conatus est hocipsiz; aserib're corrupte nature: ⁊ non potius arbitrio suo: quo nequaquaz bene vsus: sed voluntarie abusus est. Proprie/ tas enim veritatis hec est: cognoscere non esse aliquod bonuz: nisi a solo deo: ⁊ apud eum qui est summa veritas: non esse ali/ quam iniqtatem. Si hoc cognoscis: ⁊ con fiteris: prope es vt accipias donum: quod habere a temetipso non potes. Sed neq; istud bonum habere potes nisi a deo Un/ de ergo iudicium? Quia habuit ⁊ pdidit istud: ⁊ angelus ⁊ homo: supbiendo, vtiq;. Sed ille irrecuperabiliter: iste ad tempus. Quod cum ita sit: quid mirum o apostata spiritus: si charitatis spiritum non accepi sti: qui vt hunc posses accipere: in verita/ te non stetisti? Vere (vt saluator ait.) Ille homicida erat ab initio: quia qui odit: ho Joãnis micida est. Fuit (inquit) homicida: ⁊ in veritate non stetit: quia infectus liuore odij: noluit agnoscere reatum suum: ⁊ im/ putare sibijpsi: q; malus esse cepit: sed co/ gitando contraria veritati: factus est Dya bolus ⁊ Sathanas. Ex deo igitur est om ne bonum: ex deo dilectionis gratia: ⁊ iu/ stitie munus: sed ne hoc accipiant repro/ bi: arbitrij renuunt prauitate. Quod bo num: quia electi dei nequaquam a semet ipsis: sed a bonorum omnium largitore se se accepisse cognoscunt: frustra Dyabolus accusare nititur: quos iustificat deus: q; charitas dei: etiam gehennam exsuperat: si hanc ad tempus ingredi lucuisset. Om nia enim vincit: omnia sustinet. Unde enim ostenderet apostolus charitatez cau sam esse victorie: dicens. Quis accusabit aduersus electos dei? statim sequutus est dicens. Quis igitur nos separabit a cha/ rieate Christi? Tribulatio: an angustia: an persequutio: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius. Et vt hocipsum auctoritate maiorum tenacius imprime/ ret cordi nostro: adiecit ⁊ ait. Sicut scri/ ptum est. Propter te mortificamur to/ ta die: extimuti sumus sicut oues occi/ sionis. Ecce quomodo sibi conueniunt testes veritatis. Quod dicit Apostolus. Quis accusabit aduersus electos dei: ⁊ propter te mortificamur in tota die. Hoc se Joannes audiuisse manifestat: cum dicit.

T.. 6

¶ Et audiui vocem magnam in cælo, dicentem. Nunc facta est salus: & virtus: & regnum deo nostro: & potestas Christi eius: quia proiectus est accusa/ tor fratrum nostrorum qui accu sabat illos in conspectu dei no/ stri die ac nocte: & ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni: & ꝓpter verbum testimonii sui: & non dilexerunt animas suas ysq; ad mortem. Propterea læ/ tamini cæli: & qui habitatis in eis.

¶ Si huic tam magno prelio: quod fa/ ctum est in ecclesia dei: in diebus Con/ Gen.fio stantini imperatoris inpositus est termi/ nus a iusto deo: ad tempus profecto ipsuz referenda est vox ista exultationis sancto/ rum: q; ⁊ ipsi qui vicerunt: coronati sunt gloria: ⁊ honore: ⁊ hi qui remanserunt sancti: animati de ruina ipsius: fortius aduersus eum dimicare ceperunt. Por/ro: Sanctus Joannes: vocem magnam audiuit in celo: quia viri contemplato/ res: ⁊ qui poterant intelligere: quãti timo/ ris sit pugnare cum auctore malorum: in/ tellexerunt magnum iustorum gaudium factum esse in ecclesia dei: de victoria san ctorum Martyrum: ⁊ ruina Sathane confitentium Domino: ac dicentium.

Nunc facta est salus ⁊ virtus deo nostro: ⁊ potestas Xp̃i eius: q̃ proiectus est accusator fratrum nostrorũ: qui accusabat illos in conspectu dei die ac nocte. Quid est die ac nocte? Sine intermissione. Quid est die ac nocte? In prosperis ⁊ aduersis. Quasi autem a tpe Constantini facta dicitur esse salus ⁊ virtus dei nostri: ⁊ potestas Xp̃i eius: cum: vz: proiectus est accusator electorum dei: q̃ extunc ordinata cepit esse ecclesia ad salutem ⁊ virtutem multorum: ⁊ vicarius Xp̃i Jesu cepit habere
Bo.149 liberam potestatem ad faciendam vindictam in nationibus: ⁊ increpationes in populis. Qua ex re letati sunt celi: ⁊ qui habitant in eis: q̃ data pace agminibus sanctorum: veluti in quodam sabbato ab atrocissima illa tentatione Dyaboli: qua querebat sibi etiam in sanctis viris vendicare hostiliter ius antiquum: ⁊ ipsa agmina sanctorũ martyrum letata sunt de triumpho: ⁊ qui parati erant seq̃ illos in morte: gratulati de pace. Letamini (ait) celi: ⁊ qui habitatis in eis. Letamini cohortes sanctorũ martyrum: ⁊ qui cupitis per martyrij palmaz ad illorũ p̃sortia puenire. Quasi enim celi facti sunt qui vicerunt hostem: ⁊ quasi habitatores celorũ: qui cogitantes illorũ triumphales victorias: fieri quasi vnus eorum in agone q̃z ardentissime affectabant esse possibile p̃sidebant. Igitur accusatio Dyaboli que prius deuicta est in patientia Job: designabat eam que supata est in victoria martyrum: q̃ non solum tpalia bona: verumetiam pro fide catholica sponte ⁊ alias posuerunt. Unde ⁊ proiectus est de celo hostis ille antiquus: ne amplius permitteretur astare inter filios dei: quasi ius ꝓpriũ quesiturus in eis: sicut prius facere ꝓsueuerat: qui etiam vt tentaret: si aliqd de suo iure haberet in eumpsũ celi deuz insilire p̃sumpsit. Et proiectus est (ingt) in terram (hoc est) in eos qui terrena sapiunt: ⁊ terrena ꝓcupiscunt: de quibus non potest dici: quin multa habeat Dyabolus in eis: sicut ⁊ in populo infideli: designato in mari. Ad iussum enim dei ptinet iudicium: vt ereptis a faucibus eius his qui recti sunt corde in omnibus aliys pmittatur exigere iura sua. Unde ⁊ hic subditur.

¶ Veh terræ & mari: quia descendit Dyabolus ad vos habẽs iram magnam: sciens ꝙ modicũ tempus habet. T.8.

¶ Quia deuictus a martyribus: passus est ab eis inexptam ruinam pfecto cognouit: ꝙ modicum esset tempus: ⁊ quasi momentaneum regni sui. Unde ⁊ immanius agere cepit in suos: debellatus a sanctis: querens in eis: qui sibi obtemperarẽt: quasi duppliçia talenta facinorũ: quatenus in eis recuperaret: qđ se dolebat perdidisse in sanctis: faciens eos duplo q̃z erant prius filios gehẽne. Uerumtamen q̃ humilitas quiescentis ecclesie: terre vicinior visa est: aduersus eam tertium prelium attentare p̃sumpsit.

¶ Explicit distinctio secunda. Incipit distinctio tertia.

¶ Et postquam vidit draco, ꝙ proiectus esset in terram: psequutus est mulierem, quæ peperit masculum. T.9.

Postq̃z vidit Dyabolus q̃ locum accusandi sanctos martyres: ⁊ infamãdi fidem illorũ: in prelio deuictus amisit: ad violandam simplicitatem fidei: quam tenebat ecclesia: noua adhuc genera prepauit armorũ. Et qui prius sanctorũ sanguinem sitiebat: vbi se per effusionem sanguinis ꝓstratum vidit: alio psequutionis genere: ꝓstrare se posse fideles tanq̃z minus peritos ⁊ indoctos sciẽtia: ꝓfisus est. Sub Constantini namq̃z tpe triumphante ecclesia: blasphema mox arrianorũ hereſis exaduerso surrexit: ⁊ qui fide se deuictuz hostis callidus

stis callidus doluit: ad soluendam solidi/tatem fidei: belli vota ꝓuertit. Sed quid agis o impie? quid inuentor doli componis? Mouit dominus a faucibus tuis eripere humiles per doctrinam spiritualez: qui potuit fortes in fide: inuictos facere in torrentis. Nam sequitur.

T.10 ¶ Et datæ sũt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ vt volaret in desertum: in locum suum: vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis a facie Serpentis.

¶ Siue hic alis aqle: siue in psalmis: pennis columbe: contemplationis gratia designatur. In huius sane ecclesie ꝑsona draconis facien: fugientis: psalmista longe ante
Psalm. predixerat. Quis mihi dabit pennas sicut columbe: ⁊ volabo ⁊ requiescaz? Ecce (inquit) elongaui fugiens: ⁊ mansi in solitudine: expectans eum qui saluum me facit a pusillanimitate spiritus ⁊ tempestate. Due sunt autem ale iste que date sunt mulieri: q̃bus possit ⁊ ipsa eleuari in altum: ⁊ fugere a ꝓspectu draconis: q̃ due sunt precipue super oẽs alias necessarie virtutes: scire cupientibus veritatem. Sapientia s. que desursum est: ⁊ charitas dei. Hæc vna. i. sapiẽtia: ꝓpterate quadam mysterij ascribitur Xp̃o: quem nominat apostolus dei virtutem: ⁊ dei sapiẽtiam. Alia. i. charitas spiritui sancto: de quo dicit apostolus. Deus charitas est. Absq̃z his duabus virtutibus nulla pot esse ꝓtemplationis pfectio: nimirum: q̃ vt splendor solis ⁊ calor ad benefaciendũz: faciunt liberz terre cultorem: ita duo ista dona ꝓtemplatori necessaria sunt. Hec igitur ꝓtemplationis ale: date sunt ecclesie Xp̃i: quatenus volaret altius: cõtemplando celestia: ⁊ fugiẽdo a curis mundi: vitaret dyabolicas suggestiones. Qđ vero in desertum siue in solitudinez fugit: quãuis in deserto manere: a mundanis sit opibus requiescere: iuxta illud psalmiste dicentis. Uacate ⁊ videte: q̃m suauis est dñs: in veritate tñ plures tunc tpis elegerunt heremiticam vitam: melius decernẽtes: cum bestijs manere in silues q̃z cum arrianis participare in foro. Utiq̃z Helyas regum tpibus: cum cerneret israeliticam plebem deditam errori per tps ⁊ tpa ⁊ dimidium tpis: ab illorũ se aspectibus absen- Helyas
tauit: accipiens a coruis primo: deinde a muliere vidua cibum carnis: vt q̃ ipse virginee: atq̃z heremitice vite prefiguratus erat: tam in annorũ numero q̃z in fuga: taz in mora solitudinis q̃z i cibo: ipsius: ⁊ mulieris huius: idem esse mysterium (mediãte ꝓcordia) sentiremus. Et bene mẽsibus quadraginta duobus manere: seu mulier: seu Helyas: in solitudine: dictus est: q̃ in eisdem mẽsibus designatum est oẽ tps draconis: in quo ⁊ vniuersa mysteria: ꝓsumationem accipient. Fugere vero: est a seculorum societate virorũ: tum spiritu: tum ⁊ corpore: oi festinatione priuari. Sed quo fugijt? In locum (ingt) suum. Hoc ipsum iam supius alijs verbis intimauerat dicẽs: Et mulier fugijt in solitudinem: vbi hz locum paratum a deo: vt ibi pascat illam diebus mille ducentis sexaginta. Quis igitur locus iste creditur esse? Et si simpliciter latibula illa: in q̃bus singulariter: vel etiam cõiter perpauci morabantur: in siluis: intelligenda sint: fuere tñ q̃plures qui ⁊ infra vbium claustra: mulieres precipue cõmorate sunt: que ⁊ ibi vitam castam ⁊ ꝓtem/platiuam seruauerunt: ⁊ fidei integritatez inuiolabiliter tenuerunt. Locus ergo iste in quo mulier requiescit: spiritualis est: ⁊ ꝓtemplatiua religio: que ⁊ mentes seruat sobrias a facie Columbi: ⁊ deuotas Xp̃isto aias: spiritualibus reficit alimentis. Nempe serpentis faciem videre: est prauam reproborum doctrinam cordetenus intueri. Facie enim sua vnusq̃sq̃z dignoscitur. Serpens vero in absconditis latitat: quatenus ex improuiso seriat: qui per semitam incautus incedit. Sed ⁊ Dyabolus in cordibus reprobor latens: tunc faciem detegit suaz:

cum occultatum diu errorez in publicum protrahit ⁊ ostendit. Hanc itaq; serpentis faciem cautius electi videre metuunt: ne quãdo decepti in eius specie: ad imitationem trahãtur. Quasi vo in desertũ fugiũt: dum se in secreto cordis: in scripture sacre abditis vigilanter abscondunt. Est enim scriptura sacra quasi facies Christi: in qua se (celestia ꝓtemplando) ꝓuidenter abscõdunt: gcunq; faciem serpentis intueri formidant. Unde quoq; ⁊ in psalmis de talibus scriptum est. Abscõdes eos in abscondito faciei tue a ꝓturbatione hoium ꝓtege eos in abscõdito tabernaculi tui a contradictione linguaꝝ. Que enim detestabilio: linguaꝝ ꝓtradictio: doctrina hereticorum? Sed abscõduntur electi in abscondito faciei dñi: qz dum diuinam speciem intẽta cordis speculatione aduertunt: qd foris agatur: ac si nõ ageretur: ignorant. Quasi enim ꝓteguntur in tabernaculo dñi: a cõtradictione linguaꝝ: qz dum sacris lectionibus vigilãter intendunt: seuiẽtium hereticoꝝ ſrepitus: ac si spinaꝝ ardentium stridore ꝓtenunt. Et qz tãto seui draconis amplius inflãmatur: q̃nto sibi hincinde illãtam ꝓtumeliam dolet: fugiẽtem in solitudinem mulierem arriana psequitur prauitate: vt que volẽs reuerti renuit: sacta violentia raperetur ad culpam. Nam sequit.

T.11 ¶ Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen: vt eam faceret trahi a flumine.

¶ Non oĩs aqua fluminis est: ſz aqua fluminis violẽta. Sic cum plura sint hoium genera: non tñ oẽs heretici: vim facere potuerunt: Arrianoꝝ vero pfidia: quanta catholicos violentia psequuta sit: multiplex sanctoꝝ patrum ꝓtestatur auctoritas. Sz hanc ꝓcipue ecclesiastice libri hystorie seriatim psequitur: que quanto tempestatis imperu sanctaꝫ vniuersalem ecclesiam cõpulerit ad errores: non breui põt: aut simplici enarrari sermone. Sequitur.

T.12 ¶ Sed adiuuit (ait) terra mulierem: & aperuit terra os suum: & absorbuit flumẽ quod misit draco ex ore suo.

¶ Si per celum qõ supra est: sanctoꝝ designatur ecclesia: non incõgrue per terram: quentio intelligitur hoium peccatoꝝ. Accidit autem plerunq; illud qõ in libro sapientie ꝓtinetur. Justus de angustia liberatus est: ⁊ tradetur impius pro eo. Manifestum est enim ⁊ luce clarius manifestuz: q; ꝓpterea plurimi errores melius cauentur a bonis (qz in eis plapsi reprobi) istos attonitos reddiderunt. Sed ⁊ plerũq; culpam aliorum statim: ⁊ ad horam cognoscimus: ⁊ agnoscentes vitamus: que nequaquam a nobis caueri posset: si nequaquam prius hãc ipsam: dijudicando in alijs culparemus: qz ⁊ sepe in alterius lapsu: alius timore ꝓcutitur: ⁊ qõ arguit in altero: ipse deuitare festinat.

¶ Explicit distinctio tertia. Incipit distinctio quarta.

T.13 ¶ Et iratus est draco in mulierem: & abiit facere bellum cum reliquis de semine eius: qui custodiunt mandata dei: & habent testimonium Iesu Christi.

Nota q; ait. Abijt facere bellum cum reliquis de semine eius. Semen mulieris illud est: qõ rapturz est ad deum ⁊ ad thronum eius: xps. s. cuz martyribus suis. Ipse enim (vt iam supra cõmemorauit) dicit in angelo laodicie. Qui vicerit dabo illi sedere mecuz in throno meo: sicut ⁊ ego vici: ⁊ sedi cum patre meo in throno eius. Quõ ergo nũc dr q; abijt draco facere bellum cum reliquis de semine mulieris: nisi qz semen mulieris geminuz est (vt dixi) ⁊ alteꝝ quidem preceſſit ad gloriam (hoc est) excitatus martyrum: cuius caput est

Ordo Bona choium Pars meridiana.

Christus: alteꝝ remansit in terra: designatum in Joanne euangelista ordo. s. monachoꝝ quarti ꝓis: meridianam maxime. s. partem: vbi calor est maximus incolẽtiuz? Ipsi sunt illi viri sancti: quoꝝ summa colligit in subscriptis (dicẽte Joãne) Vidi supra mõtem Syon agnum stãtem: ⁊ cuz eo cẽtum quadraginta quatuor millia: habẽtes nomen eius ⁊ nomen patris eius scriptum in frõtibus suis. Primum itaq; bellum: fuit eius quem genuit mulier. Scõm Michaelis ⁊ angeloꝝ eius. Tertium mulieris. Quartũ eoꝝ qui sunt de semine mulieris. Primum Xpi ⁊ apostoloꝝ. Scõm martyꝝ. Tertium ecclesie ꝓfessoꝝ. Quartum eoꝝ qbus datum est vacare oratonibus ⁊ psalmis. Sẽtis ne prudẽs lector: q̃te subtilitatis sit liber iste: in quo nihil põt assignari: sine gñ alibus speciale? Sz de his supius satis dictũ. Sane draco rursus pgẽs ad faciẽduz prelũ cũ his q; sunt de semine mulieris. Quid fecerit audiamus. Sequt.

Cap.13 T.1. Et venit et stetit sup arenã maris.

¶ Et vidi de mari bestiam ascẽdentem: habẽtem capita septem & cornua decem: & super cornua eius: decem diademata.

¶ Arena maris terra sterilis est: que modo aqs maris infundit: modo solis ardore calescit. Significat illos hoies qui medij sunt inter vtrũq;: ⁊ nec oino infideles esse vident: nec pietati christiane tota fidei puritate adherẽt. Sup istos ergo stetit dyabolus: ⁊ bestiaz de mari ascẽdentem vidit: qz per hoc q; falsi christiani qui recesserũt a sinu matris ecclesie: assentiẽtes dyabolo ⁊ pompis eius: exempla prauitatis sue: quibus matri ecclesie infesti sunt: in fidelibus ostẽdunt ad psequẽdam christianoꝝ ecclesiam: infideles fortius accẽduntur. Vidit autez hoc Dyabolus: qz prauitatis sue astutia simulatus presensit. Ut enim pauca de multis accipiamus exẽpla. Tunc vnq; possent Judei inuenire oportunitatem capiẽdi Xpm: nisi hũc in quo intrauit Sathanaq; discipulus: tradidisset. Tunc vnq; Nero impator inquietaret apostolos: nisi hũc aduersus illos: Symon ille pfidus: compulisset. Tunc vnq; Cõstantinus arrianus: accipet arma ꝓtra pios: nisi hũc impiũ ẽpi (vt hoc presumeret) ꝓuocassent. Stat ergo Dyabolus sup arenam maris: ⁊ videt de mari bestiam ascẽdẽtem: qz dum ijsdem in reprobis christianis regnare cernit: dubium non est illi: quin sibi de ꝓprio regno suo: ad ferẽdum sibi auxilium ꝓtra Xpm: multitudo ꝓsentiat infideliuz. Notãdum vero: q; significatum huius bestie: Daniel pphẽta in quatuor bestijs diuisum vidit. Et lz de eis in hoc ope mentionem fecerimus: qz tñ id causa exigit: necesse est vt de eis in hoc loco loquamur. Quatuor (inquit) venti celi pugnabãt in mari magno: ⁊ ecce quatuor bestie grãdes ascendebant de mari: diuerse inter se. Celi noie significari ecclesiam: vel scripturam diuinam sepe dictum est in hoc libro. Mare quoq; magnum: designare hoc seculũ nulli dubium esse põt. Quatuor venti celi: quatuor sunt intelligẽtie speciales: sm qd ⁊ quatuor euãgelia. Maxz prima dr typica: scda hystorica: tertia moralis: quarta ꝓtemplatiua. Maxz prima pastoribus specialr ꝓgruit: scda dyaconibus: tertia doctoribus: ãrta ẏginibus ⁊ heremitis. Quare? Qz prima docet ecclesiastica opa: olim in rebus scriptis ⁊ parꝫ opibus designata: ac per hoc pbãt pastores ecclesie: veram esse ⁊ fidelem ꝓfessionem fidei christiane. Scda: quos fideles recipit: quasi paruulos in Xpo: ppositis exemplis vetez: lacte nutrit. Tertia psectuz discipluz ⁊ ad altiora iam tendẽtem: regrit. Hec enim mores instruit: componit actus: ostẽdit deceptiones vitioꝝ: que se nõnunq; simulãt esse ẏrtutes: ⁊ q̃s ẏrtutes supent a vitijs. Accipit aũt in his oĩbus rez olim gestaꝝ ꝓgruẽtes figuras: vt p ea que facta sũt in carne: intelligat qd quottidie ꝓtingit in spũ: ⁊ tãto magis studeamus: calcatis vitijs vigilãter ẏrtutibus iſudare: q̃nto nõ eẽ vanũ

pra fecimus mentionem) plene: sicut futurus est assignare negmus. Arbitramur in in eo qui virus est sedere supra nubem candidam: z esse similis filio hois: significari quendam ordinē iustoꝝ: cui datum sit p̃ fecte imitari vitā filij hois: z (sicut alibi scriphm̃ sancti Joānis euāgeliste) Nēe nihilo minus linguam eruditam ad euangelizandum euāgelium regni: z colligendum in aream dni vltimam messionem. In angelo vero qui egressus est de templo: z clamauit voce magna ad sedentem supra nubem: ipsum filium hois de quo dicit psalmista. Deus in templo sancto suo: vel certe vnū aliquem magnoꝝ nunciorum suoꝝ. Egredietur enim: q; iam tunc manifestus erit in pcietys hoium: clamauit autem voce magna: q; vt hoc faciat ordo ille: ei per manifestum donum spiritus: z nō iam per enigmata: intimabit. Qui vz ordo: recte coronam auream habere describit: q; in veritate certabit p̃ra oia vitia: z superabit ea: z id circo coronatus p̃ro p̃cedenti victoria: dignus existimabit qui euangelij: et electis' z gregem triticum in regnum celoꝝ. Qui bene etiam supra nubem candidam sedere describit: q; nubes q̃dem corporea res est: nec tñ grauis z ponderosa: sicut terra: sed leuis: z p̃spicua illius nō erit ponderosa z obscura: sed lucida z spiritualis: nō enim erit subditus actioni: sicut ipsi esse cogimur: z si inuiti: sed p̃ gratie vbertate magis p̃templationi intētus. Sicut enim illi hoies, dicunt sedere sup faciem terre: qui terrenis inhiant: z terrenis incumbūt: ita felices hoies illius status: q; de rebus mūdanis nihil cupiet velut in aere positi: super nubem cādidam requiescent. Nimiꝝ: q; qđ distat inter terram nigram: z nubem cādidam: z hoc distare videt inter corporalem exercitationem: z p̃templationem celestium: q̃ppe cum ibi corporalia: hic spiritualia agrantur. Hec de eo qui sedebat super nubem: z de angelo qui exiuit de templo. Nunc videndum est de eo qui exiuit de templo qđ est in celo habes z ipse falcez acutam: z de eo qui exiuit de altari: z clamauit ad eum vt vindemiaret vineam terre. Nota q; de primo templo nō est dictum q; sit in celo: de scdo autem subiūctum est. De templo qđ est in celo: vt aliud intelligat̃ per illud templum: aliud per istud: nimiꝝ: q; vita illa que designat in nube: humilior est ea que designat in celo: vtriq; q; z aer medius est: inter terram z celum. Quēadmodum autem si ageremus in parte vna de Joāne Baptista: z hoie Christo Jesu: z discipulis eius: in alia de Helya z spiritu sancto: simulq; de aliquibus spiritualibus viris. Cōstet enim q; Joānes baptizauit in aqua: z hō ipse Christus Jesus in aq̃ venit z sanguine: z Helyas raptus est in curru igneo: z spiritus sanctus sup apostolos: in ignis ostensione descendit: ita in eis qui habēt falces: alig ordines designantur: in eis autez qui clamāt ad eos: aut ipsi filius z spiritus sanctus intelligēdi sunt: quoꝝ clamor est inspiratio manifesta: vel certe alig viri spirituales per quos specialius loquant̃r ipse filius z spiritus sanctus: sicut quondam in duobus angelis: qui eripiētes Loth de Sodomis: peccatores homines punierunt. Et q; in nouo testō qđ ptinet in duobus statibus: nō est agēdum de vita actiua z p̃templatiua: p̃m similitudinem Agar: z Sarre: sed potius p̃m similitudinem Lye z Rachelis: aut Joannis Baptiste z Helye: q̃ius ille qui ascendet sup nubem candidam: cōtemplatiue vite insistat: respectu eoꝝ qui terrenis implicātur negocijs: altioris tñ vite videtur esse ille qui egredit̃ de templo qđ est in celo: q; alia est libertas magisterij: z doctrine spiritualis designate in nube: alia libertas amoris contemplationis diuine. Quoci ca: vt in eo qui erat similis filij hominis: aliqs ordo futurus p̃fectorum viroꝝ seruantium vitam Christi z apostoloꝝ intelligendus est: ita in angelo qui egressus est de templo qđ est in celo: aliquis ordo heremitaꝝ emulantium vitam angelorum. Nimirum q; z in vita ista humiliori: non nulla q; sint hominum necessaria sunt. In illa: nō tam que sunt hominum: q̃ꝫ que spirituum supernoꝝ. Et rursum ijs qui filij hominis similis esse perhibetur: paulo manifestius apparet: hic autem de celo in quo manebit occultus: velut repente egressus est: q; hi qui imitant deo in humiliori perfectione: ad vilitatem intuētium in conspectu electorum hominum dati sunt: quatenus ab eis accipiant salutis monita: z pie conuersationis z perfectionis exemplum: qui autem vt perfecti ne viuant remoriora pertunt: si quando suggerente spiritu egrediuntur ad homines velut de archanis celorum aduenisse putantur: adeo vt multorum corda hominum, timore concutiant admirātium: seu vite perfectionem: seu penitentie nouitatem. Qui etiam (q; vt omnino spirituales vere iudices sunt) solent suggerente spiritu: peccata delinquentium durius increpare: z nonnullos non incastum: lingue etiam iaculo fine mora ferire. Et hoc quidem hactenus z aliquando. In tempore autem illo quod vocatur dies iudicij: egredietur de altari: (hoc est) de ecclesia spiritualium viroꝝ: sub qua clamant nonnulli iustorum dicentes. Vindica domine sanguinem nostrum qui effusus est super terram: angelus qui habet potestatem super ignem: ille. s. spiritus dei viui: q; inspirat vbi vult: z accendet corda illorum virorum: qui sibi specialius adherebunt: ad faciēdam vindictam in nationibus: increpationes in populis. Surget enim ordo qui videtur nouus z non est. Induti nigris vestibus: z accincti desuper zona. Hi crescent: z fama eorum diuulgabitur. Et predicabunt fidem q; tam z defendent vsq; ad mundi consummationem in spiritu Helye. Qui erit ordo Heremitarum emulantium vitam angelorum. Quoꝝ vita erit quasi ignis ardens in amore z zelo dei: ad comburendum tribulos z spinas. (Hoc est) ad consumendum z extinguēdum pernitiosam vitam prauorum: ne mali amplius abutantur patientia dei. Puto enim q; in tempore illo: vitam monachorum: erit quasi timber ad irrigandam superficiem terre in omni perfectione z iustitia fraterne charitatis. Vita autem Heremitarum erit quasi ignis ardens in amore z zelo dei ad comburendos tribulos z spinas: vt nec bonis desit gratia ad salutem: nec impij abutantur amplius patientia dei. Erit ergo ille ordo tanquam mitior: z suauior ad colligendas segetes electorum dei velut in spiritu Hoysi. Iste vero ferocior: z ardentior ad colligendam vindemiam reprobo rum: ac si in spiritu Helye. Nimirum: q; z predicatio illius imponet finem operi electorum: z comminatio istius perfidie reprobozum: ita vt nec illi egeant exercitari amplius in seruitute laboris: nec istis liceat amplius viuere in operibus malis: sed necesse sit peruenire vtroꝝ z astare ante tribunal Christi: z recipere vnumquemq; p̃out gessit siue bonum: siue malum. Et fortassis duo isti angeli in quibus diximus designari filium z spiritum sanctum: duo ipsi erunt qui occidentur a bestia: siue Helyas z socius eius (quod magis creditur) siue alij: maxime: quia de vltimo horum angelorum dictum est q; haberet potestatem super ignem: quod maxime ad Helyam pertinere videtur. Dico autem hoc: non asserendo: sed opinando: z si non desit fortasse qui audeat affirmare. Ego autem propterea non affirmo: q; quando ista fieri incipient: iam duo prophete interfecti erunt a bestia. Et si ipsi duo erunt (vt creditur) Enoch z Helyas: non poterunt ista facere: nisi a mortuis resuscitati: nisi forte p̃m illud Hieronymi: non eos aliquis occidendos dicat a bestia: sed aliquos alios. Ipsos autem post ruinam Antichristi: ad hec omnia consummanda: fine mora venturos. Quia tamen z isto modo z alio cuncta p̃ro velle dei possibilia sunt: demus interim z in hoc loco: opinioni locum: donec illucescat dies z oriatur lucifer in cordibus no-

Ordo Domicborum

Psalmus.

Ordo spiritualis.

Ordo heremitarum.

Duo ordines.

Hieronymus

Ordo Domicborum

Ordo heremitarum.

Ordo apostolicus.

Heremitarum Augustini.

Ordo Domicborum.

Ordo Heremitarum.

Ordo Heremitarum Augustini.

Ordo Heremitarum.

Heremite.

stris. Quocũq; autem modo fiãt ista: bene duo viri mittẽdi sunt simul: si tñ re vera: viri sunt: vnus in spiritu mansuetudinis qui iubeat colligi messionem: alius in spiritu zeli qui precipiat ꝛcludi vindemiam: qz ꝛ vsq; ad illum tpis articulum: erũt ali qui predestinati ad vitam: alij presciti ad mortem. Si enim soli electi homines remanserent in mundo: nequaquaz de vindemijs terre: sed de solis messionibus ageretur. Sed qz soli nõ erunt boni: erit cuz messione vindemia. Si autez queris: qd significet messio: audi dñm in euangelio: dicentem. ZMessis autem: ꝑsumatio seculi. Nec diuersum hoc esse putes: a verbo ipsius veritatis: dicentis. Nõ ne vos dicitis q; adhuc quatuor menses sunt: ꝛ messis venit? sed videte regiones: quia albe sunt iam ad messez: qz sicut tunc completis quadraginta generationibus ab Abraam: supuenit messio populi circuncisi: ita ꝛ nunc post q̃ draginta generationes: erit messio eorum qui vocati sunt ꝛ vocabunt adhuc in fide: quoz sera messio in ꝑsumatione seculi. De hac si rotina messiõe ꝛ vindemia: qz vtr; qz pertineat ad diem iudicij: Sanctus quoq; Iohel ꝓpheta manifestat: cum dicit. Consurgãt ꝛ ascendant gentes in vallem Iosaphat: qz ibi sedebo vt iudicem oẽs gentes in circuitu. ZMittite falces: qñ maturuit messis: venite ꝛ descendite: qz plenum est torcular: exuberant torcularia: qz multiplicata est malitia. Ecce quemadmodum conueniunt sibi duo testes veritatis: ꝛ q̃ cõsona voce iudicium extremum annunciãt. Uterq; enim messionem in bonam partem: vindemiam accepit in malam: quod vtiq; ex respectu ꝓpingere: manifestuz est: alioquin in botro: nõ malum: sed bonum intelligẽdum esset: qz vinum sepenumero doctrinam significat spiritualem. Et notã dum q; predicatio vltima in falcibus: non in gladijs designata est: qz falx quicqd accipit: tz simul: ꝛ multa pariter comprehendit in vnuz. In alijs namq; tribus: securis iuxta arborem posita: iudiciuz multis ictibus cõminabat: ꝛ differebat: in illo autem nõ sic: sed seueritas iudicij cõmationem sequetur: ꝛ pene simul erit vtrũq;. Hoc est enim illud. In voce septimi angeli cum ceperit tuba canere: ꝑsumabitur mysterium dei. ZMessis ergo ista tam reprobi generis q̃ electi: sub sexto angelo ꝑsumanda est: postq̃ penitentie nõ est tempus: sed vnusquisq; prout gessit: recipiet statim: seu: vz: mercedem erroris impius: seu fructuz patientie pius: adierit enim dies dñi qui remunerabit vtrunq;. Si autem queritur: que sit merces malorum. Attẽde: sed expauescse: quod sequitur.

Ioel.

Matth.

¶ Et misit falcem suam angelus in terram, & vindemiauit uineam terræ: & misit in lacum iræ dei magnum: & calcatus est lacus, extra ciuitatem: & exiuit sanguis de lacu, usq; ad frenos equorum, per stadia mille sexcenta.

¶ Lacus ire dei: locus est tormẽtoz: siue locus extremi iudicij: qz vocat: vallis Iosaphat: vbi omnes opz stare ante tribunal Christi: vt referat vnusquisq; put gessit sine bonum: siue malum. Et recte: extra ciuitatem: qz exibunt angeli: ꝛ separabũt malos de medio iustoz: ꝛ mittẽt eos in caminuz ignis: ibiq; erit fletus ꝛ stridoz dentium. Sic ergo calcabit lacus extra ciuitatem: extra societatem fidelium. Exiuit autem sanguis de lacu vsq; ad frenos equoz: qz q̃ reprobor prauitas intollerabilis fuerit: vniuersa electorum agmina: manifeste cognoscent. Hoc est enim illud. Nolite ante tempus iudicare donec veniat dñs: qui ꝛ illuminabit abscondita tenebraz: ꝛ manifestabit consilia cordium. Quid est enim exire sanguinem vsq; ad frenos equorum: nisi intollerabilem apparere malitiam impioz? Justus est namq; ꝛ misericors deus. Si non sustineret reprobos: simul cum reprobis: ꝛ

Vbi sit stadium.

Genes. T. 1 2

probis: ꝛ electos dãnaret. Oẽs enim peccauerũt. Sustinet ergo: ꝛ diu sustinet malitiaz reprobor. Sed quousq;? Silui (ingt) semp silui. Usquequo silebo? Ut parturiẽs loquar. Quasi ergo vsq; ad frenos equorum sanguinem ascendere: est illuc vsq; properare malitiam: quousq; misericor die terminus expectandus non sit. In parvo deniq; flumine etiam: ꝛ asinus transit: in eo vero quod equorum tangit frenos: discrimen est non modicum trãseunti. Hoc intollerabile malum simulq; equitatem iudicij: ꝛ longanimitatem patientie sue: patriarche Abraae indicare dominus dignatus est: dicens. Clamor Sodomorum ꝛ Gomorreorum multiplicatus est: ꝛ peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descẽdam ꝛ videbo vtrum clamorem qui venit ad me: opere compleuerint: an nõ est ita: vt sciam. Quod ergo hic significat ascensus clamoris: hoc in Apocalypsi: exitus sanguinis vsq; ad frenos equorum. Deniq; ꝛ quod ait dominus. Descendam ꝛ videbo: vt sciam: tale est: ac si diceret: Descendam ad iudicandum orbem: ꝛ detegendam malitiam impiorum: quorum clamor venit ad me: vt videntes ꝛ scientes faciam: q̃ pie illos vsq; modo: ꝛ longanimiter sustinuerim. Duo sunt autem: que excedunt modum: ita vt non debeant tolerari. Immensitas. s. ꝛ diuturnitas culpe. Horum alterum designatum est in altitudine sanguinis ascendentis: vsq; ad frenos equorum: alterum in longitudine torrentis: qui processit vsq; ad stadia mille sexcenta. Et hec quidem iniquitas tam grauis: ꝛ tam immensa: in die illo iudicante domino: ꝛ calcante in torculare: apparebit manifesta: sed tamen nihil aliud ostendetur: q̃ quod in sex etatibus mundi patientia diuina sustinuit. Tam diu enim sustinet torrentem hunc malitie iustus iudex: quamdiu equi ipsius ferre equanimiter potuerunt. Quando autem videntur (non dico asselli) verumetiam ꝛ equi precipitari in sanguine: nimirum: quia regnante Antichristo: ꝛ faciente signa ꝛ prodigia: de eruditis ruẽt: ꝛ in errorez ducent (si fieri posset) etiã electi: qs vltra dicet: iustam esse patiẽtiam dei: ꝛ nõ potius clamaduz esse ad dñm. Exurge dñe: non ꝓtest hõ: iudicent gentes in ꝓspectu tuo? Erit aũt hoc in fine sex etatum mundi: que nõ incõuenienti mysterio: in mille sexcentis stadijs designant. Quinq; eteniz etates designant in mille stadijs: pp plenitudinem tpum: in qua ꝝs venit in mundum. In sexcẽtis: iuxta etas pp ꝓfectionem senarij. Que: vz: senaria ꝓfectio: in electis hõibus ꝑsumat. Et qz in tot seculoz spatijs: non desinunt agere impij qõ ceperunt: ꝛ illoz malitia pseuerat inuicta: certum est q; in eternuz vellẽt praue agere: si liceret: ꝛ vsq; ad infinitum tps pstere inuincibiles in sceleribus suis. Et ob hoc: ad iustum dei: pertinet: districtumq; iudicium: vt eo tpe quo electoz inopie: etiam reprobor superbie imponat finis: quatenus ꝛ isti post penam temporalem transeant in vitam eternam: ꝛ illi post inane gaudium in supplicium eternum.

Bañ.

Matt. 7

psalmo.

¶ Explicit quarta pars libri. Incipit quinta.

Ca. 15. Tex. 1

¶ Et vidi aliud signum in cælo magnum & mirabile: angelos septem: habentes septem plagas nouissimas: quoniam in illis consumata est ira dei.



ZMone q̃ constat ex partibus: multiplex est: ꝛ sic in eo plerunq; alterpendet ex altero: vt altero destructo: manere in eodem statu alteruz non possit. Ita ꝛ nonnulle virtutes

sese adinuicem complectunt: vt si vna earum desyt alicui: altera in eo integre manere nõ possit. Z enim virtus sit per se patiẽtia: virtus humilitas: virtus fides: virtus spes: virtus charitas: & si que similes: non pót tñ aliqs veraz & pfectam habere fidem: si nõ habeat: patientiam: humilitatem: charitatem: & spem: aut veram charitatem: si nõ habeat patientiam: fidem: humilitatem: & spem. Sciẽs ergo ille qui nouit oia: qz vanuz sit absqz istis virtutibus. quecunqz bona opa possidere: qz dignum interiorem hoiem tam preclaris virtutibus premunire: sic in qnqz opibus suis specialibus que opatus est in mundo & in adnẽtu spiritus sancti quem ad hoc misit de celo: plumationez exhibuit: vt per hoc qõ ipse fecit: ostẽderet: qd in nobis esset mostraliter: & in ecclesia typice: allegorice: faciendum. Queris: que sint ista? Tam pre multis aliis solẽnia sunt: vt esse nequeat vir catholicus: cui hec plene nota: & preciosa nõ sint. Primuz opus: natiuitas est: scõm passio: tertium resurrectio: qrtum ascẽsio: gntum aduẽtus spiritus sancti. Deniqz & inqtum potuit: seruata est in numero similitudo: qtenus & numerus mysterio: & mysterium numero: pueniret. Tertia deniqz die resurrexit a mortuis: vt tertium esse opus: resurrectio notaret. Die quadragesimo ascẽdit in celum: vt qrtum esse opus intelligeret ascẽsio. Die qnquagesimo: pascha: qui grece di penthecostes: missus est apostolis spiritus sanctus: vt ptineret ad qntum opus: hec ipsa solẽnitas mõstraret. Scõm ergo qp qtuor sunt aialia & vna sedes: ita pars ista que qnta est: respectu quatuor precedẽtiuz generalis est. Sed & sicut prima pars: ascribit primo aiali (hoc est) leoni: qz õ Christo & pastoribus agit in ea: scõa vitulo: qz de martyribus: tertia hoi: qz de doctoribus: quarta agle volãti: qz de virginibus & heremitis: ita qnta pars: de qua modo agere cepimus: sedi oipotentis dei ascribenda est: nimiz: qz illos precipue tãgere videt: de qbus di. Ecce qz bonum & qz iocundum habitare fratres in vnuz. Erãt in ecclesia primitiua: pastores & euangeliste: erãt doctores & virgines habẽtes singuli specialia dona: quasi specialia membra corporis Christi: nec tñ ad ipsos solos puenit illud qõ effusum est vnguẽtum de capite Christi: sz ad oẽs illos de qbus di. Actuũ. Multitudinis autem credẽtium: erat cor vnum & aia vna. Illi siqdem ordines speciales sunt: iste generalis. Illi in qtuor tribus singuli per singula cum suis ptrarijs habuere pflictum. Iste in qnto tẽpore: qõ suum est: generaliter agit. Et qdem: qz sepiez sunt angeli: qui de templo pcedunt: effundi zelum dei sup impios per singula septem tpum manifestum est: sed tñ qz in qnta parte libri agit de ordine isto: liquet qz in quinto tpe id de quo agit in hac parte: generalius pſumak. Ita enim (vt sepe d mus) pſideranda sunt specialia: vt tñ ad intuitum generaliuz: impetus spiritus dirigak. Aliud est enim qõ in singulis tribus accidit fm speciem: aliud qõ in certis agitur fm genus: ficut aliud est per singulas ebdomadas quadragesime facere diebus dñicis memoriam dñice resurrectionis: aliud (& si non ad aliud) totam ebdomadaz paschę semel tñ in anno solẽniter obseruare. Ut ergo qz locus exigit de eo qõ generale est: sermo segtur. Quare (nõ absurde: querit in hac quinta parte libri potius qz in aliqua precedẽtium) phyale ire cundie dei effundunt sup terram: & quare eedem phyale: nouissime dicte sint: aut q re dictum sit: qz in illis pſumata sit ira dei? Opz enim nos (ficut extimo) ad inuestigãda hec oia: nõ paucis sermonibus laborare: & vt alia ex alijs intelligi queant: diuersa testimonia scripturaz diligenter inserere. Z autem cõis sit quo ad votum: intẽtio & voluntas sanctoz: oẽsqz vnanimiter zelentur vbi zelãdum est: & misereãtur vbi misericordia exhibẽda: non frustra tñ: alijs plus zeli: alijs plus clementie datur: qz non oia tpa zelo: nec oia clementie apta sunt. Leteruz qz ijs qui plus diligit: Psal.

plus zelat: qualiter ordini quẽtualium: speciali quadam prerogatiua amoris: zelus bonatus sit: inquãtum deus dederit: apire conabimur. Quatuor supra scripti ordines: qui per quatuor specialia tpa'cuz suis aduersarijs habuere pflictum: apostoloz martyrum: pfessoz: & virginum: qualiter natiuitate dñica: passione: resurrectione: atqz ascẽsione pfecerunt: in quatuor prescriptis partibus suffcienter ostendimus. Sane qntus ordo: de quo nunc agimus: pgregatus in honorem sancti spiritus: illum se esse pversatione ostẽdit: de quo dicit psalmista. Ecce qz bonum & qz iocundum habitare fratres in vnum. Sicut vnguẽtum in capite qõ descẽdit in barbam: barbam Aaron. Querimus autem qd significet hoc vnguẽtum: siue illud quo vngebantur reges in populo israel: & inuenimus scriptuz in actibus apostoloz vnxit se deum patrem: hoiem Christum Jesum spiritu sancto: ficut & psalmista longe ante predixerat. Unxit te deus: deus tuus: oleo letitie pre pſortibus tuis. Pertinuere autez ad hoc oleum zelum dei: mysterialis illa vnctio Jheu: qua vnctus est ab vno filiorum pphetaz: misso ab Helyseo: manifeste demonstrat: quãdoquidem ad hoc vnctus est in regem sup israel: vt deleret domuz Achab: & occideret sacerdotes: & cultores Bahal. Igitur apte liquet: qp ad spiritum sanctum & ad eius effusionem ptinet zelus dei: qui vocatur & ira (haud dubium) ppter eos quos iuste pdit de terra. Sed illud multo amplius ingrendum est: qua ratione iste zelus dei: qui pertinet ad spiritum sanctuz: in plagis nouissimis pſumari credatur: ne quis amittens tempus gratie: abutatur clemẽtia vsqz ad infinitum. Neqz enim vsqz in eternum sustinet iustus iudex peccata reproborum: aut oẽ peccatum equo pondere mulctãdum: aut passim dimittẽdum decreuit: sed ficut scriptum est. Oẽ peccatum & blasphemia remittet hoibus: spiritus autem blasphemie: nec hic remittitur: nec in futuro. Et Psal. Actuuz Psal.

rursum. Quicunqz dixerit verbum pra filium hois: remittet ei: qui autem in spiritum sanctuz verbum dixerit: nec hic dimittetur: neqz in futuro. Quis est autem iste filius hois: nisi ipse qui & filius dei? Quare ergo venialius est peccare in filiuz qz in spiritum sanctum? Mungd: quod a corde fidelium (deus auertat) maior est filio: a quo procedit ipse: qui procedit spiritus sanctus? Absit. Sed qz dei filius incarnatus est solus: & duz videbatur hominibus credere esse deuz: eum qui quasi vnus ex mortalibus: passibilis esse videbat hominibus: ad bonitatez eius ptinebat ignoscere eis qui non facile credebant verbis eius: pro. s. qp boni & mali: similiter pleriqz sua verba loquuntur. Quando autem visis miraculis & virtutibus spiritus sancti: eundem spiritum sanctum blasphemabãt dicentes: in Belzebub principe Demoniorum: ejcit iste demonia: iam excusationem non habuerunt de peccato suo: qz viderunt (inquit) & oderunt & me & patrez meum. Notandum vero: qp ficut dicit: pater omnia fecisse per verbum: ita & filius in spiritu sancto: vt vna operatio trium: & vna potentia esse credatur: quamuis alius sit in persona pater: alius filius: alius spiritus sanctus. Sz si ita est: quare signa & miracula specialius ascribuntur spiritui sancto: ita vt dicit scriptura. Virtus exibat de illo (hoc est) de filio: & sanabat omnes: nisi vt eo modo intelligeretur persona spiritus sancti: in virtute miraculorum: quo intelligitur persona filij potentia verborum: & persona patris in fabrica totius mundi? Hec enim tria sunt que faciunt hoies admirari. Eminẽtia operum creatoz: pfunditas sapientie: & virtus miraculorum. Que tria: & si cõia sint ipsis tribus psonis: qz vna in his oibus operatio triuz: pprietate tñ mysterij: hoz primum ascribitur patri: scõm filio: tertiuz spiritui sancto. Querunt autem filij hoium imitari hec tria: & ppaucis datum est venire ad imitationem scõi: ad tertij vero imitatio/ Tria mirande.

nem:pauciſſimis. Nam opari aliqđ opus bonum:multoꝝ eſt. Loqui ſapientiam:aliquoꝝ. Porro oſtẽdere ſigna ꝛ miracula:ſicut rariſ ꝓcedit:ita non credere oſtẽdentibus ſed ecõtrario irrogare blaſphemiam ſpiritui (qui eſt auctor) peccatum eſt ad mortẽ:ꝛ inigras magna. Et ideo qui hoc faciunt:excuſationem nõ habent de peccato ſuo (haud dubiuꝫ) qz odium eſt in cauſa: qđ grauius eſt oi ſcelere: ꝛ oi peccato. Unde ꝛ deus ipſe ꝏoyſi loqtur:dicens. Ego ſum deus fortis:ꝛ zelotes viſitãs iniqtatem patrum in filijs:in tertiaꝫ:ꝛ quartam generationem:ꝛ eoꝝ qui oderũt me: ꝛ faciẽs miſericordiam in millia his qui diligunt me:ꝛ cuſtodiunt ꝓcepta mea. Igitur de opante bonum in veritate:non credere qđ bonum ſit opus eius:peccatuꝫ eſt: ſed nõ mortale: qz multi ſunt hypocrite qui opant:non cauſa dei: ſed cauſa gloriꝛ ꝓpalis:de qbus ꝛ dr. Amen dico vobis receperunt mercedem ſuaꝫ. Eodem modo de loquẽte ſapiẽtiam in veritate:nõ credere qđ vera ſint verba eius:peccatuꝫ eſt oino: qz ſaluator dicit doctoribus. Qui vos audit:me audit:ꝛ qui vos ſpernit:me ſpnit. Siqdem ꝛ Regina Auſtri laudat a dño: qz venit a finibus terre audire ſapientiam Salomonis. Uez qz nõnulli ſunt ſteriles ſapiẽtes:de qbus veritas dicit. Dicũt enim ꝛ non faciunt:immo qz multi ſunt qui habẽt verba veriſimilia:ꝛ tñ mendacijs ꝛ fallacijs plena ſunt:habent ꝛ ſup hoc qui audiunt:ꝛ nõ credunt:aliquaꝫ excuſationem de peccato ſuo:maxime pp illud qđ Joannes ait. Nolite credere oi ſpiritui:ſed ꝓbate ſpiritus:ſi ex deo ſunt. Sane oſtẽdenti ſigna:que alius nõ oſtẽdit:non credere:ſed blaſphemiam irrogare:peccatum eſt in ſpiritum ſanctum:qđ non remittit in hoc ſeculo:neqz in futuro:qz ſine dubio ꝓcedit malicia:de odij liuore ꝓcedit:qđ niſi recedat a corde hois:non pmittit eum pcipere veritatem. Qđ ſi opponaꝫ de falſis ꝓphetis. Scriptum eſt. A fructibus eoꝝ cognoſcetis eos. Sed adhuc querẽdum eſt diligentius. Cur qui dicit verbuꝫ ꝓtra filium hominis:remittit ei:qui autem dicit ꝓtra ſpiritum ſanctum nõ remittit ei:neqz in hoc ſeculo:neqz in futuro:maxime vt intelligatur:cur in hac quinta parte agat de effuſione iracundie dei: ꝛ de plagis nouiſſimis: potius qz in aliqua ꝓcedẽtium:ꝛ cur magis in illis qz in alijs: ꝓſumata ſit ira dei. Quatuor opa Chriſti ſuperius memorata: iudicant qdem peccatores:ꝛ vehementer accuſant:nec tñ in illis ꝓſumata eſt ira dei: qñ adhuc ſupeſt:remedium in dono ſpiritus ſancti:qz ſicut eum qui ꝙuertitur:ſaluum facit a peccatis ſuis:ita ab electoꝝ cetibus:non ꝙuerſos excludit. Qñ enim dei filius factus eſt hõ:exempluꝫ exhibuit humilitatis. Qñ factus eſt vitulus in ara crucis:exemplum prebuit patiẽtie. Qñ reſurrexit a mortuis:fidei fortitudine firmauit corda credentium. Qñ aſcẽdit in altum: ſpei alacritatem ſublimauit in celum. Qñ in ſpecie ignis miſit ſpiritum ſanctum:ad diligendum ſe corda fidelium inflãmauit. In quinto itaqz loco daf pfectio ſanctitatis electis:ſicut ecõtrario ꝓſumatio iniqtatis iniqs. Sicut enim humilitatem ſequitur patiẽtia:patientiam fortitudo fidei:fortitudinem fidei:ſpes:ſpem vero amor dei qui eſt ignis diuinus. Ita ſup biam cordis comitat in patientia:in patiẽtiam infirmitas fidei:infirmitatem fidei deſpatio:deſperationem vero odium:qđ eſt peccatum ad mortem:qz qui deum odit:aut ꝓprium: mortuus eſt:ꝛ adhuc viuens in carne:in inferno ſepultus. Audiunt hoc multi:ꝛ admirãtur:cur hoc de noxa odij ſpecialiter dictum ſit: arbitrantes multa eſſe alia grauiora peccata. Nunc igitur audiat veritatem:qui vult eſſe diſcipulus veritatis. Dictum eſt qz qui peccat in ſpiritum ſanctum:nõ remittitur ei:neqz in hoc ſeculo: neqz in futuro. Quare hoc? Qz ijſdem ſpiritus ſanctus: amor eſt dei: ꝛ qui non hz amorem:ſpiritum ſanctum habere nõ poteſt:qz amor:amorem querit: ꝛ charitas: charitatem. Qui autez ſpiritum ſanctum

non habet:non hz vitam in ſe manẽtem: qz ſicut non rem ſimilem: ſed diſſimilem dico:anima hominis:vita corporis eſt:ita vita anime:gratia ſpiritus ſancti. Unde ꝛ per apoſtolum dicitur. Factus eſt primus Adam in animam viuentem. Secundus autem in ſpiritum viuificãtem. Qđ ſi ſpiritus eſt qui viuificat animam:ꝛ ipſe ſpiritus amor eſt:cum eſſe amor nõ poſſit:vbi odiuꝫ eſt:quomodo anima illa viuere poteſt:que viuificãtem ſpiritum dei: qui eſt amor:in ſeipſa non hz? Igitur odium corde radicatum:peccatum eſt ad mortem:ꝛ peccatum nihilominus ꝓtra ſpiritum ſanctum. Nam ſpiritus ſanctus amor eſt: qđ eſt peccatum amori ꝓtrarium:niſi odiuꝫ? Dicit autem Joãnes. Filioli:hoc mando vobis vt nõ peccetis:ſed ꝛ ſi peccaueritis: aduocatuꝫ habemus apud patrem Jeſuꝫ Chriſtum iuſtum: ꝛ ipſe eſt ꝓpitiatio pro peccatis noſtris. Sed eſt (inquit) peccatum ad mortem:pro quo non dico vobis: vt quis oret. Hoc vtiqz peccatum odium eſſe:ex eadem epiſtola manifeſte apparet. Unde ꝛ Caym in exemplum accipit:qui ſtimulatus liuore odij: ꝓprium iugulauit germanum. Nec mirũ ſi crimen odij tanta plectitur pena. Si enim ꝓſumatio legis charitas eſt:qđ eſſe poteſt odium niſi ꝓſumatio peccatoꝝ? Sed non eſt ita intelligẽdum:quaſi non ſit orandum pro odientibus:cum Chriſtus dicat. Orate pro inimicis veſtris:ſed non ita eſt orãdum pro eo: ſicut pro quolibet alio vitio:vtpote ꝑ paſſione ire:aut gule:ꝛcupiſcentia oculoꝝ: ꝛ his ſimilibus:que ꝛ ſi quottidie ab inimicis agantur:facile tñ oratione relaxari creduntur. Nonnunqz enim hoies venunda ti ſub peccato:ad hoc ex lege carnis trahũtur:etiam ꝛ inuiti. Non inqz orandum eſt pro odio:ſicut pro alia paſſione:qz ſiue volens quis odiat:ſiue nolens:qđ aliquando accidere ꝓſueuit ex culpa precedẽtium delictoꝝ:quãdiu tamen odit:manet in morte:ꝛ niſi deſinat odire:vitam penitus habere non poteſt. Unde ꝛ ſaluator ait. Si offers munus tuum ante altare:ꝛ ibi recordatus fueris qz frater tuus habet aliquid aduerſum te. Relinque ibi munus tuum ante altare:ꝛ vade prius reconciliari fratri tuo: ꝛ tunc veniens offer munus tuum. Si autem (teſte veritate) oblatio non ſuſcipitur pro diſcordia: reſtat vt peccatum odij:quod eſt radix diſcordie: deterius ſit omni peccato: ꝛ in eo ſit conſumatio iracundie dei. Nec mirum ſi peccatum odij tam ſit execrabile apud deum:quandoquidem ꝛ apud homines nihil eo ſceleſtius: nihil odibilius ſit. Quãtumqz etenim ſit tibi frater improbus ꝛ moleſtus: duntaxãmen de illius dilectione nõ dubitas:equanimiter eum ſuſtines: equanimiter portas. Si vero te ab illo odio ſcis haberi: vix pateris:ꝛ quantiſcunqz blandiatur obſequijs:quaſi quedam ſtercora blandimenta ipſa ꝓtemnis. Oramus ergo pro odientibus:ꝛ calumniantibus nos: vt deus qui omnia poteſt:viſitando corda eorum:a catena impietatis eripiat ꝛ reuocet ad iter charitatis ꝛ pacis. Non autem oramus: vt manentes in odio ſalui fiant:quia ſcriptum eſt. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt:ꝛ omnis homicida non habet hereditatem in regno Chriſti ꝛ dei. Et notandum qz ſi aliquis odit ꝓximum ſuum quaſi inimicum dei putans eum hereticum:aut ſciſmaticum:ſm qz Paulus odiebat Chriſtum ꝛ diſcipulos eius:emulator exiſtens paternarum ſuarum traditionum:non peccat peccatum illud: pro quo non eſt orandum:quia ignoranti excuſat illum:ſicut ꝛ Paulus ipſe dicit. Alii ſercordiam conſequutus ſum:quia ignorans feci. Unde ꝛ ſaluator poſitus in cruce ait: de quibuſdam. Pater ignoſce eis: quia neſciunt quid faciunt. Et hoc quidem de illis qui putantes bonum malum emulantes perſequuntur bonos: habentes zelum dei: ſed non ſm ſcientiam. Ceterum qui ſcienter odit deum ꝛ membra eius: ipſe eſt qui peccat peccatum illud: quod eſt in ſpiritum ſanctum: quod non

remittitur in hoc seculo: neq; in futuro (dicente domino.) Viderunt & oderunt me & patrem meum: iam excusationem non habent de peccato suo. Unde & in dominica passione: dicit euangelista. Sciebat Pylatus q; propter inuidiam tradidissent eum. Igitur peccatum odij (quod alio nomine vocatur iniquitas) ipsum est peccatum in spiritum sanctum: & peccatum ad mortem: de quo dicit Joannes. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico: vt roget quis: & quasi quereretur: quod esset illud peccatum: adiecit & ait. Omnis iniquitas peccatus est. & est peccatum ad mortem. Ecce aperte dicitur hic iniquitatem peccatum esse ad mortem. Quod si ita est: quod est q; superius dixerat. Omnis qui facit peccatum: & iniquitatem facit: & peccatum iniquitas est? Et rursum. Omnis qui in eo manet: non peccat: & omnis qui peccat non vidit eum. Et item. Omnis qui natus est ex deo: peccatum non facit: nisi vt intelligamus de illo peccato quod ipse iniquitatez cognominatur? Alioquin quomodo stabit illud quod superius dixerat. Si dixerimus quia peccatum non habemus: ipsinos seducimus: & veritas in nobis non est: & si dixerimus quia non peccauimus: mendacem facimus eum: & verbum eius non est in nobis? Quis igitur intelligeret verba ista: nisi ipse qui ligauit: dissereret? Si enim qui peccat ex deo non est: quomodo si dixerimus: quia peccatum non habemus: ipsinos seducimus & veritas in nobis non est: nisi vt intelligamus illud quod ipse in fine intelligendum docuit. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem: petat & dabitur ei vita peccandi non ad mortem? Quid vero est quod adiungit. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico: vt roget quis: nisi vt de illo intelligamus peccato: quod ipse protinus subiungens exposuit dicés. Omnis iniquitas peccatum est: & est peccatum ad mortem? Restat ergo querere. Utrum odium sit peccatum iniquitatis: pro quo dicit non orandum: quum nulli confitenti & penitenti indulgentia neganda sit: etiam in extremo articulo? Videamus ergo vtrum in his que supra scripta sunt: ipse se metipsum exponat: & quid nobis voluit intimare: aperiat. Si ꝓfiteamur (inquit) peccata nostra: fidelis & iustus est: vt remittat nobis peccata nostra: & emũdet nos ab omni iniquitate. Et adiecit. Si dixerimus: quia non peccauimus: mendacem facimus eum: & verbum eius non est in nobis. Quod si iniquitas peccatum est ad mortem: pro quo nemo orare permittitur: qđ est qđ dicit. Si ꝓfiteamur peccata nostra: fidelis & iustus est: vt remittat nobis peccata nostra: & emundet nos ab omni iniquitate: nisi q; hoc ipsum est peccatum iniquitatis: nolle dimittere & confiteri peccata? Quis est autem qui peccato carere non vult: nisi ille qui desperatus est: & quasi animal brutum: promptus est ad omnem iniquitatem? Unde & de hoc peccato per psalmistam dicitur. Dixit iniustus vt delinquat in semetipso. In seipso delinquit: qui seipsum desperando occidit. Et hoc quare? Quia dolose (inquit) egit: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Et quid ibi segtur? Uerba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret: iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni vie non bone: malitiam autem nõ odiuit. Ecce (hoc est) iniqtas. Si dicis in corde tuo: multa mala feci: multas iniqtates commisi: nõ est vnde primo penitea; frustra: cum non sit spes: qua possim reconciliari deo: & si recedam procul a timore dei: & faciam q; neqđ mihi occurrerit faciẽdum: gaudebo dum ad vixero cruciandus in fine: quin immo non cruciabor: falsa sunt enim oia que dicunt: nulla erit vita: ꝓsumata hac vita. Hanc iniqtatem meditatus est iniustus in cubili suo. Non igit sic est orandum pro eo vt dimittantur eius peccata: quõ illius qui ꝓfitetur & penitet: q; nisi ex corde penitea: indulgentiam promereri non potest. Hic solum pro illo orationem facere: & pos

Oratio pro desperatis

sumus & debemus: vt deus (cui nihil est impossibile) auferat duritiaz cordis eius: & eum si sibi plz ad ꝓfessionem & satisfactionem pducat. Pro eo autez qui confitetur: lz omnibus christianis preces effundere apud misericordem deum: vt ei remittat dñs benignitate sua: qõ pro sua infirmitate: exoluere pro velle non potest. Sicut enim qui odit: indulgentiam ꝓsequi non meret: ita qui diligit: securus est: fiduciam sibi dãt veritate ipsa: que de peccatrice femina diligente se dicit. Dimissa sunt ei peccata multa: qm dilexit multum. Lz ergo de omni peccato: timendum sit: magnam tñ fiduciam non habentibus voluntatem peccandi: Joãnes iste prestat: cum dicit. Filioli hec scribo vobis vt non peccetis: sed & siquis peccauerit: aduocatum habemus apud patrem Jesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Et illud qõ iam supra meminimus. Qui scit fratrem suum peccatum peccasse: non ad mortem petat: & dabitur ei vita: peccanti non ad mortem. Illud vero peccatum qõ proprie vocatur iniquitas: ac si vocaz Laribdis: que hominem pertrahit in profundum: metuendum est: q; quo semel inuolvit: suffocat: & occidit. Pro huius metu voraginis: multa dissimulant prelati ecclesiarum: & errata ꝯplurima sustinent subditorum. Sustinent infantiam: patiuntur adolescentiam: tollerant iuuentutem. Sed & cum fructum non inueniunt: nisi malum: iure iam indignari incipiunt: attamẽ cum interna clementia: & modestia quadam. Si vero nec sic conuertuntur ad penitentie fructum: sed quod bis deterius est: alios quoq; ad malum concitant: & pvocant ad peccandum: quid restat nisi sententia illa: quam imposuit cultor vinee: qui pro ficulnea exorauit? Siquidem (inquit) fructum fecerit: finasutem in futuro succides illam. Plerunq; tamen in vna qualibet etate: velut quoddam semen herbaruz citius curit hõ ad malitie culmen: etiam in minori etate: q; nimirum: vt puerorum

Caribdis.

alig: diuina inspiratione compũcti: semetipsos transcẽdant: & infra annos puberes: canos perfectionis producunt: ita nõnulli dyabolico inflati spiritu: nihil obmittũt prauitatis cõmittere in etate pueritie: adeo vt multos senes astutia iniquitatis exsuperent. Siue ergo illos qui quasi gradatim: & per tempora ad peiora sacinora dilabuntur: siue eos qui sceleritis fructum iniquitatis producunt: sustinere amplius non oportet ecclesiam: q; & si eis esset deferendum pro tempore: ne forte eos visitet dñs & eripiat a vinculo Sathane: quo captiui tenentur: ne tamen videantur consentire qui presunt: si enormia ꝯ misericorditer sustinent: bonum est magis: vt vnus pereat: ꝯ multi periclitentur in vno: presertim: cum de eis: salus dubia sit: detrimenta vero per eum manifesta non pauca. Quis enim quot virgines per vnum prauum hominem: quem ecclesia patitur vt conuertatur: violentur: ignoret? Ergone iustum est: vt dum vnum ferire: ne moriatur: metuit: multos innocentiores: ad mortem protrahi patiatur? Debemus ergo ad tempus saluti peccatoris clementer: ac benigne: consulere: in spiritu mansuetudinis: errantem sepenumero exhortari: quamdiu eius (vt iam dixi) miseriam: sine multorum detrimento tollerare valemus. Quod si nihil proficimus: oportet eum tandem assumpto zelo: velut in quarto anno corripere: si forte exasperatus redeat ad cor: & a prauis operibus resipiscat: in quinto vero si non corrigitur: vti ferro incisionis. Sed quare istud? Quia non potest homo diu manere in eodem statu: sed aut a bono pergit in melius: aut a malo cadit in peius. Sicut enim boni in melius: ita mali proficiunt in peius. Iusti namq; fidei sue addunt patientiam: patientie humilitatem: humilitati spem: spei vero charitatem. Illi incredulitati sue: apponunt impatientiam: impatientie superbiam: superbie de-

sperationem : desperationi odium. Sicq; fit: vt quomodo electi in quinto loco acci piunt ignem diuinum : donum. s. spiritus sanct i : ita reprobi velut in quinta apostasia : incidant in odium : quod est contrarium charitati : z ob hoc supra modum mortaliter peccant : quia in spiritum sanctum : z incidunt in crimen illud pessimum: quod non remittitur hominibus: neq; in hoc seculo: neq; in futuro. Et sciendum q; vsq; ad tertium precipitium sustinet dominus peccatorem: parcens z miserans delinquenti. In quarto terribiliter minatur: non conuersio in tribus: in quinto vero non remittit : nec in hoc seculo: nec in futuro. Hinc est enim q; per pphetam dicitur. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus populi: z super quartuz: non conuertam eum. Qui enim in tertio non conuertitur: super quartum se dominus non conuertere dicit. Quia qui peccato infidelitatis addit impatientiam: impatientie superbiam : z non conuertitur: iam super quarto tollitur spes vt conuerti possit : quia desperatio que succedit in quarto loco : vicina est peccato : qõ est ad mortem : z tanto difficilius ad vitam remeat: quanto a caloze fidei desperando recedit. Et tamen si adhuc potest : conuertatur z viuat: ne forte qui quatriduanum excitauit a mortuis : z qui minatus est ficulnee: flexus est ad precem cultoꝛis : misereatur etiam nunc: cum se non misereri iam dicit. Sed de tribus sceleribus videamus: cur z ab ipsis non tollitur spes : aut cur magis a quarto q̃ a tribus tollatur. Prius tamen oportet breuiter dicere: q; sicut in ordine quatuoꝛ animaliũ: aliquãdo prescribitur homo: vtpote in Ezechiele propheta : aliquando leo : sicuti in hoc libro: ita aliquando incipimus ab humilitate: que pertinet ad hominem : siue a superbia que est contraria eius: aliquando a fide vel infidelitate. Etenim z fides ꝼm aliquid : z ꝼm aliquid humilitas prima est. Quocirca si aliquando a fide: aliquando incipimus ab humilitate: non est incuria: sed auctoritatis. Utrunq; enim licet: z ideo vtrunq; tenemus. Ut autem quod querebatur : accedat primam perditionis causam: peccatum esse superbie: omnibus catholicis notum est. Hinc vnigenitus dei filius volens in prima fronte premere: venturus ad redimendum mundum: nõ in sua maiestate venire voluit: z virtutem ostendere potestatis: sed qui erat deus factus est homo : qui erat magnus factus est paruus : qui omnes erat factus est pauper: z qui dominus: seruus: vt ꝼm nomen eius z gloriam : sic esset laus eius in fines terre: vt bonum humilitatis: quod superbe contempserant creature : q̃ fit precio sum z deo dignum : operando potius q̃ loquendo monstraret. Quicunq; ergo post hoc superbire non metuit: magnum valde crimen committit : peccans vtiq; in ipsum Christum : qui paruus z humilis factus est. Ut enim perstringamus pauca de multis : qui sciens paupertatem regis sui: erubescit egere : nonne Christum offendit: positum in presepio? Qui erubescit ascendere mite animal Christi : z spumantis sibi equi arrogantiam querit: nonne regem suum offendit: quem sedisse super asinum reminiscitur? Qui ministrare dedignatur equalibus : nonne dominum suum offendit : lauantem pedes discipulorum suoꝝ? Qui ergo post Christi humilitatem superbire non confunditur in ecclesia dei : z contra preceptum eius contumaciter pergit: quasi vnum scelus dignum damnatione committit. Ut vero que hominibus impossibilia sunt: deo non esse impossibilia (teste ipsa veritate) didicimus: qui amore glorie temporalis conuerti refugit : tangitur plerunq; a domino: in eo quod magis amat: vt duz quasi catbena ferri : qua erat obligatus: rumpitur: saltem vel percussus : conuertatur ad deum. Sed ecce secundus hostis velut e latere consurgens : querit subuertere opus dei: z apponere iniquitatem. Super iniquitatem. Incipit enim homo stimulatus a Dyabolo : murmurare in flagellis : z erumpere in voce contra dominum: nesciens: aut parui pendens pensare ꝼm opus Christi : quod sustinuit propter nos: qui peccatum non fecit: nec dolus inuentus est in ore eius. Peccat igitur qui sic murmurat in Christum passum : qui non pro sua culpa : sicut nos : sed pro nostris criminibus passus est. Patitur tamen dominus : z hoc crimen secundum addens adhuc quertere peccatorem. Qui enim Christum suum resuscitauit a mortuis : suscitat afflictum a miserijs flagellorum: vt accepta misericordia: conforletur z viuat. Si autem liberatus a flagellis: non credit q; ad hoc percusserit eum dominus : z sanauerit : vt decetero non in peccatoꝝ: sed in iustitia viuat: sed deputans vtrunq; fortune: non querit que dei sunt: sed que mundi: quasi tertium scelus committit : peccans in eum qui mortuus est propter peccata nostra : z resurrexit propter iustificationes nostras. Sed z plerunq; cui plus medicus videt non profuisse flagella : querit illum blanditijs reuocare ad se sublimans eum secum in altum: z faciens ei contra spem cuncta prospera euenire: si quo modo recogitet z cõsideret longanimitatem patientie dei : z querat videre bona domini in terra viuentium. Qui ergo conuertitur : vel isto modo : inueniet adhuc salutem. Qui autem nec isto modo conuertitur vt credat in eum qui pauperem facit z ditat: humiliat : z sublimat : sed quia sibi (vt ipse putat: z vt aiunt quidam) videt arridere fortunam: priuatur spes eius a desiderio future beatitudinis : z incipit caducas huius vite sperare diuitias z honoꝛes: eo magis meretur indignationem illius : sine quo: nec passer cadit in terra : quo nec per aduersa flagellorum : nec per prospera vite huius reuertitur ad eum qui fecit illum: sed ambulat per vias desideriorum suoꝝ. Igitur super quarto scelere: non conuertit eum dominus : sed dimittit eum ꝼm desideria cordis sui: ne forte si verum tangit eum plaga : iterum incipiat blasphemare. Dimittit tamen ad euz nuncios suos: qui ei aperiant vias suas a principio vsq; in finem: siue consolando illum in aduersis: siue deterrendo in prosperis : ne forte se de ignoꝛantia : aut inhertia predicatoꝝ excuset. Qui si forte ad extremum : in tedium ei vertitur verbum dei : z nõ solum non recipit coꝛreptionem : verumetiam quasi nuntium mali : deridere incipit z odire: sperneꝛ z ipsum qui missus est : z eum qui misit illum: quid restat nisi vt abscidatur mala arboꝛ: z in ignem mittatur? Nam z propter diuersas infirmitates: nõ vnum tantum qui occurreret forte vni: sed diuersos ordines predicatoꝝ voluit esse deus in ecclesia sua : vt qui non audit primum: audiat vel secũduz. Et qdem laudabilis est : qui coꝛrigit ad vocem episcopi loquentis communiter in ecclesia: z iubentis mandata dei: siue prohibentis contraria: quasi potestatem habentis: animaduertens illud quod dicit apostolus. Qui resistit potestati : dei ordinationi resistit. Qui autem tam durus est: vt nolit obedire episcopo: nisi sciat id quod precipit esse mandatum dei: audiat vel dyaconum legentem euangelium dei : z conuertatur z viuat. Si autem se dicit non intelligere: audiat vel sacerdotem habẽtem officium docendi: z exponentem sibi quottidie verba dei. Si autem quia forte vita eius contemptibilis apparet : contemnit qui huiusmodi est : predicationem illius audiat: vel heremitam: cui nihil cum mundo cõmune. Si autem omnes abijcit : omnes contemnit : z etiam (vt ita dixerim) ipsum Helyam : quid expectatur ab Helyseo: nisi effusio phyale iracũdie dei? Verum hoc de quolibet prauo homine nolẽte intelligere: vt bene agat.

Nunc de multitudine populi mundani (cuius causa est similis) videamus. Licet enim pro electis tantummodo dictum

Joãn le

Fortũa

Fortũa

Pecca tum in Christũ

sit. ¶Messis quidem multa: operarij pauci: rogate ergo dominum messis vt mittat operarios in messem suam: nihilominus tamen ꝛ ad reprobos: quorum infinita est multitudo: multi enim sunt vocati: pauci vero electi: missi sunt ydem operarij: vt excusationem non habeant: ꝛ communiter vtrisq; loquuti sunt verba dei. ¶Dixi sunt autem ꝑm tempus ꝛ tempus: primo apostoli: secundo martyres: tertio doctores: quarto contemplatores: ꝛ non audiuit eos mundus. Et ob hoc in quto tempore missi sunt alij: qui effunderent super genus phyalas iracundie dei vt indurarum ꝛ obcecatum ambulet in tenebris: ꝛ nesciat quo vadat: donec in sexto tempore mittantur iudices contra illud: qui auferant de terra memoriam Babylonis: vt non vocetur in eternum genus pessimorum. Igitur si ea que supra notauimus: ad animum reuocamus: a quarto gradu: vel ordine: vel tempore: initiatus ostenditur iste zelus: sed tamen in quinto consumationem accepit. ¶Multis autem modis: ꝛ non vno tantum congruens est zelus dei: specialibus viris: siue qui in Helya: siue qui in Helyseo designati sunt: tum quia qui amplius diligit: ampliori zelo accenditur contra delinquentes: tum quia illos amplius decet zelari: quorum vita irreprehensibilis est: ꝛ quibus manifestatio spiritus testimonium reddit. Deinde quia talibus viris magis solent homines contumaces deferre: deinde quia non est vn de timeant: si aduersus eos scandalum concitatur. ¶Vi plerunq; verbo: plerunq; epistolis: ꝛ mandatis: culpas delinquentium increpant: eis autez qui incorrigibiles sunt: omnino morti animis cõminantur. Quanta autem virtus sit in ore spiritualium virorum ad faciendam vltionem: testat beatus papa Gregorius in libro dialogorum: exemplo sancti Fortunati: qui motus animo pronunciauit mortuꝫ eum qui prius percussit cymbala: q̃ ipse aperiret os ad benedictionem dei: ꝛ alterius viri sancti: ad cuius vocem percussi sunt quatuor viri mor̃o elephantino: sed ꝛ beati Benedicti: quem dicit tantam gratiam fore consequutum: vt si quid vnq̃ : non iam decernendo: sed minando diceret: tantas vires sermo illius habebat: ac si hoc non dubie: aut suspense: sed iam per sententiam protulisset. Verum hoc ad ostensionem potentie: non ad exemplum interne subuersionis eorum qui condemnantur in spiritu: adeo vt non possint vltra surgere a reatibus suis. Alia est enim plaga exterior: que paucos tangit: alia interior: que multos includit. Causa vero plage interioris: vel potius occasio ista est. Est aliqs peccator ambulans in erroribus suis: qui verba dei nõ solum facere: sed nec sicut expedit audire potest. ¶Nunc assumẽs presbyter suus: querit reducere ad viam vite incipiens a spiritu mansuetudinis: ꝛ confirmans in eo omnez charitatem: si quo modo dulcibus electuarijs ꝛ vnguẽtis lenibus delinitus: vires accipiat ꝛ sanetur. Idcirco enim a principio ostensus est spiritus sanctus in specie columbe: vt non prius liceat predicatori exacerbare peccatorem: q̃ verbis prius pacificis inuitetur ad gratiam: ꝛ nõ est quod alij dat a domino ꝑm plus ꝛ minus: dico spiritus mansuetudinis: qui precedat in populo peccatore: sicut ¶Moysi: alij spiritus zeli: sicut Helye ꝛ Helyseo: ad faciendum iudicium in populo non credente: sed ambulante vsq; in finem in admõitionibus suis. Sicic sanctis apostolis: ꝛ euangelistis ꝛ doctoribus spiritus mansuetudinis datus est ad salutem (dicente domino Joãne: qui volebat iam tunc̃item poris imitari zelum Helye.) Nescitis cuius spiritus estis? Filius hominis non venit animam pdere: sed saluare. Non enim omnibus sanctis datus est spiritus Helye: sed aliquibus. Oportebat enim preire spiritum mãsuetudinis in apostolis ꝛ alijs predicatoribus veritatis: ꝛ sequi tandem spiritum Helye ꝛ Helysei circa finem ad faciendum vindictam in nationibus: ꝛ in

Gregorius.

Psal.

¶Angelus aquaruz magnos illos: & spirituales doctores designat: qui se opposuerunt aduersus hereticos p̃pter veraz fidem ostendentes intellectũ eorum esse sanguineum & carnalem: de quo dominus petro. Beatus es inquit simon bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Et quia nonnulli admirantur de iudicijs dei conquerentes ad inuicem & dicẽtes. Si nos credimus falsum quod putamus esse verũ que culpa nobis est: aut que iniquitas? Et qua culpa id acciderit vt ita cecarẽtur corda eorum: demonstratur cum dicitur. Quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt: & sanguinez eius dediſti bibere: vt digni sunt. Humanum siquidem est: incidere aliquando in erroreז: sed persequi ca-

tholicos pro defensione erroris: & fundere illorum sanguinez (sicut fecerunt arriani) diabolicuz. Inde est: q̃ correcti a viris spiritualibus: nõ fuerunt digni qui appr̃hẽderent disciplinaz: sed magis indurauerũt ceruices suas: vt contempta doctrina spirituali: eligerent ad defensionem erroris sui: intellectum habere: qui gustantibus inferre mortem. Et bene ait: qz sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt: quia nõ solum pios sacerdotes & episcopos iuoluit persecutio arriana: verum etiã monachos & heremitas: in quibus erant non nulli habentes spiritum prophetie sicut legitur de sancto ioanne anachorita: & de sancto benedicto: q̃uis & catholici doctores: prophete dici queant: quia futura prædicunt. Et bene dicit angelus. Justus es: qui es: & qui eras sanctus: q̃ & in veteri testamẽto ostẽdit se esse sanctum & iustum: reddẽs retributionez superbis: & in nouo similiter Angelus vero qui respondit ab altari & dixit. Etiam domine deus omnipotens vera & iusta sũt iudicia tua: catholicos episcopos puto designari congregatos in concilijs: q confirmantes scripturas sanctoruz: doctores hereticos dãnauerunt. Altare & enim de lapidibus fit segregatis ab alijs: & conjunctis in vnum locum. Sic & sancti episcopi segregati sunt secundum aliquid ab alia multitudine fidelium: vt ipsi qui sunt maiores in ecclesia decernerẽt: ꝑgregati in ꝑcilijs qd abijciẽdũ sit: qd tenendũ. Quasi ergo ab altari angelus respondit dicẽs. Etiam domine deus omnipotens: vera & iusta sunt iudicia tua: cũ ex ipso ordine episcopoz congregati sint aliquã in concilijs: qui damnantes hereticam prauitatez & deum omnipotentem esse iustuz iudicẽ: & ꝓpria culpa homines ipios incidisse in iudicium sanguinis qui sanguinem fuderunt testati sunt. Sequitur.

¶De quarto angelo effundẽte phyalaz.

Tex.7 ¶Et quartus Angelus effudit phyalam suam in solem: & datum est illi æstu affligere homines & igne.

¶In sole sicut iam diximus designantur contemplatores: quorum est propzium relictis omnibus speculari faciez dei: & videre eum qui fecit nos. Hic ordo quarto tẽpore habuit conflictum cũ bestia: que alicẽdit de mari: quia iste castitatem predicat: ille luxuriam. Iste contemptum mundi: ille temporalem gloriam & mundanos honores. Sed quia ibi plerũq; ex occulta elatione: appetitus surripuit vane laudis: vbi manifesta religio prenotat sanctitatez: nec in ipso ordine tam preclaro deesse potuit: quod argueretur a sanctis viris: quia vana est profecto omnis negligio: que non est solidata: & fundata in radice humilitatis: etiam si pro sua excellentia videretur transcendere astra celi. Unde scriptuz est Gaudium ypocrite ad instar puncti: si eleuauerit caput suum vsqz ad nubes: quasi sterquilinium in fine perdetur. Igitur & super tales viros: si dissimulant corrigi dedit in diem: effunditur sicut & in ceteros phiala iracundie dei: quia tanto sunt qui ciusmodi sunt: durius increpandi: q̃to illorum delictum: non tam homines tãgit: quam deum. Verum quia se sanctos & iustos & digniores ceteris esse putant. tanto si increpantur ab aliquo: magis accenduntur in ira: quanto nihil esse putant vitam aliorum: qui se sicut ipsi extimant a vsu temerario increpare presumũt. Solent etiaz qui eiusmodi sunt conqueri concurrentibus ad se: & exponere illis vitam suam: vt sciant quia zelo inuidie & liuore odij arguũtur. Unde & plerũq; ꝓtingit: vt affligant homines estu & igne: & incipiãt estuare estu magno: qz quia nihil est quod tã offendat corda carnalium: & quod tam eos cõpellat ad desperationem q̃z cum eos quos venerantur quasi sanctos: audiũt ab alijs quos bonos quidem esse putant: sed tamen impares meritis increpari: & ex eadem increpatione: inter eos quos sanctos esse crede-

bant:lites ⁊ scãdala generari. Dicunt enĩ. Si nobis erat spes ⁊ fiducia saluari posse orationibus istorum:⁊ etiam si posse dare tur:confugere ad illorum consortium:quo modo si istu salui esse nequeũt: qui tot ⁊ tã ta sustinẽt causa dei(nos qui peccatores su mus)misericordiam cõsequemur? Et hoc quidem dicunt carnales homines: secun Ypocry tis. dum quod ab ipsis ypocritis didicerunt: quia nesciunt inter corporalia ⁊ spiritualia vitia habere discretionez:⁊ quia melior sit humilis seruitus:q̃z superba libertas. Inde est quod satisfacientibus eĩdem ypocri tis in exercitijs corporalibus: accendũtur ipsi carnales homines contra eos:qui zelã tur aduersus ipsos:diiudicãtes ⁊ blasphe mantes illos tanq̃z inuidos ⁊ iracundos: ⁊ in ipsis omnipotentem deuz qui zelatur per eos. Unde ⁊ mox subditur.

Tex.8 ¶ Et extuauerũt hoies estu ma gno,& blasphemauerunt nomẽ dei hñtis ptãtẽ sup has plagas.

¶ Ad agno vt iaz dixi:estu estuant homi nes:cum illos audiunt increpari quasi ho mines perditos:quos ipsi ex multo tẽpo re sanctos inter homines testati sunt:⁊ ob hoc conuersi ad iniuriam eorum qui eos ypocritas esse dicunt: blasphemant spiri tum domini qui habet potestatem super plagas istas:⁊ dantis potestatem homini bus faciendi iudicium:vt sentiant plagas spirituales:quibus cuz possent resistere no luerunt. Sequitur.

Tex.9 ¶ Negz ægerunt penitentiam, vt darent illi gloriam.

¶ Quam arguunt ypocrite:q; querũt glo ria ab hoibus:quos sibi qbusdã familiari tatibus:⁊ carnalibus amicitijs:aligantur: ⁊ nolũt cõuerti:oporteret ipsos homines qui decepti sunt ab eis penitentiaz agere: q; gloriam quam soli deo impẽdere debue runt:impendunt hominibus mouturis. Sed quia eos quos semel venerari cepe runt:confundunt deserere(re vera)q; ho mines sunt: non solum penitentiam non agunt vt dent gloriam deo:cui soli debeã: verumetiam deteriores effecti in blasphe mias ipsas prorumpunt dicentes. Isti ho mines nõ sunt ex deo:qui sanctos impius odiunt ⁊ persequuntur. Negz enim aliuz blasphemare credendi sunt:q̃z ipsum spiri tum sanctum:qui blasphemãt:quia increpant ⁊ quasi persequũtur ypocritas:quos ipsi putant sanctos homines spirituales: quia ⁊ illi quos arguit:dominus incurris se spiritum blasphemie:nequaq̃z aperta cõ tumelia blasphemauerunt spiritũ sanctũ: sed in belzebub(inquiũt)principe demonio rum eijcit iste demonia. Sequitur.

¶ De quinto angelo effundente phyalã.

T.10 ¶ Et qntus ãgelus effudit phya lam suam super sedẽ bestiæ, & factũ est regnũ eius tenebrosum.

¶ Sicut in quatuor tẽporibus quatuor animalia claruerunt:⁊ tamen in singulis ordinibus:multi sub ficta specie religionis abusi sunt gratia ⁊ misericordia dei:ita in quinto tempore claruit generalis ecclesia: que est sedes dei:ordo.s.clericorum ⁊ con uentualium:de quo ⁊ septem isti angeli ad faciendum iudicium egressi sunt: ⁊ tamen nonnulli sub specie eiusdem sedis dei:facti sunt sedes bestie que est regnum antichri sti regnãtis vtiq; a principio ecclesie i mem bris suis:eo q; non sint de illis clericis vel monachis qui vicerunt bestiam ⁊ ymagi nem eius:sed de his qui victi sunt a bestia ⁊ ymagine:⁊ numero nominis impius: adeo:vt deteriores sint:q̃z alig seculares. Sicut(inquit augustinus) Nullos cõperi meliores:q̃z qui in monasterijs p̃fecerũt: ita nullos comperi deteriores:q̃z qui i mo nasterijs defecerunt. Et quoniaz supra mo dum qui eiusmodi sunt ambiunt regnare supra fratres suos:non immerito sublati a regno regis humilis:transeunt in regnuz eius:de quo dicit scriptura. Ipse est rex su per vniuersos filios superbie. Quecũq; er go canonice vel monasteria deuicte sunt a

bestia:seu ab ymagine ipsius:seu a nume ro nominis eius: sedes bestie facti sunt: Isaias. quia de talibus magis gaudet ille q̃ dicit. Sedebo in monte testamenti:Et quoniaz quo ad speciem habitus vnius ordinis es se videntur:cum eis qui effundunt super eos phyalas iracundie dei:eo magis indi gne ferunt:q; quasi a coequalibus increpantur:non attendentes q; habitus nõ p fit:sed obfit:si pitus a vita discordet. Quo circa effusa phyala super hanc sedem: efficitur regnum eius tenebrosum:q; ⁊ ambi tio ipsa p se cecat oculos eorum ne videãt: ⁊ odiũ quod p̃cipiũt cõtra eos qui se increpant:omnino auferet lumẽ ab oculis eor: dicẽte ioãne cuius est liber iste: in epistola sua:q; odiũ obcecat mẽtẽ. Qui odit fratrẽ suũ in tenebris est.⁊ in tenebris ambulat: ⁊ nescit quo eat:quoniã tenebre obcecaue runt oculos eius.s. Et quoniã qui eiusmodi sunt:si quando impediti a viris spirituali bus:nõ possunt obtinere quod cupiũt pre nimio dolore cordis in detractionẽ eor̃ q; se increpãt prius erũpũt recte subiũgit.

T.11 ¶ Et cõmanducauerũt linguas suas præ dolore.

¶ Lingue ⁊ enim populi recte illi dicun tur quibus data est:illa gratia que significa ta est in liguis que apparuerunt apostolis: vt habeant ignem zeli dei:⁊ ardorẽ loquẽ di:nõ volentes sub silentio pretetire iniu rias dei sui. Sed quia nesciunt filij belial sustinere vltionem medicine:tacti intrinse cus dolore impatientie sue: quasi commã ducãt lingues suas:dũ nõmetuũt detrahe re de viris sanctis q; lingue ex dono gra tie dicti sunt:vt per minora peccata ad ma iora ptrãseant. Qui.n.sustinẽt patiẽter ⁊ iu ste se argui cõfitenẽ.paulo post: si persue rãt in patientia: superueniẽte gratia:inue niũt cõsolationẽ:⁊ cõsolati benedicunt do mino:qui saluat sperantes in se. Qui vero impatientes sunt ad verbũ:primo quidez lamãt dẽtibus correctores suos: deide cre scẽte ipatiẽtia ⁊ malitia:vsq; ad blasphemi

ae:creatoris erũpũt. Unde ⁊ hic subdit.

T.12 ¶ Et blasphemauerunt deum cœli & terræ præ doloribus, & vulneribus suis, & non egerunt penitentiam ex operibus suis.

¶ Blasphemauerunt inquit deum celi: ⁊ terre. Blasphemauerũt qui coronat san ctos suos pro operibus bonis ⁊ saluat pec catores penitentes per misericordiam suã. Blasphemauerunt autem illum pre dolo ribus ⁊ vulneribus suis:q; si non a princi pio resistitur concupiscentijs:duz tempo re est penitendi ad extremum multiplica tis doloribus:quia nõ licet quod libet: ita sagittis temptationum interiora cordis sui Nota. vulnerari contingit:vt plerũq; ⁊ inuitus Nota. rapiatur animus ad blasphemiam: ⁊ que rens penitentie aditum:inuenire non pos sit. Ergo stulti sunt qui differunt de die in diem:quia qui promisit misericordiaz pec catori quacunq; hora peniteat ex toto cor de suo:dare se semper peccantibus affectũ penitentie non promisit. Unde ⁊ p semet ipsam veritas dicit. Contendite intrare p angustam portam:quia multi dico vobis: querent intrare ⁊ non poterunt. Sequit.

¶ De sexto angelo effundente phyalam.

T.13 ¶ Et sextꝰ ãgelus effudit phya lam suam in flumẽ illud magnũ eufratẽ & siccauit aquas eius vt ꝑpareẽ via regibus ab ortu solis.

¶ Ducuszq zelus dñi i domo eius exarsit: puniẽs eos q; videbant esse de familia sua: ⁊ de ordinibus p̃fectoz:vt implereẽ illud apostoli petri. Tempus est vt incipiat iu diciũ de domo dñi. Nũcsup eos q; irregu lares sunt ⁊ mũdani sicut sunt milites ⁊ negotiatores terre: ⁊ vniuersi q; videẽ esse quo ad opa filij huius mundi oportet effũ di phialam iracũdie dei:quatenus inchoa to tempore sexto:sentiant saltem exterius plagam:quam intus pro cõsueta cecitate

graulonis plage vulnera sentire non possunt. Scimus enim q̃ flumen eufrates inf luebat quondã opulentissimã illaz ciuitatem que dicebatur babylon: ⁊ dictum est inferius in hoc libro: q̃ aque multe super quas meretrix sedet: sunt populi multi. Si autez aque huius fluminis quod vocatur eufrates: populi sunt: ⁊ gẽtes ⁊ lingue que parent romano imperio: siquidem ciuitas romana ipsa est noua babylon: quid est: q̃ ad effusionem phyale siccantur aque eius: nisi q̃ pro eo q̃ ipsi qui p̃sunt non suspiciunt correctionem: iusto omnipotẽtis dei iudicio debilitant vires eoz: vt deficientibus exercitibus suis: non sit q̃ resistat regibus: ⁊ tyrannis: qui sicut in sexta parte plenius cõtinetur: venturi sunt: ad percutiendum regnum ipsius babilonis? Qui autem dicitur ab ortu solis. Arbitror ad literam esse intelligendum: vt vz a parte orientali incipiet tribulatio: sicut ⁊ factum est: hoc est ab illa pronintia: vbi (vt tangamus ⁊ spiritum) ortus est verus sol: ⁊ vnde ad occiduas mundi partes lumen euãgelice predicationis illuxit. Sequitur.

Apo. 16 ¶Et vidi de ore draconis, et de ore bestiæ, et de ore pseudo prophetæ exire spiritus tres immũdos in modum Ranarum. Sunt enim spiritus demoniorum facientes signa: & procedent ad reges totius terræ congregare illos in preliũ ad diem magnum dei omnipotentis.

¶Post desolationem romani imperij: reuelabitur ille iniquus que extollitur ⁊ aduersetur super omne quod dicitur deus: aut quod colitur. Habebit autem in comitatu suo militiam hominum perditorum: designatam in bestiam que ascendit de mari: ⁊ caterua falsorum clericorum: ⁊ quasi prophetarum suorum designatam in bestia que ascendit de terra illa. I. bestia q̃ vocatur pseudo prophetat: ⁊ exibunt de ore ipsorum: spiritus demoniorum ad faciendã signa vt conuocent reges infideles ad euacuandum regnum christi: vt ipse qui tenebit locum draconis: ⁊ in eo ipse draco: possit extimari deus: ⁊ adorari ab hominibus tanq̃ ipse sit deus. Et illorum quidem intentio: talis erit ⁊ propositum ⁊ voluntas. Verumtamen ad diem magnum domini: congregandi sunt vniuersi: quia ꝓpe erit dies domini: prope ⁊ velox nimis: in qua ⁊ erubescent infideles pro omnibus erroribus suis: Qui autem ait in modum ranarum: immunditiam ⁊ salsitatem eorum exprimere voluit: vt sciant electi quales spiritus erũt: per quos perditi homines facturi sunt illa signa: ⁊ non scandalizentur ad ostensionem eorum. Rana enim cum inflatur: mentitur se esse quod non est. Sic ⁊ signa illa mendacia erunt: ⁊ nihil veritatis: aut vtilitatis habentia. A tempore autem illo quando ista fient: incognita erit dies ⁊ hora quãdo veniet dominus. Maz q̃ anteqũ reueletur filius perditionis: nõ fit dominus venturus ad iudicium: non solum testatur apostolus in epistola ad thessalonicenses: verum etiam obsecrat ne decipiãtur ab aliquo ne hoc credãt: dicẽs ita. Rogamus vos fratres p̃ aduentuz domini nostri iesu christi: ⁊ nostre congregationis in ipsum: vt non cito moueamini a sensu vestro: neq̃ terreamini: neq̃ per spirituz: neq̃ per sermonem: neq̃ per epistolam tanquam per nos missam: quasi instet dies domini. Ne quis seducat vllo modo: quoniaz nisi venerit discessio primum: ⁊ reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis: qui aduersatur ⁊ extollitur supra omne quod dicitur deus: aut quod colitur: ita vt in tẽplo dei sedeat: ostendens se tanq̃ sit deus. Igitur aperte liquet q̃ anteq̃ reueletur filius perditionis: non veniet dominus ad iudicium. Postq̃ autem ille reuelabitur: incerta erit dies ⁊ hora quãdo veniet quasi sur reddere vnicuiq̃ secundũ opera sua. Vnde ⁊ hic subditur.

Bale.

Tex.3

T.17

¶Ecce

T.14 ¶Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua ne nudus ambulet: & videant turpitudinem eius.

¶Qđ non ꝓsequitur in hoc loco Joannes inchoatam orationem: sed ea inconsummata ⁊ intercisa dñs ipse logtur: dicens. Ecce venio sicut fur. Furtiuum ipsum sui ipsius: subitum ac terribilem designat aduentum: quem nemo nouit: nisi solus pater. Non enim ꝓtinuit ad Joãnem dicere quo tpe: ⁊ qua hora vẽturus sit dñs ad iudicium: sed eo loquente: ⁊ premuniente fideles de malis que ventura sunt circa finem seculi: ipsemet dñs loquitur ⁊ dicit. Ecce venio sicut fur: vt intelligamus: q̃ cum viderimus ꝓsumari verba que loquitur Joãnes in capitulo isto: prope erit dies dñi ⁊ aduentus maiestatis ipsius adeo vt ex illa hora: oporteat electos esse suspensos ⁊ p̃paratos ad aduentum iudicis: nescientes qua die ⁊ qua hora venturus sit ad iudicium: sicut factum est in diebus Loth: ⁊ in diebus Noe. Quocirca illi soli beati erunt: qui postpositis omnibus curis mũdi: vigilant ⁊ custodiunt mandata dei: operantes sibi vestimenta iustitie: ⁊ custodientes ne nudi appareant ab opibus bonis in tante p̃sentia maiestatis: ⁊ ꝓfundantur sicut Adam: vidẽtibus vniuersis turpitudinem suam ⁊ peccatoz suoz. Est enim turpitudo peccatorum discooptum: peccatum
Psal. qđ non tegit vestimento salutis: illo vtiq̃ vestimento: de quo dicit psalmista. Sacerdotes tui induantur iustitiam. Quocirca:
Psal. beati illi quoz remisse sunt iniquitates: ⁊ quoz tecta sunt peccata. Beati qui per dignos fructus penitentie recupant vestem iustitie quam amiserunt: sicut econtrario: veh illis erit quoz corda grauantur in crapula: ⁊ ebrietate: ⁊ curis huius vite: ⁊ inueniet illos repẽtina dies illa: cuius exemplum qđ dictum est a dño de diluuio: magis de iudicio precedenti: qđ erit in interitu Babylonis intelligendum sit: sicut ⁊ illud qđ dixerat apostolus in precedenti epistola ad thessalonicenses. Cuz dixerint pax ⁊ securitas: tunc repentinus super eos veniet interitus: quasi dolor in vtero habenti: ⁊ non effugient. Sequitur.

T.15 ¶Et congregabit illos in loc cum qui vocatur hæbrayce, armagedon.

¶Expleto verbo dñi dicentis. Ecce venio sicut fur: repetit Joãnes qđ intermiserat impfectum: ⁊ dicit Et ꝓgregabit illos in locum qui dr hebrayce armagedon. Notandum vero: q̃ nõ ait: ꝓgregabunt: illos reges. s. terre: de qbus sermo erat: sed ꝓgregabit: q̃ ⁊ si spirituz immundoz erit con
Ps. 2. gregare illos in prelium aduersus dñm: ⁊ aduersus Christum eius: ipsius tñ Christi erit ꝓgregare illos in locũ artum: quem ipsi penitus ignorabunt vt prelietur ipse:
Zacha. iuxta illud Zacharie prophete: aduersus eos: sicut preliatus est in die certaminis. Puto autem nomen loci: qđ vocatur hebrayce: armagedon: esse significatiuũ: sicut ⁊ vallis Josaphat: sed non occurrit mihi adhuc interpretatio ipsius nominis: cui dare posssem fidem: vt scirem qđ sonet in lingua nostra. Si cui autem occurrerit p̃ius q̃ mihi: puto q̃ ex ipsa interpretatione nominis queat: q̃ ad rem faciat plenum capere intellectum. Sequitur.

¶De septimo angelo effundẽte phyalã.

T.16 ¶Et septimus angelus effudit phyalam suam, in aere, & exiuit vox magna de templo a throno dicens, factum est.

In sex precedentibus effusionibus: p̃severauit mundus in malitia sua: ⁊ mansit inuincibilis ⁊ induratus nolẽs accipe disciplinam. In septima autem pcussione: emarcescet in semetipso: ⁊ defluet in

pbire: percussa prius fornicaria Babylone: que de vino prostitutionis sue: potauit omnes gētes. In sexto autem tempore fiet vtrunq; precedet enim sextus angelus: z effundet generaliter phyalam suam ꝓtra omnes reprobos: qui z protinus percussi exterminabūtur de terra: z mox sequetur septimus effundēs z ipse phyalam suam super electos: quatenus si que macule adheserunt eis de communione Babylonis purgentur z dealbentur super niuem: hoc quoq; modo in pcussione septima: cesset plaga domini a populo suo: z relinquatur de cetero sabbatismus populo dei. Igitur in aere spiritualis illa ecclesia designatur: que relinquetur velut mūda segges: excisis de terra spinis: z tribulis: z cunctis reliquijs Babylonis. Assimilatur autem aeri: qz nihil iaz sapiet: sicut modo terrenuz atq; carnale: sed sublimata velut a terra: munditia: virtute: z sanctitate: vite angelice appropinquabit. Sed z si qua sordida nebula antique puersationis sedabit: illam ad effusionem phyale septimi angeli mundabitur a delictis suis: z erit sancta z immaculata quasi sponsa z ornata viro suo. Propterea exiuit vox magna de templo a throno dicens. Factum est: qz manifesta intelligentia egredietur: de vtroq; testamento: z ex ore totius ecclesie que est thronus dei: que docebit oia esse ꝓsumata: nihilq; supposse de reliquo: nisi vt vnusq;sq; ppriaz mercedem accipiat ꝑm suum laborem.

¶ Explicit qnta pars libri. Incipit sexta.



Uinq; precedentibus partibus diligēter inspectis: ꝑm q notare curauimus in summa libri: inuenimus quatuor generales ordines: designatos in quatuor animalibus: habuisse conflictum cum quatuor bestijs: quas scribit Daniel: singuli per singula tempora specialiter: z tñ omnes simul ab ipso principio generaliter. Deinde in quinto tempore sedem dei (hoc est) ecclesiaz generalem: que dicta est in spiritu Hierusalem: cum ecclesiā malignātium: que vocatur Babylon: quatenus complens quinq; prelijs istis: recipiat vtraq; ciuitas in successione sue prolis ꝑm opera sua: z appareat qd differat inter iustos z impios: non modo in futuro seculo: verumetiaz in hac vita presenti. Ut autem quatuor animalia pertinent ad sedem dei: ita z quatuor bestie ad sedem Sathane: quia z ciuitas celestis a quatuor partibus: habet muros suos: z ciuitas nihilominus infernalis: que illi velut ex opposito ꝓtraria semper existit. Igitur completis quinq; prelijs in temporibus suis: opz Babylonem recipe ad plenum sexto tempore mercedem erroris sui. Hierusalem autez mercedem bonam ꝑm suuz laborem: iuxta qđ aperte ostēditur in hac sexta parte: de qua in hoc presenti volumine tractaturi sumus: z ostēsuri qz infelices sint filij huius mundi: z omnes qui ambulant in superbiam carnis: sed ad rem veniamus.

Bas.

¶ Incipit distinctio prima.

¶ Et facta sunt (inquit) fulgura, & voces, & tonitrua. Et terremotus factus est magnus, qualis nūquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terremotus sic magnus. T.17

Quando vult deus per successiones temporum mutare statum ecclesie: vt alia post alia ꝑm quod scriptum est consumentur: precedunt ante annos aliquot fulgura miraculoz: voces exhortationuz: tonitrua spiritualium eloquiorum siue vt somnolenti quiq; ac desides excitentur a somno mortis: siue vt tam ipsi qz alij intelligant: q nouum aliquid facturus sit dominus super terram. Puto autem q hec signa ceperunt iam olim precedere in temporibus nostris. Nam z viri sancti precesserunt nos ante non multos annos: qui miracula facerent: z qui verbis exhortatoꝛijs non paucis populum domini ad penitentiam prouocarent: si tamen fuerunt aliqui qui audirent: z recogitarent: z dicerent in corde suo: quid est hoc: vt qui nouunt diiudicare faciem celi z terre: signa quoq; temporum presentirent. Sed quia dura z terrena corda hominum: non possunt sentire nisi virgam: ecce percussio satis grauis sequuta est in populo nequam: ecce terremotus factus est magnus: mota sunt quippe sunt corda populorum ex his que acciderunt: z commota sunt a mari vsq; ad mare: in omni potestate z regno occidentalis ecclesie: que aliquid adhuc esse videtur: zelantibus vniuersis pro iniuria regis sui: z cupientibus vlcisci de gentibus infidelibus: qui ablato signaculo fidei nostre: polluūt vsq; adhuc templum sanctum eius: zelati sunt multi z moti sunt: non solum animo: sed z corpore. Quare ergo non profecerunt? Puto pro eo q in zelando: non rectum ordinem tenuerunt. Oportuerat enim illos considerare primo: quam ob causam: id passi sumus: quam ob causam tradita sint sancta nostra in manus extraneas: in manus gentium infidelium que ignorant deum: ne forte qui fecit aliquando flagellum: de resticulis: z eiecit de templo vendentes z ementes: ipse nunc pro simili culpa congregauerit gentes in congregationem vnius fascis: z vtatur eis pro flagello contra nos eijciens nos iterum de domo sua: que facta est a populo speluncha latronum. Quid enim si gentes infideles permittuntur possidere ad tempus domum ipsam de qua nos turpiter electi sumus: vt ostendat dominus in nobis qui non seruamus promissum: multo amplius foꝛe pollutam qz in eis qui nihil promiserunt: si quo modo ꝓfundamur: vel isto modo: z agnoscamus vel sero reatum nostrum? Prius enim oportebat nosipsos pugnare contra nos. vt pugnaremus fletibus delicta nostra: z sic premissa satisfactione: si adhuc vrgeret necessitas: procedere secure ad bellum: habētes ipsum quem offendimus deum vnum placatum tutorem ppitium ac ducez belli. Magnus ergo terremotus factus est nimis: pro his que acciderunt: z quod eo deterius est. magna pro culparuz meritis instabilitas animoz. Defecit enim fides z veritas de terra. Ubiq; motio: qz vbiq; scissura. Recedit frater a fratre: z proximus a proximo suo: ita vt nihil sit solidum: nihil sit stabile super terra. Et qđuis terremotus ille magnus: adhuc post dies aliquot futurus sit: signa tamen motionis illius: ac si presentia iam tenemus: z inuitia pre solito manifesta dolorum future tempestatis vastitatem precurrunt. Sequitur.

¶ Et ciuitas magna facta est in tres partes. T.18

¶ Scriptum est in euangelio. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Ut ergo ostendatur q appropinquat desolatio regni: quod aliquando erat vnum z contiguum: appropinquante sexto tempore: diuidi incipit inter tres partes. In illo die apparebit manifeste quomodo ex motione humanoruz cordium: frangatur vnitas Romani imperij: querentibus singulis aliorum terminos vsurpare: licet (vt iam dixi) certa iam indicia teneamus. Ciuitatem sane istam: que vocatur magna: ego Constantinopolitanum Imperium intelligi puto: in quo per crebra scismata que in eo facta sunt: possunt fieri eriam suspecta maiora. Accidit autem hoc vt compleatur illud quod scriptum est. Dominus immiscuit in medio eius spiritum vertiginis: z errare fecit Egyptuz in oi ope suo: sicut errat ebrius vomeꝛe: z non

erit Egypto : opus qđ faciat caput ⁊ caudam incuruantem ⁊ refrenantem:⁊ ꝓcurrere faciam Egyptios ꝓtra Egyptios : ⁊ pugnabit vir ꝓtra fratrem suum:⁊ vir cõtra amicum suum. Et itez. Commotione cõmouebitur terra : ⁊ agitatione agitabit terra: sicut ebrius: ⁊ auferetur quasi tabernaculum vnius noctis:⁊ grauabit eam iniquitas sua:⁊ corruet:⁊ non adijciet vt resurgat. Sequitur.

Z.19 ¶ Et ciuitates gentium ceciderunt.

¶ Quare ceciderunt? Quia terremotus qui ꝓfregit ciuitatem magnam: subuertit ⁊ illas. Puto autem per has ciuitates: intelligendas esse ecclesias Grecoꝝ: de qbus in specie atrij siti extra templuz: sub sexto angelo tuba canente terribiliter dictum est. Atrium qđ est foris templum: eijce foras: ⁊ ne metiaris illud : qz datum est gẽtibus. Si autem ecclesie que ꝓmentur sub hoc atrio gentibus date sunt: nõ immerito dicte sunt ciuitates gentium: qz ab ipsis hereditate possesse. Vt enim per presentia intelligant futura: non modica plebs manet in Alexãdria: que seruat vsqz hodie fidem Christi: ficut ⁊ in Syria : ⁊ in alijs locis: qui tñ si de moribus agitur: vtruz sint christiani: an sarracẽ : dubitaf. Date sunt ergo huiuscemodi ciuitates gentibus: ⁊ gentiuz quodammodo facte sunt: ⁊ tñ adhuc in fide stare videntur. Sed cum puenerit ad aures eoꝝ qui ita stant: qz soliditas christiani populi dissoluaf: putas stare poterũt inter hostes suos? Nempe ⁊ in veteri testamento erãt quedam gentes commixte cum semine israel: que dicebant: Samarite: seruantes tãtummodo legem Moysi: ⁊ nihilominus ydolis suis immolates: que tamdiu se vocabãt israelitas: qđiu prospera ꝓstringebant iudeis : tamdiu stabant in ꝓfessione vnius dei: qđiu pro confessione ipsa pacem sibi ꝓcedi sperabant cum filijs israel. Aliogn : vt in tpe credebant : ita in tpe tentationis recedebant. Sic ⁊ nõnpl/ le ecclesie Grecoꝝ: (ficut iam multis experimentis ꝓbatum est) facillime transeunt de dextera ad finistram (haud dubiuz) pro eo qz recesserunt abvnitate ipsius ecclesie: de qua dicit Christus Symõi Petro. Tu es Petrus : ⁊ sup hanc petram edificabo ecclesiam meam:⁊ porte inferi non preualebunt aduersus eam. Sed quare ista oia? Mungđ sine causa? Absit. Sed vt debilitet robur Romani imperij ꝓpeccata : ⁊ sumatur vindicta de gente apostatrice. Vnde ⁊ mox subditur.

¶ Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum dare ei calicem vini indignationis iræ eius. Z.20

¶ In oibus tpibus retroactis visus est dns dissimulare peccata delinquẽtium: vt putet obliuioni tradidisse iudiciuz. Cum autem completis annis patientie venerit dies ille magnus: in quo iudicãda est vbs supba: id qđ videbat obliuioni traditum: reuocari putabitur ad memoriaz: cum nec vnum qdem peccatum abscondi poterit: de quo non digna meritis capiatur vindicta. Dabit enim illi deus calicem vini indignationis ire sue: vt sentiat amaritudinez passionis: qua potauit ipsa martyres Christi ꝓsequens eos de ciuitate in ciuitatem. Nec istud tñ dicimus: vt vniuersa multitudo reproboꝝ : que post resurrectionem mortuorum demergenda est in caminum ignis: colligenda sit in tpe sexto: vt percipiat pariter mercedem erroris sui: ꝛ pars illa tãtum vniuersalis Babylonis que ꝓsens erit tpe sexto. Usus est enim sanctaꝝ scripturaruz: vt sepe pars alicuius rei accipiatur pro toto: ⁊ qđ agitur in parte : referatur ad totum. Quare hoc? Qz ⁊ si diuersa sunt pro tempore accidentia : vna est tñ reproboꝝ omnium: sicuti ⁊ electoꝝ voluntas. Audiũt filij iudeoꝝ reprobasse patres eoꝝ Jesum Nazarenum quasi seductorem ⁊ hostem legis : ⁊ plz eis studium patrum suorum: adeo vt crucifigant ⁊ ipsi voluntate: quem non possunt persequi actione. Et ob hoc si daretur facultas persequẽdi: tur libentissime membra eius: itavt nec ipsi ab opere videantur immunes. Sicut. n. vnus est homo ⁊ multa sunt mẽbra eius: ⁊ tamen per singula membra dicitur agere ipse qui vnus est: dictur enim idem ipse videre: cuz ad solos oculos pertineat visus: audire: cum ad solas aures pertineat auditus: ⁊ sic de ceteris mẽbris. Sic ⁊ vniuersa multitudo reproborum: aut electoꝝ alia ⁊ alia opera in parte: ⁊ parte alia: ⁊ alia in tempore: ⁊ tẽpore prius. ſ. posterius agere visa est: ⁊ tamẽ vniuersa reseruf advnitatem pro eo. ſ. qz vna voluntas: ea que diuersa sunt in membris: facta esse, cõmunia. Quo circa: ⁊ si vnus erit in fine caminus ignis in quo multitudo reproborum que dicta est babylon: cruciabitur: fine fine : tẽporaliter tamen: non omnibus qualiter recedit: sed alij permittuntur ꝓsperare vsqz in finem: alij iudicantur a domino in hac vita presenti. Et hoc quidem sepe accidit: vt non obliuiscantur filij hominum iudiciorum dei: ⁊ multiplicetur malitia supter ram. Generaliter autem in quinque tẽporibus sustinuit patienter: ⁊ promisit regna re babylonez in delitijs suis: affligi vero filios ierusalem a filijs babylonis persequẽtibus: qui nati sunt secundum carnez: eos qui secundum spiritũ nati sunt: donec istorum iustitia: ⁊ illoruz nequitia cõpleatur. Nono in sexto tempore quod prope est: ⁊ illius in veritate sunt superbie: ⁊ istius afflictioni imponetur finis: non quia tribulatio nõ erit sexto tempore aduersus electos ab his qui extra sunt populis infidelibus ad necẽ carnis: sed quia desinet intrinseca emulatio ad ruinam cordis: quod solũ est optabile a diligentibus deum. Nõ enim in gemiscunt electi dei: quiavidẽt christianos paganorum gladio trucidari: cũ sibi ⁊ sanctis apostolis ⁊ martiribus legant deũ suũ noluisse parcere in hac parte: sed magis qz filij babylonis: qui dicunt christiani ⁊ non sunt : corrumpũt mores bonos coloquijs malis: qz iniquus semper operibus cruciat animas iustoruz: qz audiũt blasphemari nomen domini: ⁊ vlcisci nequeunt iniuriam dei sui. Inde est qz nec sibi parci defiderãt quo ad mortẽ carnis: sed cupiunt argentũ ⁊ plũbuz iactari pariter in fornace : vt consumpta vniuersaliter scoria: id quod erat ꝓtiosum: ꝓtiosius fiat: Unde ⁊ cum diceret Isayas. Uisitabo super vbes mala : ⁊ super impios iniquates ipsoruz: protinus adiecit ⁊ ait: Pꝛeciosior erit vir auro ⁊ homo mundo obrizo. Igitur in sexto tempore erit tritura aree generalis ⁊ ventilabruz in manu domini ad purgandaz areaz suã vt congregetur triticuz in horreo eius: palee vero comburantur inextinguibiliter. Sequitur.

Z.21 ¶ Et omnis ĩsula fugiit: & mõtes non sunt inuenti.

¶ Hoc iam dictum est in secunda parte: in apertione sexti sigilli: qz hoc plerunqz vt sepe dixi . tangitur in hoc libro in spetie: quod plenius continetur in genere: Insule sunt ecclesie episcopales : que fluctibus huius seculi: ex omni parte obsesse: pluriam sanctoꝝ suoꝝ patiuntur iacturam. ¶ Montes vero sunt monasteria in quibus a seruis omnipotentis dei arta ⁊ ardua seruatur innocentie vita: In terremotu ergo illo qui erit tam validus in illo die : cũ vz vniuersa regna gentium colligentur in vnũ ⁊ insurgent quasi fluctus seu maris contra filiam babylonis: fugient cenobia de locis suis: vt abscõdãt se in locis occultis a facie tempestatis: ⁊ ecclesie multe esse desinent: dispersis vel interfectis defensoribus suis. Non enim erit dies illa: dies illa dies misericordie: sed dies ire sue: sicut ⁊ p prophetam dicitur. Ecce dies domini venit crudelis: ⁊ indignatione plenus ire: furoriſq; ad perdendam terram in solitudinem ⁊ peccatores eius cõterendos de ea. Unde ⁊ hic terribiliter subditur.

L.22 ¶Et grando magna sicut talẽ/
tum descendit de cælo in homi/
nes:& blasphemauerunt homi/
nes deum pp plagam grandinis:
qm̃ magna facta est uehemẽter.

¶Commota ⁊ confracta terra a tam ter/
ribili terremotu:oportuerat corda homi/
num conteri timore: ⁊ scindi multiplici/
ter ad penitentiam:quod ⁊ facient illi qui
bus sanum erit cor (sicut in apertione sex
ti sigilli demonstratur) cum dicitur. Om
nis seruus ⁊ liber abscondent se in spelun
cis ⁊ petris montium: ⁊ dicent mõtibus
⁊ petris: Cadite super nos: ⁊ abscondite
nos a facie sedentis super thronum ab ira
agni: quoniam veniet dies magnus ire
ipsor:⁊ quis poterit stare?¶Ceterum quo/
rum corda ceca sunt: ⁊ auersa a veritate:
vt nolint videre lumen qđ venit in mun
dum:incident in iudiciũ ire dei (sicut di
cit apostolus.) ¶Reuelatur ira dei de celo
Rom. sup omnem impietatem ⁊ iniustitiam ho
minum eor qui veritatẽ dei in iniustitia
detinent:qr quod notum est dei: manife/
stum est illis. Et grando (inquit) magna
sicut talentum descendit de celo in homi/
nes. De celo descendit pluuia:de celo nix:
de celo grando. De ore etiam iustor quo/
rum sanctum collegium:nõ immerito vo
catur celum: descendit predicatio ad irri/
ganda corda fidelium:descẽdit commina/
tio frigida ad cohercẽdum calorem vane
⁊ inepte letitie:descendit ⁊ increpatio du/
ra ad p̃terendam duritiam hominum im
por:quatenus aut redeant ad cor:⁊ agãt
penitentiam de reatibus suis:aut infide/
lio (vt ait apostolus) si discedit discedat.
Quid enim si de verbo iudicij scandalizã
tur ⁊ pereant perituri? Scandalizatus est
Achab rex israel in verbo Michee ꝓphe
te:⁊ factus est deterior qz erat prius. Scan
dalizatus Sedechias in verbo Hieremie
tradidit illum in custodiam:Sed num qz
illi scãdalizari poterant:idcirco tacere ve/
ritatem oportuerat testes veritatis ne illo
rum de ꝓtemptu verbi augeretur pecca/
tum? Quid enim durius verbo Petri di Actuũ.
centis Symoni mago. Pecunia tua te/
cum sit in pditione? Oportebat enim ma
gnam duritiam cordis:magno ictu percu
ti verbi dur:non vt scandalizaretur: sed
vt pcussus durius a magistro:a tanta neg
tia priuaretur. Ille autem non est puersus:
sed omnino subuersus:⁊ factus est psequ
tor illius qui eum percusserat ad salutem.
Sed ⁊ nunc qđ expectant filij falsitatis
vt loquantur eis discipuli veritatis? Num
quid verba mollia ⁊ placẽtia sibi? Si hoc
sperant:frustra:qr non est tempus:Si scan
dalum est eis iniuste:qr necesse est vt pre/
dicant ad salutem multorum quod sciunt
certissime affuturum. Sed quare grando
ista que eo modo (quo supra diximus) dẽ
celo descendit:magna esse dicitur sicut ta
lentum:nisi qr talentum grauius est mul/
tis ponderibus que ꝓtinet infra s::⁊ ver
bum istud quod scriptuz est de ruina Ba
bylonis:grauius est multis alijs: quibus
exprimuntur tam multe calamitates mũ/
di. Inde est:qr carnales homines qui dili
gunt mundum:⁊ a que sunt mundi:ne/
queunt patienter ferre:cum audiunt vni/
uersaliter perire:qđ amant:putantes nihil
esse iocundius vita presenti. Blasphemãt
autem dñm qui auctor est tam dure sen:ẽ
tie:dicentes vnusqsq ad ꝓximum suum.
Si ita futurz est:quare qui nouit oia ante
qz fiant:tam horrẽdo fine ꝓsumanda crea
uit:nisi qr adulantur ei qui eum miserico
dem ⁊ amatorem iustitie esse dicunt? Hec
est enim illa blasphemia que arguit in vno
latrone qui pẽdebat in cruce:dicente vni
uersor dño qui erat pariter crucifixus. Si
filius dei es:salua temetipsum ⁊ nos. Latro
siqdem ille qui ad sinistram (vt putatur)
xpi suspẽsus erat in ligno crucis:significat
carnalem populum qui duz viuit ⁊ ambu
lat ꝑm carnem:tradendus est qnqz in ma
nus gẽtium pro sceleribus suis. Blasphe/
mat autem dñm dicens. Si filius dei es:

salua temetipsum ⁊ nos:qr populus carna
lis qui nescit es que dei sunt:sz ea que mũ
dialiqñ dicit es. Nolo murmurare in flagel
lis: qr xps sine cã peccati pro salute oĩum
pepẽdit in cruce: primus respõdet ⁊ dicit.
Et que necessitas fuit vt ista pateret? Si
oipotens est ⁊ pius (sicut dicũt scripture)
nec ipse hoc pati debuit:nec nos addicere
passioni. Poterat enim saluum facere ge/
nus humanum sine passione ꝓpria ⁊ ꝓtu
melia sui ꝓfius:⁊ trãsferre illud de transi/
toris mũdi gaudijs:ad eterna celor. Nec
blasphemia erit tunc:⁊ si sit iam nũc in ore
multor. Nec in corde vniuersor qui ne/
sciunt id qđ dicit apostolus. Verbum cru
Cap.1.z Ter.1 cis ꝑeuntibus qdem stultitia est:his autẽ
qui salui fiunt:virtus dei sit. Sequitur.

¶Et uenit unus de septem an/
gelis qui habebãt septem phya/
las: & loquutus est mecum di/
cens. Veni ostendam tibi danna
tionem meretricis magnæ quæ
sedet super aquas multas: cum
qua fornicati sunt reges terræ:
& inebriati sunt qui habitant ter
ram de uino prostitutionis eius.

¶Angeli habentes phyalas qui sunt in
precedẽti parte libri copiosius dictum est.
Unus aũt eor qui venit ad Joãnem:sex/
tus angelus est:cui dictum est:magis qz
qnqz precedẽtibus:occulta detegere sacra
menta. Venit aũt angelus ad Joãnem:vt
Joãnes vadat ad angelum qui vocat euz:
⁊ ostendat illi dãnationem meretricis ma
gne:qr nisi spirituales viri appropinquent
verbo predicationis discipulis veritatis:
nequaqz ipsi discipuli possunt approping
re illis intellectu cordis:nec videre dãna/
tionem meretricis magne que sedit aliqñ:
⁊ adhuc sedet sup aquas multas. Est autẽ
vtile videre dãnationem ipsius:qr qui ne
scit qđ passura sit pro erroribus suis:desa/
cili decipiẽ nutibus oculor suor. Hãc ma
gnam:dixerunt patres catholici esse Ro/ Roma
mam:nõ quo ad ecclesiam iustor:que pe
grinata est apud eam:sz quo ad multitudi
nem reprobor:qui blasphemant ⁊ impu/
gnãt opibus iniqs eãdem apud se peregri
nãtem ecclesiam. Verumtñ ⁊ si ipsa princi
paliter intelligẽda sit:nihilominus tñ vni
uersa multitudo reprobor:⁊ eor maxime
quor maior est facultas ⁊ voluntas pecca
diteor qui ducũt vitam luxuriosam:⁊ de/
litijs affluẽtem:letãtes cum malefecerint:
⁊ exultãtes in rebus pessimis. Nõ ergo in
vno regno:aut in vna ꝓuincia:quere/dus
est locus huius famosissime meretricis: sz
sicut per totam aream christiani impij:dis
fusum est triticum elector:ita per oẽm la
titudinez eius dispse sunt palee reprobor.
Atque multe qđ significẽt:angelus ipse q
hic logtur:inferius exponit. Reges vero Prela
terre dicti sunt prelati:qbus pro vitandis ti.
peccatis populi ꝓcessuz est regimen aiar.
Quor tñ nonnulli fornicanr cum Baby
lone:qñquidem vt placeant hoibus:par/
uipẽdunt ⁊ negligunt mãdatum dei. Alio
qn si agẽduz est de principibus huius mũ
di:ipsi sunt qui regnãt in Babylone:⁊ nõ
est differẽtia inter caput ⁊ corpus. Sed oi
no in loco isto:sicut ⁊ in illo vbi de xpo
qp ipse sit princeps regũ terre:prelati eccle
siar noie regum terre:accipiẽdi sunt:exce
pto qp ibi boni prelati.i.simplices ⁊ humi
les corde itelligẽdi sunt:hic supbi:timidi:
⁊ prudẽtes ad malũ:qeo mõ fornicanr cũ
meretrice magna:quo filij quondã israr cũ
Madiãitis:qñqdẽ postposita cura plebiũ
suar:qrẽt die noctuqz placere ꝓncipibꝰ hu
ius mundi:⁊ p eis quoqz si liceat pugnare
vsqz ad mortẽ. Qđ bñ quoqz i gen. designa Genes.
tũ ẽ:vbi dr. Videtes filij dei filias hoiuz qp
eẽnt pulchre:accepũt vxores sibi ex oibꝰ qs
elegerãt. Qui.n. queniẽtiꝰ dici queunt filij
di qz hi q i regimie aiar ꝓstituti:locũ reti
nẽt filij dei? Et q filie hoiuz nisi opulẽtissi
me ciuitates? Et qdẽ si pp electos q pegri
nanr apd eos:dõsiderãt aliq fieri epi:imũes
sũt ab infamia ista. Si aũt pp diuitias ⁊ lucra

mundi nouerint se fornicari cuz eis: quas sibi eligunt vt diuites fiant: dicente domino: Si oculus tuus simplex fuerit: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem lumen quod in te est: tenebrosum est: ipse tenebre quante erunt? Quod est dicere. Si intentio tua bona est: bonum est opus quod sequitur intentionem. Si autem intentio prava fuerit: quicquid superedificatur pravum esse: necesse est. Quo circa filis qui desiderat episcopatum: ad hoc tantum desiderat illuz: vt sit pater orphanoz z iudex viduarum (iuxta illud apostoli) bonum opus desiderat. Si autem vt fiat amicus diuitum z affinis potentū: noluerit se esse de illis de quibus dicit psalmista. Perdidisti omnes qui fornicātur abste. Quod autem sequitur. Et inebriati sūt qui habitāt terrā diuino pstitutionis eius generaliter ad omnes homines qui pauperes sunt rebus: non spiritu referendum est: qui z si fortuna sibi (vt aiunt) aduersante diuites esse nequeunt: nihilominus tamen de voluptate babylonis subripiūt: id quod possunt: vt saltē certis horis aut diebus inebriētur vino prostitutionis ipsius. Licet enim nequeat abūdare sicut illa possunt tamen z ipsi inebriari de torrente voluptatis eius: vt cogantur tradere oblitioni voluptatem z ebrietatem domus domini qua inebriandi sunt illi: de quibus dicit psalmista. Inebriabuntur ab vbertate domus tue: z torrente voluptatis tue potabis eos. Habet enim z Christus calicē quez proponet electis sed amarum nimis: quia amarā oportet esse potionem: qua sanātur egroti. Qui si i vino calicis christi designatur amaritudo passionis: quid pervinū qd propinat fornicaria nisi dulcedo voluptatis ipsius? Quamuis enim nōmine fornicationis: omnia peccata voluntarie commissa intelligenda sint: principale tamen vitiū corruptionis babylonice fornicatio est. Ipsum est enim vitiuz qō magis dominatur in filijs huius mundi: etiā si nulla habeāt potestatē: nullis polleant honoribus nullis diuitijs fulciantur. Sunt enim nonnulli qui habere pulchras mulieres z diuites (quia ipsi pauperes sunt rebus z viribus impotentes) non possunt: z tamē qz p affectum animi terram inhabitant: z non celum: saltem visione z recordatione operis iniqui inebriantur vino prostitutionis fornicarie babilonis (hoc) amore z ardore luxurie que regnant in diuitibus huius mūdi: qbus i hac parte sceleris licet: sepe omne quod libet. Sequitur.

Psal.

Psal.

¶ Et transtulit me angelus i deserтum in spiritu. Tex.2.

¶ Duo sunt que non permittunt hominem videre ruinam filiorum huius mundi. Sollicitudines terrene z sensus littere que occidit. Quamdiu mundanis implicaris negotijs: ipsis negotijs impedientibus: videre casum mundi in scriptura non potes. Otium tibi in legendo pax z silentium necessaria sunt: si vis intelligere que legis. Sed z si quādo ista presto sunt: necesse est vt de sensu littere: trāseas ad spiritualē intellectū. Si.n. sic semp accipis q legis: vt legis carnalis intellectus te ad inconuenientia sepe ducit. Unde z veritas ipsa dicit. Spiritus est qui viuificat: caro autē nō prodest quicquam. Si ergo vis videre quo fine terminandū sit regnū mundi: pmitte te transferri ab angelo in desertuz imitans Abraaz: qui egressus est de terra z de cognatione sua z de domo patris sui: z transi eodem modo de litterra ad spiritualē intellectum: z tunc poteris intueri qp filij huius seculi preuidere nō possunt. In hac (inquit) dominus: die tua q ad pacem tibi: nunc autez absc̄dita sunt ab oculis tuis. Sequitur.

Casus mundi.

¶ Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenā nominibus blasphemie: habētē capita septem & cornua decem. Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide pretioso & margaritis habens poculum aureum in manu sua plenum abhominatione, & immunditia fornicationis eius. Tex.3.

Dan.

¶ Qui transferuntur a viris spiritualibus i desertū: z de sensu littere ad spiritualem intellectum: vident oculis mētis quasi similitudinem mulieris: vident ciuitatē illam famosissimam: que fuit quondam domina regnorum: z cui erant aliquando subiecte plures gentes efferre ritu ac moribus bestiales. De hac siquidem bestia: multa in precedentibus partibus dicta sunt: z non nulla adhuc in suis partibus dicenda supersunt. Non autem spiritualibus oculis presentia tantummodo presto sunt: verumetiam preterita z futura. Uident ergo z pro se z pro alijs: quanta fuerit aliquādo gloria romani imperij: cūctis fuerit ciuitas illa locupletata diuitijs: quot mundi delitijs z carnis voluptatibus debriata: z qd futurum vt post hec: vt discant electi dei nolle emulari in malignantibus neqz zelari facientes iniquitatem. Sciendum vero qp in sexta parte ista est sermo cōmixtus: vt nonnulla intelligenda sint scōz litteraz: nō nulla scōz allegoriam pro eos. s. qp a sexto tēpore incipit transire qō ex parte est: z venire id quod perfectum: vt iam non querāt electi videre sicut prius p speculū ienigmate: sz incipiant videre facie ad faciem: aperto iam ad liquidum libro: z septez signaculis eius. Inde est qp in hac sexta parte loqtur angelus Joāni: z aperit ei archana mysteria: vt sciant hi qui tardi sunt corde ad credendum in omnibus que locuti sunt prophete: ipsuz esse tempus statutum de quo dixit angelus Danieli. Unde Daniel: quia clausi sunt signatiqz sermones vsqz ad tempus statutum: pertransibunt plurimi z multiplex erit scientia. Igitur quod ait Joannes. Et mulier erat circūdata purpura z coccino: z inaurata auro z lapide pretioso z margaritis: hec intelligi voluit: quod dixit: excepto qp nomine mulieris meretricis accipiendam esse fornicariam ciuitatem: que propter huiuscemodi ornamenta: fornicata est. adeo viuo z vero: z maxime cum dicat apostolus. Auaritia est idolorum seruitus ignorans quo in euangelio scriptum est: Ue vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Ubi enim copia diuitiarum: ibi enormitas vitiorum. Unde z mox subditur: habens poculum aureum in manu sua: plenum abhominatione z immūditia fornicationis eius. Nō sufficit diuitibus huius mundi vasa pretiosa ad ostendendam vanitatem glorie sue: nisi in eis continue propinentur exquisita vina in quibus est abhominatio ebrietatis z immunditia luxurie: per que excluditur spiritus sanctus a corde multorum dicente apostolo. Nolite inebriari a vino in quo est luxuria: sed impleamini spiritu. Unde z per prophetam dicitur. Ut qui potentes estis ab bibendum vinum: z viri fortes ad miscendam ebrietatem. Sequitur.

¶ Et in fronte eius nomen scriptum misterium babylon magna mater fornicationum & abhominationum terre. Tex.4

¶ Filij Jerusalem cum offendunt in opere vel in verbo erubescunt nimis: z querunt diligenter quomodo possint abscondere reatum suum. z coram hominibus: z coram deo: ne forte aut homines scandalizentur z pereant: aut deus indignatus puniat delinquentes. Abscondunt autem illum dum agunt penitentiam: dum altos se ostendunt per bona opera quam fuerunt per culpam: non negantes se esse peccatores: sed querentes apprehendere vestes iustitie: vt non sint de numero illorum: de quibus dicitur. Beati quorū remisse sunt iniquitates z quorum tecta sunt peccata. Quo contra filij babylonis: erubescūt cōfiteri peccata sua sacerdotibus Christi: z

Psal.

non erubescunt iactare se de eis z publicare illam coram multitudine hominum p̃ditorum predicantes illa sicut dicit ꝓphe ta. Peccata sua predicauerũt sicut Sodoma:nec absconderunt. Sic sic fornicaria est:in fronte sua habet scriptum nomẽ misterij:babylon magna mater fornicationũ z abhominationum terre:nimirũm:q̃ nõ abscondit confusionem suam: sed gaudet vt pateſaciat illam:nec confunditur de ea: sed gloriatur:iuxta illud ꝓphete:qõ de q̃busdam dicitur. Confusione confusi sunt: quin potius:non confusi. Quid est autez. Confusi sunt:quin z potius nõ confusi: ni si quia desperati quiq̃z z re quidem ipsa cõfusionis confusi sunt vehemẽter:sed tamẽ erubescunt erubescere ad penitentiam cuz sint confusione z erubescentia digñ? Unde z per eundem prophetaz dicitur. Frõs meretricis facta ẽ tibi:noluisti erubescere. Ob hanc ergo maxime causam: vocata est babylon domina regnorum:vt nõ tam habens confusionem:q̃z ipsa confusio esse intelligatur:z quasi erubescẽtia vniuerse terre. Siq̃dem babylon confusio interpretatur. Scriptum est autem nomen ipsum in fronte ipsius:quia continue inueniunt reprobi exemplum huius nominis: vt non confundant̃ male agere dicẽtes. Hoc agũt illi:ex hoc illi:erimus z nos sicut vnus eorum. Sequitur.

Tex.5 ¶ Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorũ:& de sanguine martyrum christi.

¶ Ciuitas vt iam dixi reprobozuz que dicta est babylon:non tantum romana ciuitas extimãda est:aut ipsa(quod absit) scõz totum:sed vniuersa multitudo hominum impiorum z natorum scẽm carnem: de q̃bus dicit apostolus. Sicut tunc qui scẽm carnem natus fuerat: persequebatur eum qui secundũ spiritum:ita z nunc. Hec ergo ciuitas ebria est de sanguine sanctoruz qui occisi sunt ab origine mundi:quia ipsa cuz filijs suis fitiuit sanguinem eoruz z effusus est in medio eius:z de sanguine martyruz iesu:qui occisi sunt in nouo testamento p̃ter fidem ipsius: Sequitur.

Tex.6 ¶ Et miratus sum cũ vidissem illam admiratione magna.

¶ Qui ad hoc translati sunt in desertuz a spũ: vt preterita priorum seculorum misteria spiritualiter intelligere queant: primo quidem incipiunt sentire:q̃ nonnulla sic scripta sunt:vt aliud significent q̃z sunt ipsa:deinde cum aliqua occurrunt:que nimis archana esse videbantur: admirãtur admiratione magna:maxime in illis imaginibus que omnino sunt insitate: vtpote in huiuscemodi mulieree:z bestia q̃ portat illam:habente capita septem:z cornua decem. Et admirantur autem q̃ scitũ illa aliqua designare:z tamen ad illorum noritiã per seipsos nequeunt peruenire. Verum q̃ omnia tempus habent:ne diutius admirentur discipuli veritatis in typo eoruz quibus oportet multa mysteria que hactenus latuerunt in litteris vtriusq̃z testamẽti sexto in tempore aperiri. Loquitur adhuc Joannes qui iã translatus erat in desertuz z dicit.

Tex.7 ¶ Et dixit mihi angelus. Quare miraris. Ego tibi dicam sacramentum mulieris & bestiæ quæ portat eam:quæ habet capita septem & cornua decem.

¶ Sacramentum in diuina pagina in bona parte accipi consueuit. Dicitur enim sacramentum:quasi sacrũ mysterium: z quasi signum sacre rei verum hic sacramentũ: vt ego arbitror ꝓ simplici mysterio est accipiendum:nisi forte sacramentum non tã quis ad mulierem z ad bestiam:q̃z ad sacrum dei consilium dixerit referẽdum:qui tegit hec z illa pro tẽpore z aperit omnia quando vult:Notandum vero non ita angelus ille qui locutus est Joanni aperuit hoc mysterium vt peruenirent eo tempore

sicut erat futurũ:ad notitiam generis humani:sed typum tenuit:vt iam dixi spiritualium virorum:qui erant in tẽpore sexto perfectis discipulis ostẽsuri. Alioquin si adhuc verba ista expositione non egent in veritate:septem montes extimanda sunt septem capita bestie:z in veritate ipsa bestia:non regnum hominum impiorum:q̃z quadrupes silue:qõ q̃z sit abhinduum z diuersum a fide:ille alius angelus qui locutus est Danieli:si tamen alius est z non ipse manifeste aperit cum dicit. Bestia quarta quartũ regnũ erit in mundo:quod maius erit omnibus regnis: z destruet vniuersam terram z comminuet eam. Igitur ex posituri verba ipsa:que dicuntur exposita:quod isdem angelus dixerit audiamus.

Dan.

Tex.8 ¶ Bestia quam vidisti:fuit & nõ est:& ascensura est de abysso & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitanres terram: quorũ non sunt scripta nomina in libro vite a constitutione mundi:videntes bestiã quæ erat & nõ est. Et hic est sensus qui habet sapientiam; septem capita:septẽ mõtes sunt: sup quos mulier sedet: & reges septem sunt. Quinq̃ ceciderũt, & vnus est:& vnus nondum venit:& cum venerit: oportet illũ breue tempus manere.

¶ Dictum est in precedentibus q̃ bestia ista terribilis z inuisa vniuersas gentes significat infideles que aliquando subiecte fuerunt romano imperio:z persecute sunt Christum z ecclesiam eius:ab exordio ipsius incipientibus ab herode:Et per ꝓpria quidem tempora coruens in septem capitibus steterit:vti iam diximus in septimo capite a tempore z̃ abomet vsq̃z ad presens. Quod autem dicit Angelus. Fuit z nõ est sexto tempore. i ecclesie ascribendum est:sub quo percussa prius babylone ne superabitur a Christo:ipsa Bestia:sicut ostendatur inferius:cum locus ipse iam alibi memoratus in suo ordine exponetur. Dicit autem non est:quia cessare oportet velut ad horã veritatem ipsius:prevalente Christo z multitudines eius. Ascensura est autem post modicum:bestia ipsa que iam putabatur interfecta:de abysso populi infidelis ad suggestionem draconis:z scandalizabuntur terreni homines z carnales:quorum nõ sunt scripta nomina in libro vite a constitutione mundi dicentes ad inuicez in cordibus suis. Si esset iste iesus quez colimus verus filius dei:nequq̃z persecutio gentiuz: que nuper sedata est:iterum consurgeret in tãta potentia ad dispergendas reliquias populi christiani:sed apparet manifeste q̃ nihil possit:quando quidem confessores nominis eius eius dispergũtur de terra. Mõ eniz credent accidere hoc ex permissione filij dei qui permitter eleuari eam vsq̃z ad nubes:sicut eleuatus est Simon magus: vt corruat in profundum:z dispereat vsq̃z in finem:sed ex iudicio furoris dei qui velit quasi seducuz ab homine crucifixo delere de terra populũ xpianũ. Maxime q̃z exurget pseudo xpi:z pseudo ꝓphete(ad seducendum si fieri possit:)etiã electos. Hec est enim hora illa temptationis de qua dicit dominus angelo philadelphie. Ego te seruabo ab hora temptationis que ventura est in orbem vniuersum temptare habitantes in terra. Quod autez dicit angelus. Hic est sensus qui habet sapientiam:septem capita: septem montes sunt: super quos mulier sedet:z reges septez sunt: q̃ que ceciderunt:z vnus est:z vnus nondũ venit:z cum venerit oportet illum breue tempus manere:manifeste indicat expositionem suam esse occultã:z alia expositione indigere:vel certe sapientes esse debere quibus exp̃landa sunt verba ipsa: vtpote sint capere q̃ dicũt:iuxta illõ apostoli. Sapiẽtiã loquimur inter pfectos. Superius

Christi seduc.

autem dixerat angelus. Bestia quam vidisti: fuit & non est: nunc autem dicit. Septem capita: septem sunt montes: super quos mulier sedet. Si autem bestia fuit & non est: quomodo capita dicit esse mõtes: nisi quia vsus est scripturaruz sanctarum: vt nonnunquaz presens tempus ponatur pro preterito & futuro? Ponit ergo: sunt: pro: fuerunt: sicuti & nos ipsi plerunqz facere consueuimus. Porro ipsi montes qui fuerint: & in ianua huius libri dictuz est: & in quarta parte nisi fallor: diligentius replicatum. Primum caput fuit regnum Herodis & successor eius. Secundum imperium Romanoz vsqz ad Diocletianum. Tertium: quartum: quintum: & sextum: quatuor i opere memorata regna arrianorum: Septimum caput reguz sarraceno/rum. Sed & reges quinqz qui crediderũt: qui fuerint in eisdem locis dictum est. Nõ est autem dictum: & in ipsis septem capitibus: septem reges sunt: vt quasi singulum caput habuerit singulum istorum septem: (maxime cuz decem cornua: decem reges designentur:) sed ait. Et reges septez sunt: vt non ipsi septem reges singuli per singula capita: sed alio modo surgere intelligantur (hoc est) per singula septem temporuz: de quibus in hoc opere frequẽter & latius locuti sumus. Non enim septem capita bestie singula per singula tempora orta sunt: sed sicut ostendit melius in Daniele. Primum caput in primo tempore. Secundũ in secundo. Quartum in tertio. Septimũ quarto. Exinde septimum caput perseverat vsqz ad sextum tempus: in quo & deficiet: aut quasi deficiet surrecturum post modicum vt dispareat in eternuz. Reges ergo septem: non per septez capita: sed per septem tempora assignandi erant: & ideo ait. Et reges septem sunt: Horum primuz (vt iam scripsimus) fuit herodes cum successoribus suis. Secundus Nero cum successoribus suis. Tertius Constantius arrianus: cum successoribus suis. Quartus mohamith: vel potius Chosroe rex Persarũ cuz successoribus suis. Quintus is qui primus in partibus occiduis: cepit fatigare ecclesiam pro inuestitura ecclesiarum ob quam causam multa scismata & tribulationes orta sunt ex eo tempore in ecclesia dei: Sextus autẽ rex de quo dicitur: Et vnus est: & ille est rex vndecimus in Daniele: in cuius tempore aperienda est ad liquidum reuelatio ista: & percutienda noua babylõ: ab eodem rege & complicibus suis: post cuius percussionem occidetur. Septimuz caput bestie: quasi ad mortem: & dabitur tranquillitas ecclesie christi. Porro inter sextã persecutionem: & aliam que erit sub illo rege de quo dicitur: & vnus nondum venit: futurum est breue temporis spatium ad respirationem fidelium: deficiente in persecutione babylonis imperio: quod est itus: & imperio bestie quod est extra: quoniam vtraqz morietur. Uerumtamen babylon oratio: bestia adhuc veluti demone resurget: Ascensura est enim de abysso: vt faciat adhuc vnam persecutionez veluti in octauo loco: & protinus ibit in interitũ de quo vlterius non resurget. Uñ & mox subdit.

Tex.9 ¶ Et bestia quæ erat & non est: & ipsa octaua est: & de septem est: & in interitum ibit.

¶ Si haberet ista bestia octo capita: non diceretur. Ipsa octaua est: & de septem est: sed tñ: octaua est Diceretur enim octaua in octauo capite: in quo tñ modo superesset. Sed quia septimum caput bestie morietur: & resurget: & etiam de reliquiis errorum: aliorum capitũ: apparebunt simul: erit quidem congregatio illa pessima octaua & pro tempore & successione: sed tamen de septem erit: qz in ipsa erit collectio oiuz errorum: qui in septem capitibus ostenñ sunt: regnante illo rege septimo: qui erit fons malitie & vas erroz: i quo requiesset plenitudo iniquitatis & origo negtie: Uel hoc cũ creuerit iniquitates: vt cõsumentur oia que scripta sunt. Interim sub rege sexto pcutietur babylon a bestia & a regibus

suis: & nihilominus ipsi reges pugnabunt cũ christo: & christus vincet illos in gladio oris sui. In gladio non materiali: sed in gladio spiritus: quod est verbum dei. Non enim deesse poterunt reliquie in quibus pugnet & vincat: quia omnia quecũqz voluit fecit in celo & in terra. Mã sequitur.

T.10 ¶ Et decem cornua quæ vidisti in bestia: decem reges sunt: q regnum nondum acceperũt: sed potestatem tanquam reges: vna hora accipient post bestiam. Hi cum agno pugnabunt & agnus vincet illos: quoniam dominus dominorum est & rex regũ: & qui cum illo sunt uocati electi: & fideles.

¶ In Daniele dicitur: vnum regem surgere post decem. Hic autem de sexto rege dicitur: vnus est: & de decem cornibus: decem reges sunt qui reguum nonduz acceperunt. Hoc autez quomodo intelligi possit: non video nisi vt sub nomine sexti regis: alius surgere intelligatur post alium: quatenus post illuz de quo dicit ioannes: Unus est: quem ppter tẽporis instantiam puto fuisse Saladinũ famosissimũ illuz regem turchoz: a quo nuper capta est illa ciuitas in qua passus est christus: surgat alius in successionem ipsius: sicut sint aliqbus mediis: siue nõ: & ille sit de quo dicitur in Daniele: Et alius surget post eos: & ipse potentior erit prioribus: Quod si ita est: recte nõ dicitur de decem regibus: Una hora regnum accipient: post regem sextum: sed post bestiaz: qz alius forte rex regnabit super bestiam: quando decem reges illi regnaturi sunt: alius cũ incipiet consumari id quod dicitur. Et vnus est: Etenim sm Danielem (regnantibus decez regibus illis singulis in locis suis) oportet surgere quendã paruum regẽ de medio illoz: qui humiliabit tres illoz: facturus est preliuz contra sanctos: & ob hoc: aliquantulũ res venit in dubium: Utrũ prius decez reges illi conuenientes cum vno aliquo magno rege: qui regnaturus sit super regnũ illud quod vocatur bestia: percussuri sint pariter babylonem: & postea regnaturus sit ille qui tres illoz regum humiliabit: & facturus est preliuz contra sanctos. An vnus idemqz sit sub quo simul vtrunqz oporteat consumari. Quocunqz autem modo: istud factuz sit: idcirco pmissum est de pugna illoz regũ & agni: qz intentio quidem eorum & pugna tota erit contra Christũ: & contra confessores nominis ipsius: sed tamẽ vincendi sunt a Christo & militibus eius: quia qui cum illo sunt vocati: electi sunt & fideles. Fieri tñ põt: vt vtrũqz simul fiat: & pcussio. s. babylonis: & psecutio electoz nesciẽtibus causaz iudicij dis qchristianos affligũt: nescientibus inqz qz oporteat eos vincere in illa parte que pertinet ad babylonem: in ea vero que pertinet ad ierusalem: superari in certamine a rege Christo: ibi quia iratus est deus falsis christianis: hic quia fidelibus suis & electis placatus: & ideo vtrunqz simul dicit: qz in vno sexto tempore pariter vtrunqz continget. Porro: victore Christo superabitur bestia: & esse desinet que fuit: ita vt dicatur. Fuit & non est. Sed cum hoc forte tenere putabitur: & diligenter amplecti: repente rex ille vnus qui scriptus est vndecimus in Daniele: surget (vt putamus) contra decem: & humiliatis tribus magnificabitur nimis: & faciet omnia illa mala de quibus in quarta parte sufficiẽter tractauimus. Uerum hoc post ruinam babylonis: & bellum quod habituri sunt ipsi reges cum martyribus Christi. Huc qz precessi sermo de victoria Christi: qd etiaz de casu babylonis dictum sit: audiamus. Nam sequitur.

¶ Et dixit mihi aquas quas vidisti ubi meretrix sedet. populi

Sala.

Nota

sunt & gentes & lingue. Et decem cornua quæ uidisti in bestia: hi odient fornicariam & desolatam facient illam & nudam: & carnes eius manducabunt: & ipsam ignem concremabunt.

¶Quamdiu aque iste permanent in suo statu: non possunt preualere reges gentiuz contra babylonem: quia ipse sunt que pugnant cõtra illos pro ea. Sed quia effusio phyale sexti angeli desiccat eas: non est fiducia in potentia eorum: quia dominus ipse est qui pugnat per impios contra eam. Unde mox subditur.

T.12 ¶Deus enim dedit in corda eorum: ut faciant quod illi placitum est: ut dent regnum suum bestiæ donec consumentur uerba dei.

¶Dixerat superius de his regibus. Hi vnum consilium habent z virtutem z potentiam suam bestie tradent. Nunc autem dicit. Dominus enim dedit in corda ipsorum vt faciant quod illi placitũ est: vt dẽt regnum suum bestie donec consumentur verba dei. Tale est enim ac si diceretur. Ciuitates reges qui erunt in exteris regionibus q rex ille qui erit princeps bestie pugnabit cum his qui subiecti sunt romano imperio: iam tunc in multis regibus ciuitatibus: z preualebit: inuitatis ab eo: z monitis z terroribus in adiutorium suum: habebũt pariter vnum consilium: quid eos oporteat respondere: z tandẽ q oẽs vno animo odiunt christianos: z maxime romanũ imperium: quicquid poterunt habere virtutis z potentie in armis bellicis tradẽt potestati illius regis: ita vt ipsi quoq; obediant mandatis eius: z sint in adiutorium ipsius ad faciendum iudicium quod placitũ est deo: nescientibus ipsis. i. vt faciant fornicariam desolatam a filijs: z nudaz a substantia vt occidant infirma eius in ore gladij: z fortia ipsius igne tribulationis consumant. In carnibus. n. infirma in ossibus fortia designantur. Mandducant autem aduersarij carnes eius: z ipsa que in solo osse relinquitur: concrematur igne: quando eos qui infirmiores sunt: z quasi viliores: occiduntur in ore gladij: eos autem q fortiores z charioteos: afflictos z delusos diutius venire ad suum finem per tormenta compellunt. Sed hac in re considerandũ est diligentius: q in hac tribulatione tria genera hominum suspensa erunt velut in cruce: z vnum quodq; remunerabitur ꝑ differentiam cordis sui. Alij enim puniẽtur sine causa flagelli: vt sequãtur vestigia regis sui. Alij quasi duo latrones: quorũ vnus conpunctus est in flagellis: z ideo misericordiam consecutus: vnus indurat⁹: z ideo a consortio electorum seclusus. Tua ergo erit persecutio que inoluit christianos in die illo: sed non vnus profectus quia alij per ipsam coronabuntur martyrio: alij cognoscentes reatum suum z dicentes: iustus est dominus quia peccauimus ei: consequentur veniam: alij blasphemantes christum z dicentes. Si vere esset hic filius dei: nec ipse se permitteret crucifigi: nec nos tradi sineret in manus inimicorum suorum: tradentur de terra: vt hi qui relinquentur electi: puriores sint auro quod per ignem probatur. Et hec quidez futura sunt in proximo: etiam si dispiceat filijs huius mundi: etiam si multis auctoritatibus muniat partẽ suã subtrahentes z consutantes eos qui annuntiãt ista. Et ne forte non reciperent expositionem moderatam in tam tam graui z taz duro iuditio: noluit angelus qui loquebatur ioanni pertere silentio: que esset hec mulier: de qua tam sinistra loquebatur: sed peracta expositione in fine verborum suorum conclusit

dicens.

T.13 ¶Et mulier quam uidisti est ciuitas magna quæ habet regnũ super reges terre.

¶Non solum autẽ ex auctoritate huius libri: z ex presenti loco traditum est nobis a patribus: q Roma sit in sẽ i. in tu babylõ: verumetiam ex sententia petri qui scribẽs aliquibus ex vrbe roma. Salutat vos ingt ecclesia que est in babylone. Sz in hoc verbo: consolatio non modica facta est populo qui vocatur romanus: quandoquidem in ipsa vrbe que vocatur babylon peregrinatur ciuitas ierusalem: ita vt non possit colligi nisi de fine qui sunt in ea filij babylonis: z qui filij ierusalem: nequis: aut confidat de ea sterliter propter bona que promissa sunt a domino apostolo petro dicente. Tu es petrus: z super hanc petram edificabo ecclesiam meam: z porte inferi non preualebunt aduersus eam: aut diffidit pp omnia mala que scripta sunt i hoc libro: si quãuis corpore peregrinetur in ea: non fuerit de filijs babylonis: sed de filijs ierusalem: qui plerũq; egrediuntur simul ex vno vtero sicut Esau z Jacob: q potens est deus: vt ait petrus: homines pios de temptatione eripere. Hec putanduz q ciuitas ipsa solos ipsos complectatur: qui murorum ipsius ambitu circũscripti esse videntur: sed omnes qui pertinẽt ad imperium eius: quod licet sit diuisum: z dilaceratum in partibus: vt ostẽdatur appropinquare desolatio eius: vnum tamen est in populo christiano: maxime autez in latino: qui per omnia romano pontifici subiectus esse consuevit: z si et filij babylonis instigati diabolico spiritu in hys que pertinent ad deum: subiecti esse non possint. Nonnulli vero contempta expositione sanctorum patrum Jeronymi z Augustini adherent illi verbo sancti Gregorij pape: qui dicit se audisse a quodam viro: q dicebat se audisse ab alio: dixisse beatum Benedictum quidam aliquid loquenti de ea Roma agentibus non destruetur: sed terremotibus fatigata in se ipsa marcesset. Sed esto sit hoc quod dixit: si sanctus Benenedictus hec dixit. Beatus papa Gregorius mox subinfert hoc in suis diebus apparuisse completuz nimirum quia non de populo: sed de menijs dixerat ciuitatis. ¶Multas denique ciuitates olim famosissimas z superbas videmus funditus subuersas vsq; ad solum: sicut z de Jerusalem dominus dicit. Et non relinquent in te lapidem super lapidem: secundum q timuit vir ille: ne accideret Rome per populum z regem Gothorum: super quo dicitur habuisse responsum a sancto Benedicto: q Roma a gentibus non destrueretur: sed de remotibus fatigata: in seipsa marcesceret. Non enim eo modo minatur seruo diuinus ciuitati: que habet regnum super reges terre: quia non lapides: z parietes peccauerunt domino: vt cure sit domino lapides iudicare: sed magis vt relinquantur multe domus (vt ait prophęta:) magne z pulchre sine homine: z desolentur ciuitates ab habitatoribus suis. Sequitur.

Cap. 18 Tex. 1

¶Et post hoc uidi alium angelum descendentem de cœlo habentem potestatem magnam & terra illuminata est a gloria eius: & exclamauit forte voce dicens. Cecidit cecidit Babylon illa magna: & facta est habitatio demoniorum: & custodia omnis spiritus immundi: & omnis volucris immunde: & odibilis.

¶Alium angelum se vidisse dicit respectu huius angeli q sibi oñderat dãnationẽ meretricis magne. Nõ. n. vnus ordinis ministros habet deus: sz diuersorum: ne si

vnius tantum essent ordinis integrum z perfectum testimonium tam sublimi// bus rebus perhibere non possent. Ju// de est: q alij de templo quod est in ce lo: reseruntur egressi: alij de celo sim// pliciter descendisse narrantur. Quare hoc? Quia alij egrediũtur de ordine com/ uentualiuz designato in templo: alij de vi ta solitaria z contẽplatiua designata in ce/ lo. Et illi quidem angeli qui egressi sunt de templo: plures sunt: quia in vita quẽtuali veluti diuersa membra: diuersis actioni/ bus deputata conueniunt in vnum cor// pus designatum in vno templo de quo an geli ipsi egressi sunt effundere phyalas ira cũdie dei. Qui aũt dicit descendisse de ce/ lo solus scribitur: z vnus est: q: ad vitam contemplatiuam pertinet illud vnum de quo dominus ait. Porro vnum est necessa rium. Sed z illi angeli non dicuntur de/ scendisse: sz tantum egressi fore de templo Hic autem angelus de celo describitur de scendisse: quia in ordine conuentualiũ: pre sto est assidue vita actiua: z quando aliquis conuersatur inter fratres loquitur verba dei: exire magis dicitur: qz descendere: quia sepe loquitur cum eis verba commu nia quibus aliquando loquitur verba dei: Vita vero contemplatiua: que omnino in diget solitudine: quasi quoddam celuz est: altius eminens a rebus humanis: a qua q aliquando egreditur: vt loquatur homini bus: satis condescendit eis quibus loquit: z si verbuz dei: eo q a proposito z vita sua alienum sit: z vt ita compatiatur homini/ bus: non nisi magna z euidens exto: que/ re aliquando necessitas possit. Habitu/ rus est aũt iste predicator: siue solus appa/ reat: siue cum sotijs: claritatis sue magnaz potestatem in loquendo verbum dei: sicut z de domino nostro scriptum est. Loque// batur tanquam potestatem habens non si cut scribe eorum z pharisei. Sed z terra il luminabitur a gloria eius: sicut sub sexto angelo tuba canente: nescio an de isto: an de alio dictum est: quia non adhuc in ob/ scuro enigmate: sicut olim: sed velud i cla ritate solis annuntiabit hominibus veri/ tatem dicens: z annuntians manifeste: q omnino imminebit ruina ciuitatis super/ be: z collecta in inferno fiat habitatio de// moniorum z custodia omnis spiritus im/ mũdi (hoc est diabolici) z custodia omnis volucris immunde (hoc est) cuiuscunq; anime deputate penis eternis: z odibilis: pre confusione nuditatis sue: que aliqua n do erat induta purpura z bysso: ornata margaritis z lapidibus pretiosis. Sed quare istud patiatur ostenditur cum proti nus subinfertur.

Tex.2 ¶ Et de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes: & re// ges terre qui cum illa fornica/ ti sunt: & mercatores terre de virtute delitiarum eius diuites facti sunt.

¶ Quod dicit. De ira fornicationis eius biberunt omnes gentes: in quarta parte li/ bri explicasse me recolo: in loco illo: vbi post angelum cui datũ est euangeliũ eter nũ secutus est alius angelus: qui diceret id quod in hoc loco angelus iste dicit: ceci dit: cecidit babylon illa magna ꝛc. Unde quia in libro isto: iterum atq; iterum reca/ pitulatio facta est: arbitror: q iste sit ille an gelus: qui sub sexto angelo tuba canẽte di/ citur descendisse de celo: z qui circa finem quarte partis loquitur: vt iaz dixi: z dicit. Cecidit cecidit babylon magna: que a vi no ire fornicationis sue potauit omnes gẽ tes. Utrum autem ipse sit vnus de viris il lis qui venturi sunt: quid opinio interim tenere queat: in eisdem partibus dictum sufficiat. Reges vero terre esse prelatos ec clesiarum: quorum aliqui fornicantur cuz Babylone superius dictum est. Quod autem sequitur. Et mercatores ter// re de virtute delitiarum eius diuites fa/ cti sunt: ad falsos sacerdotes: z hypo/ critas referendum est qui negotiantes

regnũ dei: inhiant tẽporalibus lucris z que runt verbis subdolis placere de vitibus huius mundi: quorum virtus est in de litijs carnis: vt ipsi diuites fiant: z possint de cetero viuere in delitijs: attẽdẽtes quo modo eis indeficientes delitiaz redditus constituti sint: ita vt largientes multa: sem per illis proueniat: quod largiri queant: z nunq; deficiat quod largiendum sit. Hec est enim virtus delitiarum babylonis: qua diuites fiunt mercatores terre. Ceterũ qui fic ad tẽpus participat delitijs eius: vt ta/ men sup hoc ipso doleat: z ingemiscat: po test si vult recedere a consortio eius: z redi re ad regem suuz q redemit illum: ne forte si diu steterit apud eaz cogatur particpa/ re magnis delictis eius: z superueniẽte po ra vltionis accipiat de plagis illius: puniẽ te in eo domino: quod ipse in seipso parui pendit punire: Nam sequitur.

Tex.3 ¶ Et audiui aliam vocẽ de ce/ lo dicentem. Exite de illa popu/ lus meus: & ne participes sitis de lictorum eius: & de plagis eius non accipietis: quoniam perue/ nerunt peccata eius vsq; ad cœ/ lum: & recordatus est dominus iniquitatum eius.

¶ In hoc loco sicut z in multis alijs scri ptura diuina: celi nomine designatur. In ea siquidẽ auditur hec vox: q: tã hoc ipsuz licet alijs vel bis scriptum erat in libro Je/ Jerem. remie dicẽtis. Recedite de medio babylo nis: z de terra chaldeorum egredimini: z estote quasi hedi ante gregem: quoniaz ec ce ego suscitabo: z adducã in babilone cõ/ gregationem gentiũ magnã de terra aqui lonis: z preparabuntur aduersus eam: z in de capietur sagena eius quasi viri fortis interfectoris nõ reuertetur vacua. Et erit babylõ in p̃dam: oẽs vastantes eã replebũ tur: ait dñs. Igitur quod hic dicitur. Qua si de celo auditũ est: q: quod scriptũ esse videtur de illa babylone que percussa est a medio: totũ secundũ spiritũ intelligẽdum est de ista: qua percussuri sũt reges illi de qui bus supra locuti sumus: maxime cũ illa di catur fuisse percussa ab imo rege medorum. Jeremias autem aduersus babilonẽ: non vnũ tantum regẽ: sed multos z terribiles venturos esse predixit. Sed qua ratione populus domini exire potest de babylone cũ regnum istius: toto pene orbe terraruz cõstet esse diffusum. Sed z quomodo de illa egredit qui in illa nũq; fuit. Si autez adhuc in illa est qui de illa iubetur exire: quomodo potest non esse particeps delic/ torum eius? Sed notandum est: q illum necesse ẽ accipe de plagis eius: qui vsq; ad horam percussionis eius mane in ea etiam si sit electus quem admodum ille latro qui sispensus est cum Christo in cruce: z propter bonã confessionẽ audire meruit. Amen dico tibi: hodie mecuz eris in para diso. Qui ergo non vult esse particeps fla/ gellorum eius: aut omnino ascendat in mõ tem cum Abraam ad vitam spiritualẽ: aut saltẽ transeat moribus insegor: z cõtineat Genesi. si in ea dignos interim faciens penitentie fructus. Alioquin: q deus vltra non pati tur extollentiã babylonis: necesse est sicut dixi: vt flagelletur cum ea: qui negligit pre uenire horam desolationis ipsius: Sed q̃ re nõ patitur vltra deus: qui passus est: ha ctenus vsq; ad presens? Quia venerunt i/ quit) peccata eius vsq; ad celũ. Non enim sufficit filijs babylonis: q persequũt cõti/ nue mẽbra Christi: verũz etiã ponẽtes os suum in celum quotiẽscunq; cõtingit eis aliquid aduersi nõ metuunt blasphemare vnigenitũ dei pro salute omnium pepẽdit in cruce: z dicere verbũ in deum viuum q solẽ suum facit oriri sup bonos z malos: z pluit sup iustos z iniustos. Et quoniã pro nimia patiẽtia sua: visus est tradidisse obli uioni omnes iniquitates meretricis huius magne: in quibus versata est a diebus an tiquis. Cum inceperit percutere eam pla/ ga insanabili z inaudita: videbitur accẽde-

re illud quod ibi protinus subiunctus est. Et recordatus est dominus iniquitatum eius. Quarū iniquitatum? Illarum quas perpetrata est in persequendo filios Jerusalem quibus ꝛ dicitur.

Tex.4 ¶ Reddite illi, sicut ipsa reddidit vobis: & duplicate illi duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit vobis, miscete illi duplum.

¶ Miruꝫ quomodo electis nunc dicitur. Reddite illi: sicut ipsa reddidit vobis: ꝛ cum quasi eoꝝ manibus iudicanda tradatur: aut quasi i potestate illoꝝ sit quātum hec antiqua meretrix debeat puniri: maxime cū videatur cōtrariū verbo domini dicentis. Orate pro persequētibus ꝛ calumniantibus vos. Sed sciendū est q̄ nō semper precipit dominus orandū pro inimicis: maxime si sint inimici dei: sed pro tēpore ꝛ ad tempus (hoc est) vsq̄ ad tēpus statutuꝫ: in quo post diem patientie: sequitur dies iudicii: ꝛ tempus sanctorum i quo incipiet dominus iudicare mundū: ꝛ reddere vnicuiq̄ secundum opera sua. Alioquin si semper orandum est pro iniquis: ergo: ꝛ inuita futura. Oramus siquidem pro impijs ꝛ iniquis: quamdiu spes est vt conuerti queant: ne forte qui putaꝫ reprobus fit electus. Quando autem iniquas impiorum peruenit vsq̄ ad celū: ꝛ vsq̄ ad blasphemiā spiritus sancti: ꝛ certū est q̄ egressa sententia velit deus iustus auferre malum de terra: quis audeat contra sententiā Joannis orare pro peccantibus peccatum ad mortem: ꝛ odientibus ac blasphemantibus eum qui nos redemit sanguine suo? Reddent autem in die illa filij ierusalem fornicarie ciuitati: secundum q̄ ipsa reddidit eis: ꝛ duplicabunt ei duplicia secundū opera ipsius: q̄ secundum improperia ꝛ iniurias quas passi sunt ab ea subsanabūt illam: ꝛ duplo. etiam confundent faciem illius q̄ ipsi confusi sunt ab ea: cum venerit dies calamitatis sue. Scimus enim q̄ filij huius mundi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt: ꝛ q̄ infirma mundi ꝛ ignobilia ꝛ contemptibilia que elegit deus pro illoꝝ simplicitate: tradita sunt dominio ꝛ potestati eoꝝ qui esse in hoc seculo fortiores videntur. Et hoc quidē nō casu aliquo: sed permittēte iusto iudice deo qui aliquando filios israel tradidit potestati egyptioꝝ vt discerent non alta sapere: sed humilibus consentire. Sic sic ꝛ in hoc tempore voluit filios babylonis habere dominium ꝛ potestatem: filios vero ierusalem subijcere seruituti: quatenus per multas tribulationes ꝛ iniurias perueniant ad regnum dei: in quo pauperes: facile diuites difficile ingrediuntur. Sunt enim ꝛ diuites: licet per pauci: qui habēt plures familias: seruos ꝛ ancillas: ꝛ tamen perueniunt ad regnum dei: q̄ his quibus prelati sunt tēporaliter: ac si patres filijs miserētur: ꝛ eam in illis indulgentiam facere studeant: quam ipsi ab omnibus domino cupiunt obtinere. Ceteri autem non sic: sed si quando subiecti eoꝝ grauati onere seruitutis murmurant contra eos: non considerantes q̄ tales potius elegerit totius dominus creature: pro modico ꝛ contēnēdo verbo reddunt eis graues iniurias: vocātes eos seruos ne q̄ꝫ rusticos ꝛ pernīros: operientes facies eoꝝ ignominia: ꝛ cuꝫ magna confusione ꝛ reuerentia a suis conspectibus expellētes. Ergo ꝛ ipsi humiles cum venerit tēpus eoꝝ operiēt confusione ꝛ reuerētia facie babylonis dicētes Ecce est illa babylō ciuitas supboꝝ: que oli opprimebat humiles in potentia sua: modo facta est quasi lutum platearum: ꝛ quasi stercus terre plena omni ignominia ꝛ confusione perhemni. Quasi ergo dupluꝫ reddent ei electi: improperantes eis miserias calamitatis sue: q̄ nō solū sup tēporalibus iniurijs quas incurrent: cōfundent faciēꝫ reddētes ei vicem p vice: verūetiā sup penis tartareis in quibus deputata est i eternum. Unde ꝛ mox subditur.

Tex.5 ¶ Quātū glorificauit se & in delitiis fuit: tm̄ date ei tormētū & luctū: quia in corde suo dicit. Sedeo Regina & vidua nō sum: & luctū nō videbo. Ideo in vna die veniēt plage eius: mors: & luctus: & fames: & igni cōburet.

¶ Glorificāt se filij huius mūdi: q̄ nobiles sūt: q̄ potētes: q̄ diuites: q̄ dñi alioꝝ. Sz ꝛ verbū crucis ꝛ virtutē penitus ignorantes: in bonis ducunt dies suos: ꝛ assiunt multis delitijs: sicut diues ille qui sepultus est in inferno. Porro in die illo cū hec illis improbabunt electi: qui modo cōtēnunt ab eis nolētibus recipere correctione eoꝝ: excitabitur ex hoc illis tormētū ꝛ luctus: videtes se omnino constitutos in arto: ꝛ nō posse redire ad assuetas delitias ꝛ honores seculi quos amiserunt. Nō enim ponūt hec oia in corde suo anteq̄ꝫ veniāt vt leuius expta ferant: ideo intollerabilis erit luctus eoꝝ ꝛ irremediabilis afflictio tormentoꝝ suoꝝ: Quia in corde (inquit) suo dicit. Sedeo Regina ꝛ vidua nō sum: ꝛ luctū nō videbo: ideo in vno die veniēt plage eius: mors: ꝛ luctus: ꝛ fames ꝛ igni cōburet. Multitudo hominū superboꝝ gloriatur de regno mūdi: quod sibi videt esse contraditū: ꝛ q̄ sedet quasi regina i perās humilibus ꝛ pauperibus terre. Dicit etiā se nō esse viduam: q̄ confidit de viribus terreno ꝛ principū qui imperant in ea: ita vt nō se credat videre luctū cūctis diebus vite sue: nec sentire aliqd de vniuersis plagis que scripte sūtin hoc libro: supra illud euangelij. In hac die tua que ad pacē tibi nūc aūt absc̄dita sunt ab oculis tuis. Ideo (inquit) vna die (hoc est) vno tēpore: venient plage eius: mors: luctus ꝛ fames. Hec sunt. n. spirituales reproborū plage a die obitus sui. Dolunt morte eterna: ꝛ ideo luctus sequet eternus: Et q̄ non sic moriuntur vt esse desinant: ie surient sine fine: ꝛ qō est deterius: ipsi q̄ esurient? erūt cibus ignis eterni: Justa satis recōpensatio. Pro vita gloriosa: mors pro inepto gaudio: luctus p delitijs: fames pro refrigerio ignis. Et quasi quereret de eo qui ista facturus est: ꝛ quis sit tante potentie qui hoc facere possit: cum nulla videat in terra esse prās que ei fortitudine adequetur adiecit ꝛ ait.

¶ Quia fortis est deus qui iudicabit illam. Tex.6

¶ Tale ē. n. ac si diceretur. Si moriturus assummeret bellū cōtra eaz: ꝛ indignatio omnipotētis dei: cuius ire resistere nemo potest: non esset in causa: posset forsitan vt vsq̄ modo presumere de viribus suis. Sz q̄ ille pugnat cōtra eaz q̄ dicit p prophetā Dies vltionis in corde meo: frustra cōtendit resistere inimicis suis: q̄ domini est voluntas vt vincaꝫ ab eis: q̄ vtiq̄ eis quasi vasis mortis: sicut ꝛ de populo Assur dicit ip se dñs p Jsaiā prophetā. Ue assur virga furoris mei: ꝛ baculus ipse indignationis in ira mea sup gentē fallacē mittā eū. Quis est autē gens fallax nisi que se esse simulat qō nō est? nisi que cōfitet se nosse deū factis autē negat? Uerūtā ꝛ si hic ex pte agit iudicium eius: nō ideo tñ cū morte carnis cōsummationē accipiet. Sed erit quasi quedam ostensio iudicij futuri. Sequitur.

Tex.7 ¶ Et flebūt & plangēt se sup illā oēs reges terre, q̄ cū illa fornicati sunt: & i delitijs suis vixerūt.

¶ Illi reges terre ꝛ rectores aiaꝝ q̄ pp̄ delitias babilonis q̄ deuenūt ad manus eoꝝ: scōz qō ꝛ opa eoꝝ testāt: gaudēt se esse platos ecclesiaꝝ: adeo vt malit offendere vicariū summi pastoris: q̄ꝫ principes mūdi ꝛ babylonis nō poterūt nō placere i die illo: cum viderit trāsire ꝛ nō reuerti qō dulcē amauerūt: ꝛ si p durū valde iudiciū qō sustinebūt i hac vita cogāt intelligere penas eius eternas: ac per hoc studeant longe fieri a conuersatione eius propter timorem tormentoꝝ ipsius. Nam sequitur.

Ex.8 ¶Cum viderint fumum incendii eius longe stantes propter timorem tormentorum eius.

¶Si pugna regum decem materialis nō esset: possemus in hoc incendio inferioꝛē tantum intelligere penam. Quia vero materialis erit: potest simpliciter p incendiuꝫ temporale eius quod passura est: designari i supplicium. Inter fumum vero ꝛ incendium hoc itereſſe cognoſcitur: q fumus plerūq; a longe videtur etiam ab his qui incendium videre non poſſunt: inueniendū vero ne ſemper videatur: obſiſtunt plerūq; ſiluarum nemora ꝛ colles obiecti. Sed vt rum magnum ſit an paruum: de fumi caligine intelligitur. In cendium ergo babylonis: tormentum quod patietur in die illo deſignat: fumus vero famā que longius aduolauit. Stabunt ergo a longe ob timorem tormentorum: ꝛ quia parare ſe nō audebunt ad prelium cōuertentur ad luctū. Et plangent (inquit) ſuper illaꝫ: omnes reges terre qui cum illa fornicati ſunt: ꝛ in delitijs ſuis vixerunt: dum viderint fumū incendij eius longe ſtantes propter timorem tormentorum eius dicentes.

Ex.9 ¶ Veh veh ciuitas illa magna babylon: ciuitas illa fortis quoniam vna hora venit iudicium tuum.

¶Hi qui nō cōſiderāt in die pacis: quaꝫ nulla ſint omnia temporalia q̄ trāſire poſſunt: ꝛ gloriam principum huius ſeculi: q; bus vt ꝛ ipſius pariter honorentur: cū eis adherere contendunt: cum repente viderint accidiſſe quod prius dicentibus non credebant: p amore quo colligati erāt eis: flebant amariſſime: ꝛ lugebunt obſtupeſcētes pro nouitate immutationis ipſius: ꝛ pro timore tormentorū eius: pro poſſe longius recedentes: Et qꝛ ei nō poterūt adeſſe admirātes pariter ꝛ dolētes dicturi ſūt in cordibus ſuis. Veh veh ciuitas illa magna: ciuitas illa fortis: que olim in multitudine populorum: ꝛ in fortitudine militie ſue ſubiugauit orbem: quomodo tā ſubito abſorta eſt: ꝛ redacta ad nihilum: ita vt nec veſtigium ſuperſit memorie magnitudinis eius? Unde ꝛ per prophetam dominus ait. Et erit babylon illa gloriosa in regnis inclita in ſuperbia chaldeorum: ſicut ſubuerrit dominus Sodomā ꝛ gomoram ꝛc. Sequitur.

T.10 ¶Et negotiatores terre flebunt & lugebunt ſuper illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius.

¶Negotiatores terre qui ſicut ſuperius dictum eſt. Ipſi ſunt ſacerdotes bruti q; neſciunt que dei ſunt: ſacerdotes animales q; dati ſunt in atrium exterius vt manducēt peccata populi qui vendunt orationes ꝛ miſſas pro denarijs faciētes domū orationis apotheca negotiationis: faciēteſ inq̄ſ locum publicū: ꝛ ſpeluncam latronuꝫ. Debent ergo ꝛ flebunt ſuper illā qꝛ merces eorum nemo emet amplius: vt pote q; nec ita cōpuncti erubeſcent ſup ſcelere ſuo: ſꝫ tanq̄ſ animales ꝛ carnales hoc tantum cogentur deflere: qꝛ pdiderunt quod amauerunt: qꝛ non erunt quibus vendant mercimonia ſua. Deficiet enim vendendi ſtudium: qꝛ ementium pertranſibit concurſus. Sola remanebit deluſa ꝛ confuſa cupiditas: que ablata ſibi voluptatis materia in vocem fletus erumpet: qꝛ iam quod libet non licet: ꝛ quod ſibi erat propriuꝫ ꝛ familiare carebit. Quaꝫ vero pretioſe ſint ipſe merces quas abutendo: dei munere p carnalib⁹ vendunt aparitur cum ſubditur.

T.11 ¶Merces auri & argenti, & lapidis prætioſe, & margaritæ, & byſſi, & purpuræ, & ſerici, & coci, & omne lignum tinū & omnia vaſa eboris, & omnia vaſa de lapide

lapide prætioſo, & eraméto, & ferro: & marmore: et cinnamomum: & amomum: & odoramē torum: & unguenti: & thuris: et uini: et olei: et ſimile: et tritici: et iumentorum: et ouium: et equorum: et rhedarum: et mācipiorū et animarum hominum.

¶Hec omnia ꝛ ſimilia ſpiritualiter intelecta: cōmiſſa ſunt ſacerdotibus ꝛ clero nō vt cōmutentur p carnalibus: ſed pro ſpiritualibus (hoc eſt:) pro animabus fidelium ꝛ operibus bonis. Sed quid? Nunqd nō a principio preſto fuit ſym̄ō qui oblata pecunia petro ꝛ Joāni: vendi ſibi poſtularet donū ſpiritus ſancti? Sed tūc ꝛ ſi fuit qui emeret: qui venderet: non fuit: ſed magis qui contradiceret tam nefando emptori. Nunc autem ꝛ ſi empto: piger eſſet ademptionem: preſto tamen eſt venditor: ſollicitans animas miſerorum: nō vt humiliter cōſequātur gratiam: ſed vt inſeliciter emāt non vt roborentur celeſti munere: ſed vt ruant pariter cum ruētibus. Deniq; non nullis commiſſum eſt aurum ſapientie: ꝛ argentum eloquentie ad vtilitatem eccleſie: ſed tñ propter hec dona nō electos dei: (qui plerunq; deſpecti ſunt:) edificare queruntſed magis adherere diuitibus huius mundi: vt loquantur eis placentia ꝛ honorentur ab eis: ſicut quondam falſi prophete in ieruſalem qui decipiebant plebem in promiſſione pacis dicentes: pax: pax: cum non eſſet pax. Aliis cōmiſſa ſunt ſacramēta diuina: deſignata in margaritis ꝛ lapidibus pretioſis: pro ſalute viuorum ꝛ mortuorum: ꝛ tamen nolunt ea dare aliquibus niſi: aut accipiāt aliquid: aut accipere ſpērēt. Aliis datum eſt: poſſe operari opera iuſtitie: deſignata in byſſo ꝛ purpura ꝛ ſerico: ꝛ cocco: ſed tamen per hec hominibus ſecularibus: placere querunt magis q̄ſ deo: Parumpendentes id quod dominus ait. Aliis dite vobis ne faciatis iuſtitiam veſtram coram hominibus vt videamini ab eis. Aliis commiſſa ſunt neceſſaria artificia ad operandum quod bonū eſt manibus ſuis ſicut faciebat apoſtolus: deſignata in ligno thimo: ꝛ vaſis eboris ꝛ vaſis de lapide pretioſo: vtpote in edificijs baſilicarum: in cōſtructione monaſteriorū: in deſcriptione libroꝝ: ſed hec ipſa facere nolunt: niſi ſint qui larga manu offerrant ex eo quod abūdant niſi eis retribuatur in hec vita preſenti. Aliis cōmiſſa ſunt exercitia corporalia: que pertinent ad vſum quottidianum: deſignata in erramento ꝛ ferro ꝛ marmore vt operentur manibus ſuis: ꝛ habeant vnde tribuant neceſſitatem patientibus: ſed tamen non ſolum eoꝝ que operātur dare aliquid pro deo nolunt: verūetiaꝫ pro re vilissima charioca extorquere contēdunt. Aliis data ſunt exercitia ſpiritualia deſignata in cinnamomo ꝛ amomo: ꝛ odoramentis: ꝛ vnguentis: ꝛ thure: ſed tamen pro eis laudes hominū ſuſcipere non verentur negligentes illud quod ſcriptum eſt. Amē dico vobis receperunt mercedem ſuam. Aliis datū eſt poſſe reficere corda fideliuꝫ omni doctrina ſpirituali: deſignata i vino ꝛ oleo: ꝛ ſimila: ꝛ tritico: ſed tñ eleuati in ſupbiaꝫ ad plationē aſpirāt: Aliis cōmiſſe ſunt anime fideles deſignate (pro diuerſitate intellectus:) in iumentis ꝛ ouibus: ꝛ equis: ꝛ rhedis: ꝛ mancipijs: ꝛ animabus hominū vt eas cuſtodiant ad ſalutem: ſed tamē cū eas deberēt inſtituere i timore domini: vt placeāt ſoli deo: docent eos placere hominibus aliter q̄ſ oportet: vt poſſint ab eis cō ſequi tēporalia lucra: neſciētes illud quod ſcriptū eſt. Dominus diſſipat oſſa eoꝝ qui hominibus placēt confuſi ſunt: qm̄ deus ſpreuit eos. Ecce hi oēs ſunt negotiatores terre: q cōmutant dona dei p rebus tēporalibus ꝛ caducis aſſētiētibus eis: imo puocātibus: filijs babilonis qui dicūt ſe eſſe fideles ꝛ nō ſunt: ſed ſunt ſynagoga ſathane. Scimus. n. q; nulla gēs eſt: aut populus i oi multitudine eoꝝ q xpiana, profeſſione cē

sentur: que licet sit in magnis sceleribus: non querunt tamen habere ecclesias ⁊ sacerdotes ⁊ clerū: ⁊ etiam aliquando interesse sacris: licet qui indigna participat: iudicium sibi manducet ⁊ bibat. Uerū quia filij ierusalem plerunq; pauperes sunt ⁊ despecti. Filij babylonis diuites gloriosi: quibus putas libentius adherent hi qui non causa dei: sed causa honoris ⁊ lucri: sacerdotalem non tam accipiunt: q̄z vsurpant ⁊ rapiunt dignitatem? Nō ne magis filijs babylonis: qui diu⁹ est: q̄z filijs paupercule tempestate connulse. Et quoniam vtriq; ceci sunt vtriq; pariter in foueam cadunt. Uerumtamen quia causa tantorum sceleruq; in vbe fornicaria principaliter manet: ad iustum superni iudicis pertinet examē vt magna illa meretrix que prouocat alios ad delictum iudicetur prius: qui autem seducti sunt ab ea reseruentur ad luctum videntes ablatum sibi gaudium: ⁊ letitiam seculi quam amauerunt. Non enim possūt mentes carnales de leui obliuisci eorū que amauerunt: maxime cum non habeant cōsolationem de celo: aut aliquid esse putent celi gaudia respectu terrenorum: scriptura attestāte que ait. Animalis homo non percipit que sunt spiritus dei. Sed quia mercēs negotiatorum diligentius annotauit: oportebat etiam beatum Ioannem mutata verbi persona: delitias exprimere babylonis (hoc est) illas delitias pro quibus ijdez negotiatores ad nundinas ipsius babylonis vniuersas merces suas detulisse videtur: facta. s. cōmutatione inter vtrasq; merces. Nam sequitur.

T.12 ¶ Et poma tua desiderii anime tuæ discesserunt a te: & oīa pinguia & præclara perierunt a te. & amplius illa tā nō iueniēt mercatores q diuites facti sunt ab ea.

¶ Ex merces prauoꝝ negotiatoꝝ spūales sint: merces tū babylonis carnales: q̄: vz: merces carnales p eoꝝ carnalibus sacerdotibus dulces nimis esse videt: tradūt q̄q̄ pretiosa pro concupiscentia gule: ⁊ commutant turpis lucri gratia spiritualia pro carnalibus: ammittantes iudam proditorem: qui vendidit dominum pro triginta denarijs. In his autez tribus speciebus: manet principaliter concupiscentia gule. In pomis: in pinguibus: ⁊ in potionibus vini. Uerum hec ⁊ omnia ⁊ similia transibunt ab babylone: ⁊ iam nō erit qui vendat: ⁊ si non desint qui emere querant. Unde ⁊ de eisdem mercatoribus: iam tunc frustratis a spe sua: consequenter adiungitur.

T.13 ¶ Longe stabunt propter timorem tormentorum eius flentes & lugentes & dicentes. Ve ve ciuitas illa magna quæ amicta erat byssо & purpura: & cocco: & deaurata auro & lapide prætioso: & margaritis quoniam vna hora destitutæ sunt tante diuitiæ.

¶ Hec verba lugentium mercatorum nō sunt sp ritualiter accipienda: sed magis ꝑz consuetudinem lugentium: qui solent accipere verbum pro verbo: quatenus p hoc quod dicitur amicta erat byssо ⁊ purpura ⁊ cocco: ⁊ deaurata auro ⁊ lapide pretioso: ⁊ margaritis: fuisse valde ditis: ⁊ gloriosa: ⁊ nobilis: intelligatur. Sequitur.

T.14 ¶ Et omnis gubernator: & omnes qui in longum nauigant: & nautæ: & qui in mari operantur. longe steterunt & clamauerunt videntes locum incendii eius dicentes: Que similis ciuitati huic magne?

¶ Dis: ⁊ Memo: in diuina pagina nō est vniuersaliter accipiēdū: q̄z plerunq; alterū p multis: alterū pro paucis accipiēdū est: Quod enim ait dominus. Omnes quot quot venerunt ante me fures fuerunt ⁊ latrones: non est accipiendum generaliter de omnibus: sed de multis. Et quod ait sanctus Ioannes baptista de christo. Et testimonium eius nemo accipit non ita est intelligendum: hoc nemo: vt nec sancti apostoli accepisse illud intelligātur: sed q; pauci fuerunt qui acceperunt verbum eius respectu eoꝝ qui illud non acceperunt. Scimus autem q; non solum nonulli episcopi ⁊ sacerdotes implicantur negotijs babylonis: vt diuites fiant: verumetiam nō nulli abbates: ⁊ monachi: ⁊ alij atq; alij religiosi: immo non qui sint: sed qui esse videntur. Nomine ⁊ enim gubernatores: prelati cenobiorum accipiendi sunt: nimiruz quia ipsa monasteria naues sūt spirituales. Quarum nauigatio: quia lōga est: nonnulli monachorum querunt elongari fugientes ⁊ manere in solitudine: ⁊ tamen ad extremum ad epulas redeunt babilonis: tabipsius execrandis delitijs astinere nō possunt. Quamuis non sit segniter accipiendum q; dicēomnis gubernator ⁊ omnes qui in longum nauigant: adiecit: Et naute qui in mari operāt. Scimus enim esse aliquos nautas: qui nō naugāt in lōgum ⁊ aliquos operari in mari: q nusq; naugāt sicut piscatores: quia nonnulli monachorū in ciuitatibus manent: nonnulli vero ⁊ parochias habere permissi sunt. Sed isti omnes lugebunt ⁊ flebūt sup excidium babylonis: quam temporaliter amauerunt: videntes (inquit) locum incendij eius. Uidebunt enim ciuitates nobilissimas desolatas vbis monitissimas absq; habitatore. Et quoniam carnales homines nesciunt cogitare nisi gloriam carnis: nec credūt ea que scripta sunt in hoc libro de sancta ciuitate ierusalem: dicturi sunt ad inuicem in die illo: id quod in hoc loco scriptum est. Que similis ciuitati huic magne? Dicturi (iq̄z) sunt verbum istud: ⁊ si quod simile videntes desolationem tam innumere multitudinis ⁊ tanti regni: quod modo ⁊ si legūt in canonicis libris: aut ipsi tamen minus intelligunt: aut plene intelligentibus fidē exhibere non possunt. Et quia fortiter annexi sunt ⁊ corde ⁊ animo ruiture nescientes: aut non volentes viuere absq; epulis eius: non possunt in ruina eius lenire dolorem suum videntes quādoque ⁊ agnoscētes depisse pariter omne quod amauerūt. Nam sequitur.

T.15 ¶ Et miserūt puluerē sup capita sua & clamauerūt flētes & lugētes & dicētes. Ve ve ciuitas illa magna ī q̄ diuites facti sūt oēs q habēt naues ī mari: de ptiis eius quoniam una hora desolata est.

¶ Sicut oleum significat gaudiū: ita pulueris designat tristitiam. Dicunt ergo pulueres super capita sua: qui mentes suas vehementer affligunt. Clamant flentes ⁊ lugentes: dum se dolere supra modum manifeste demonstrant. Dolent autē propter illā: q̄z magis q: miaz libidinis sue irrecuperabiliter amiserūt: iusta illud apostoli. Erūt hoies seipsos amātes. Sz si illi deflēt ruinā eius q eius familiares fuerūt: nūq̄d pro ea flebūt sci q ab illa occisi sunt: ⁊ extermināti de terra: fugiētes de domo ī domū ⁊ ō ciuitate in ciuitatē? Absit. Sequitur. n.

T.16 ¶ Exulta super ea: cœlū & sancti apostoli & pphetæ: qm̄ iudicauit deus iudiciū vestrū de illa.

¶ Celū vocata est ecclesia sanctoꝝ: Doctoro sci apostoli oēs sci ꝓlati: pphete vero doctores sūt q: futura ꝑdicūt. Di ergo oēs pariter letari iubent: sup excidio babylonis: memores eoꝝ que passi sunt ab eisdem diebus pegrinationis sue. Sequtur.

¶ Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarem magnū: & misit in mare dicēs. Hoc impetu mergetur babylon magna illa ciuitas: & vltra iā nō inuenietur.

¶Hoc si ad exẽplũ dictũ est:qđ dicit:hoc vult intelligi. Si autẽ mysteriũ est: aliquẽ de regibus mundi:moralis iste designat: quẽ angelus vnus fortis ab yssuz deiecit eo sozitã ordine:aut cõsimili:quo rex quõ dã Theodoricus in olla vulcani iactatus ẽ a papa ioãne:(vt in regis impijssimi manifesto inditio:) quid multitudo pessima mereat:agnoscat. Clere.n.peritura in seculuz z in penis in eternum mansura:demergetur in thartarũ que actenus regnauit imũdo:z nec ipsa inueniet vltra:nec ea inueni et que diligebat. Transibit enim ad horaz voluptas:z pena voluptatis in eternũ manebit. Gaudia cessabunt:z fletus z vlulatus non desinent. Nam sequitur.

T.18 ¶Et vox cytharedorũ & musicorum & tibia canentium: & tuba nõ audietur in ea amplius: et omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius:& lux lucerne nõ lucebit tibi amplius: & vox sponsi & sponse non audietur adhuc in te.

¶Ecce qualis est portio:qui vite huius gaudia preferunt vite future. Bonũ erat eis per luctũ peruenire ad gaudia quam de gaudijs tẽporalibus trãsire ad eterna tormẽta. Etqz vtinã sufficeret eis:sic gaudijs trãsitorijs pfrui:vt saltem alios homines dimitterent inquiete vt conseruos z coequales sibi habere consortios paterentur:z nõ eos vi z potentia ac mozuz proprie subijcerent seruituti. Ait nõ solũ istud facere superbiendo nõ meruunt:verum etiaz qđ peius est:eos quos sibi subijciunt in errorẽ inducunt. Unde z mox subditur.

T.20 ¶Quia mercatores tui erãt principes terre:quia in ueneficiis tuis errauerunt omnes gentes.

¶Notandum qz superius locutus est de regibus z negotiatoribus terre:quoz alteri principes terre sunt:alteri z si non principes diuites tamen. Nunc autem mercatores babylonis:principes terre fore describit. Videtur z enim mihi de alijs mercatoribus hic qz ibi:sermo esse prolatus. De illis si mercatoribus qui conueniunt cũ illis:de quibus supra locuti sumus: z putãt se emere spiritualia p carnalibus suis: qđ autẽ dicit. Quia in veneficijs tuis errauerunt oẽs gẽtes(tale est)ac si diceretur: qz te in loco eminentioi cõstituti:quo posses ab vniuersis videri:eo grauiores facte sũt ad inuẽtiones tue:quo exẽplo tuo omnes gentes que tibi erãt subdite:errauerũt: qz quo tendit caput:illuc sequuntur z membra. Sequitur.

T.21 ¶Et in ea sanguis prophetarũ & sanctorum inuentus est:et omnium qui interfecti sunt in terra.

¶Rursum hoc pro more prophetico de secunda persona sermo cõmutatur ad tertiam. Id circo autem sanguis prophetarum z sanctorum omnium qui interfecti sunt in terra:subauditur iniuste:inuentus esse dicitur in babylone quia in radicibus (vt ita dixerim)suis: a Chaym primo reprobo inchoauit:z quicunqz iniuste occisi sunt:aut ab ea:aut per eam factum est: vt mozerentur:qz z si forte aliqui electoruz occidisi aliquos iniuste leguntur:vt tamen hoc malum facerent:ex babilonis participatione habuerunt. Ducusqz de ruina babylonis.

¶Explicit distinctio prima.

¶Incipit distinctio Secunda

Cap.19 Tex.1 POst hæc audiui q̃si uocẽ magnam tubarum multarum in cœlo dicentium. Alleluia. Laus et gloria et uirtus deo nostro:quia uera et iusta iudicia

eius:quia iudicauit demeretrice magna que corrupit terram in pstitutione sua:& vindicauit sanguinem seruorũ suorum de manu eius:& iterum dixerunt: Alleluia:& fumus ascendit in secula seculorum.

¶Cum babylon illa vetus percuteretur asperso:z iudei liberati per cyrum regem: ascenderent de babylone:q̃ta eidez populo oztretur letitia:liber qui vocatur Esdre manifeste declarat. Nec immerito. Si enim cantare canticum domini i terra aliena nõ licet:ob memoriaz sancte patrie:a qua exules erant:quomodo reuocari ad patriaz tacere a cãtionibus possunt? Sic.n.de hoc legitur in psalmo. Super flumina babylonis illic sedimus z fleuimus dum recordaremur tui syon. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerũt nos verba cantionum: z qui adduxerunt hymnuz cãtantate nobis de canticis syon. Nec aduersary. Sed quid illi respondent qui se captiuos esse cognoscũt? Quomodo(inquiunt) cantabimus canticum domini in terra aliena. Et adijciunt. Si oblitus fuero tui ierusalem: obliuioni detur dextera mea. Non ergo licebat iudeis cantare canticum domini in terra aliena. Nec nos noua babylon cantare patitur alleluia:nec omnino in hoc exilio positi cantare corde pleno permittimur quousqz peruenjamus ad regnuz. Quia tamẽ in creatore nostro gaudere nobis expedit: z letari:z eum per singulos dies de perceptis beneficijs collaudare: quid magnum illud hebreozum tripudium in ierusalem remeantium designet z qualiter annuente deo tẽporaliter quoqz ad implenduz sit: inquiramus tum quia presens locus hoc exigit:tum quia per presentia gaudia certiores efficimus de futuris. Quia ergo z nostri trãsmigratio manet z opaca adduc babylonis memoria christi vineaz necãt quã tum putas erit gaudium electis dei cum viderint vepres z spinas euasas esse de terra? Regnat babylõ ancillata ecclesia quia illa toram occupat:z hanc ne fructum pro ferat necat: Precidatur ista:illa multiplicatur z germinat. Quid igitur mirum si gaudet:cum videt succisas esse vepres z spinas:cui in hac die babylonis respirare non licet? Sicut inqz:filij iuda erepti a viculis babylonis:z reuersi ad patriam:canticum letitie cantauerunt:ita z nos in die illa cum percusserit deus emulam nostraz: cantabimus:alleluia:non quia illa corruet z peribit:sed quia nobis ruente ipsa:relinquetur libertas:z qz templum quod combustum est:a caldeis:iteruz fundabitur de lapidibus viuis. Sic enim scriptum est in libro Esdre qui sub sexto signaculo continetur. Fundato a cementarijs templo domini:steterunt sacerdotes in ornatu suocũ tubis:z leuite filij asaph cum cymbalis vt laudarent deum:per manus dauid Regis israel. Et concinnebant in hymnis z confessionibus domino:quoniam bonus: qm in eternuz misericordia eius. Omnis quoqz populus vociferabatur clamore magno in laudando dominum:eo p fundatum esset templũ domini. Facta est ergo hoc modo letitia magna in populo:z hoc quatuor. Primo cum posuerunt altare: z fecerunt solemnitatem tabernaculorum. Secundo quando fundatum est templuz. Tertio qñ cõsumatum est opus ipsius templi. Quarto cũ pfumata esset structura ciuitatis. Secundũ hoc:noua quedã z ipsa prospera futura sunt in ecclesia dei. Pro quibus nõ incõgrue forsan quater cantabitur:alleluia. Quater sane:alleluia pronuntiatũ ẽ. Post hec(inquit)audiui quasi vocem magnam tubarum multarum in celo dicentium alleluia. Post ruinam babylonis quasi vox magna tubarum multarum audietur in celo:qz tanta exultatio electorum erit in ecclesia quanta non fuit a diebus Constã-

Psal. 136

Esdre.

tini:ob magnã consolationez t letitiã:quã sactyrus est dominus super terram. Et q; iam in ore multorum resonabunt cõcorditer aperta misteria:t etiã multa hactenus ora iudeorum aperientur ad laudem Christi patenti spirituali intellectu:quia veluti quidam flatus vehemens procedit de tubis diuersarum hystoriarum:recte dicitur tubarum multarum: quia concorditer iudeorum vox audietur t gentium. Unde t in euangelio scriptum est. Turbe autem que pcedebant:t que sequebantur:t etiaz pueri hebreorum egressi a ierusalem obuiam christo clamabant dicentes. Osanna filio dauid:benedictus qui venit in nomine domini:osanna in altissimis. Jam enim incipit elucescere quid sibi velint laudes iste cantantium:alleluia. Quas t si exprimere sicut erunt:nequimus:q; tamen in tali tempore future sint: secure possumus firmiterq; promittere:non solum ex loci huius apertione:verumetiam ex his q; actenus memorati sumus que omnia conueniunt in sexto loco ostendentia:q; in sexto tẽpore magna ista laus erit in ecclesia dei:pp bona que superuenient reliquijs electorum suorum. Sexto náq; signaculo inchoato pcussa est babylon mhetropolis chaldeorum a medijs:t soluta(vt iaz supra commemorauimus)captiuitate iudeorum:edificatum est templum t muri ciuitatis in angustia temporum:propter quod t filij iuda laudauerũt dominũ super omni misericordia domini qua consolatus est eos. Solemnitas quoq; palmarum in qua glorificatus est christus inchoata sexta hebdomada quadragesime sexto die. s. ante passionez domini celebratur annuatiz i ecclesia christi:haud dubium:q; in typo eorũ que futura sunt post pcussionẽ babylonis:quãdo t iudeoz populus quertet ad dñm. Turbe sane que pcedebãt:grecos: que sequebantur latinos:qãt occurerũt ad descensum montis oliuaz: iudeos:vsq; ad presens inimicos fidei: t nostros:tunc autem amicos t cõciues designat:qui t ipsi nobiscum pariter cãtabũt dicentes. Osanna filio dauid: benedictus qui venit in nomine domini. Unde t eidem populo hucusq; infideli veritas ipsa dicit. Dico vobis:non me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini. Erit ergo in die illo consumata seueritas t vexatio satis dura dabit intellectum auditui. Aperientur oculi eorum:t videbunt iesum dicturi: t ipsi vt iam dixi nobiscum. Benedictus q venit in nomine domini. Cãtabitur ergo primum alleluia pro peremptione adulterę:quod est predicare iustum dominum: iustus est enim in omnibus vijs suis. Secundum pro libertate ecclesie:quod est:misericordem agnoscere. Tertius autem qui sequitur alleluia expositio est ipsius gaudij: qđ significatur in alleluia:reperitio vero alleluia:geminum esse illud gaudium t solemnitatem demonstrat. Et re vera cum ipsius emedio sit geminum gaudium exhibetur:seu quia oppressio desinit:sed quia consolatio adhibetur. In vno ergo iudicio babylonis semel t iterum dicitur alleluia:q; t malũ quod erat esse desinit:t bonum qđ aberat inuenitur. Sicut enim habet locus ipse nisi obliuioni tradidimus. Audiui quasi vocem magnam turbarum multarum in celo dicentium. Alleluia. Deinde versus sequitur in expositione ipsius alleluia: dicens sic. Laus t gloria t virtus deo nostro:quia vera t iusta iudicia eius sunt:qui iudicauit de meretrice magna que corrupit terram in prostitutione sua: t vindicauit sanguinem seruorum suorum de manu eius. Et iterũ dixerunt alleluia. Quod aũt sequitur. Et fumus ascendit in secula seculorum:vtrum de babylone dictum sit: an de laudantibus dubitatur: quia posset sano intellectu ab vtroq; referri. Fumus sane de electis:ascẽdit cum laus t benedictio illorum dirigitur ad deum viuum. Unde est illud. Ascendit fumus incensorũ de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo. Ascẽdit t de reprobis fumus murmur. s. t blasphemia cogitationis inique:

iuxta quod in hoc libro scriptum est. Et fumus tormentorum eorum in secula seculorum ascendet. Utrunq; autem in secula seculorum:quia t laus iustorum erit in secula:t murmur iniquorum eternũ. Sequit.

ex.2 ¶ Et ceciderunt uigintiquatuor seniores:& quatuor animalia & adorauerunt deum sedentem super tronum dicentes alleluia.

¶ Dubium non est gaudere sanctos de liberatione ecclesie:t ei rependere gratias qui facit hoc letari t cõgaudere nobis: cũ nobis prospera fm deum ad salutem proueniunt. Unde non immerito in celo cantabitur alleluia pro liberatione iustorum: nec minus de conuersione iudeorum: vt impleatur t de eis:quod aliquando de nobis cõpletum est. Gaudium est coram angelis dei super vno peccatore penitẽtiam agente. Et autem coram angelis:qđ to magis coram sanctis hominibus:qui eiusdez sunt conditionis t generis t nature? Cadunt autem sancti coram deo:cũ ei dignũ honorem t reuerentiam exhibent rependentes pro tot muneribus gratias tanq; patri t domino:quod facere miser ille noluit:qui coequari altissimo concupi noluit t ideo sic:t sic cecidit:vt non posset vltra surgere posthumam. Eleuatus náq; in altum cecidit in profundum:sicut per se ipsam veritas dicit. Uidebam sathanaz quasi fulgur cadentem de celo. Et ille quidez sic. Si autem cadunt ne cadant. Humiliatur cum christo vt non allidant cum principe huius mundi. Sequitur.

Ter.3 ¶ Et uox de trono exiuit dicés Laudem dicite deo nostro omnes serui eius & qui timetis eum pusilli ac magni.

Sepe dictum est in hoc libro q; quatuor animalia spirituales ordines ỏsignãt:thronus vero dei generalem ecclesiam Diximus etiam q; quatuor spirituales ordines non nisi perfectos recipit t probatos thronus autem:sic perfectos amplectitur: vt tamen in christo paruulos nõ excludat dei cete dño de eisdẽ paruulis. Qui scãdalizauerit vnũ de pusillis illis qui i me credũt expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius t demergatur in profundũ maris. Ita sane vita cõmunis tẽperata est apatribus sanctis:vt in ea sortes sint:qui cupiant:t ifirmi nõ refugiãt. Hoz.n. i se vita ista fructũ cẽtesimũ:hoz sexagesimũ t trigesimũ. Hoz.n. cõtẽplatores in claustris:operatores in ministerijs.eruditores in scolis. Oiuz tamẽ vna erit letitia qbus par est voluntas:t si virtus inequalis differẽtiã faciat. Ubi ergo seniores cãtabũt alleluia:vel pro illa letitia quã pscripsimus:vel qđ amplius creditur:qz cõpleta iam erit aut prope erit plenitudo illa gentium de qua scribit apostolus. Egredief vox de throno(hoc est)de ordine generalis letitie:potiusq;z clamoris:vox.n.exultationis t salutis in tabernaculis iustoz:vt iã nõ solũ illi gaudeant:q; in quatuor ordinibus cõtinent:apostoli:vz:martyres:confessores t virgines: quos sanctos esse t cum christo iam regnare cõfidimus verũetiam omnes serui dei q; reliquerũt oia:t secuti sunt xpm:tã. s. pusilli:qz magni:quia tempus adesse ceperit cõsolationis eoz:Unde t veritas ipsa dicit. Hec autem fieri incipientibus respicite t leuate capita vestra:ecce appropiquat redemptio vestra. Non enim omnes qui relictis omnibus secuti sunt dominum a deo perfecti fuere:vt mox egressi de corporibus absq; dilatione peruenirent ad patriam:quia quod de solis magnis concedi tur:hoc profecto de pusillis negatur. Hoz ro in die illa pusilli t magni laudabunt cõmuniter deum suum. Pusilli quia intrabũt in regnum dei: magni: quia exultabunt de sortietate ipsorum. Quãuis t de presenti ecclesia hoc intelligi queat:qz; t quoz animalia t sedes t seniores p successionis propaginem:vsq; ad diem illuum manent in mundo: t quod facient sancti prebendo

iter:hoc ſancta mater eccleſia deſignata in throno:tam puſillis q̃z magnis imitanda mandabit. Quare autem puſillis: ꝛ magnis? Qz ꝛ qui puſilli ſunt in Chriſto:deſinent de reliquo eſſe puſilli: ꝛ qui magni ſunt: mercedem accipient ſm ſuum laborem. Lz non immerito in hoc loco p̃ferebantur puſilli:vt intelligatur illud quod ſcriptuz eſt. Qui ſe humiliauerit ſicut parvulus iſte:hic maior eſt in regno celorum. Matt. Non excludunt qui magni ſunt:ſi ꝛ ipſi deum timent:ſed p̃ferunt qui refugiunt eſſe magni (dicẽte domino.) Omnis qui ſe humiliat exaltabit. Sed quando iſtud? Haud dubium:q̃ poſt ruinam Babylonis. Due ſunt ſane perfectoꝝ eccleſie:que quaſi cõmuniter inceperunt:vna que deſignatur (vt ſepe diximus) in Petro: altera in Joãne:predicantium. ſ. vna:contemplantium altera. Et illa q̃dem que laborat precedit cum Petro:que autem ꝓtemplatur:ſeqtur cum Joãne. Parit autem precedens maſculum quaſi militem bellicoſum:ſequens vero feminam virgineo candore decoram:Qz vero quarta dies ſignificant (vt iam diximus) hãc laborioſam etatem:pro eo. ſ. quarta dies additis duobus faciunt ſex ebdomadas:ꝛ in eis ſignificantur ſex tpa huius ſexte etatis:quaſi mater cum filio:die quartodecimo recipietur in templum:q̃ ꝓſumata erit omnis plenitudo iuſtoꝝ: qui per vitam laboriоſam huc uſq̃ domino placuerunt:quinimmo vſq̃ ad diem illum:in quo tempus iſtud laborioſum ꝓſumationem accipiet. Inde eſt q̃ in hac ſexta parte ad vocez que egreſſa eſt de throno exhortans dei filios: ꝛ dicens eis. Laudem dicite deo noſtro omnes ſerui eius:ꝛ qui timetis euz puſilli ꝛ magni: protinus audita eſt vox multoꝝ dicẽtiuz: alleluya:nimiꝝ q̃ per iudicium Babylonis:q̃ p̃cefſerit:intelliget tempus gaudij ſanctoꝝ ꝛ agni quoq̃ nuptias aduenifſe. Unde ꝛ mox ſubditur.

Tex.4 ¶ Et audiui uocem quaſi tubæ magnæ:& ſicut uocem aquarũ multarum:& ſicut uocem tonitruorum magnorum dicentium Alleluya.

¶ Primo aſſimilatur vox ipſa quaſi voci tube magne:deinde voci aquaꝝ multarum:ad extremum vero:voci tonitruoꝝ magnorum dicẽtium pariter:alleluya. Superius dixerat ſanctus Joãnes audiſſe ſe quaſi vocem tubarum multaꝝ in celo dicentium:alleluya:nunc autem dicit audiſſe ſe vocem quaſi tube magne:ꝛ ſicut vocem aquaꝝ multarum: ꝛ ſicut vocem tonitruoꝝ magnorum dicentium: alleluya. Quare hoc? Qz prima vox vna laudum quaſi ſubito audietur in ore multoꝝ pro iuſto ꝛ manifeſto iudicio q̃ facturus eſt dominus. Deinde incipiente aliquo viro dei:ordinata incipiet eſſe laus in ore multoꝝ: ita vt que ſimplex eſſe putabatur in principio ꝛ in aliquo breui ſpatio coharta ta paulatim:videatur eſſe multiplex:ac ſi aquarum multaꝝ conuerſis ad eam populis ꝛ linguis:ꝛ ad extremum ſeipſa maior effecta quaſi tonitruorum magnorum perueniat ſonus eius vſq̃ ad fines terre. Sed quare iſtud?

¶ Quoniam regnauit (inquit) dominus deus noſter omnipotens:gaudeamus:& exultemus: & demus gloriam ei:quia uenerunt nuptiæ agni:& uxor eius præparauit ſe. Tex.5

¶ Ecce quare laudant metuentes dominum:ecce quare cantant canticum domini:quia:vz:abſorta erit Babylon illa magna que a vino proſtitutionis ſue coꝛrupit omnes gentes. De iure etenim eſſe videtur:ꝛ omnino ꝓſentiens rationi:vt peremꝓta meretrice magna:que fornicata eſt cũ principe huius mundi:felices agni nuptie celebrentur:ꝛ pdito regno Babylonis:

regnum Hieruſalem ſtatuatur ꝛ creſcat. Hoc eſt enim regnum illud ꝓ quo rogamus patrem dicentes: Adueniat regnum Matt. tuum. Quod vero ait. Quia venerunt nuptie agni:ꝛ vxor eius ꝓparauit ſe:ꝛ illud quod ſubditur.

Tex.6 ¶ Et datum eſt illi ut cooperiat ſe byſſinum ſplendens candidum.

¶ Simile eſt ei q̃ ſcriptum eſt in libro Geneſeos:vbi cum vidiſſet primo Rebecca Yſaac virũ ſuum circa horam veſpertinam deambulantem in agro: deſcendens de coꝛtuoſo animali quod inſederat: operuit ſe protinus pallio ſuo:aſſumpta ab eodem Yſaac in vxorem: introducta eſt in tabernaculum Sarre:quaſi autez aſpecto Yſaac deſcenſura Rebeccha eſt de camelo vt induat ſe pallio ſuo:cum cognita veritate:que Chriſtus eſt:deſcendet a temporali gloria quam viſa eſt ꝓ tempore tollere: vt induta pallio iuſtitie placeat viro ſuo:ad cuius ſe caſtiſſimum thalamum peueniſſe letabit. Gaudeamus (inquiunt) ꝛ exultemus:q̃ venerũt nuptie agni:ꝛ vxor eius ꝓparauit ſe:ꝛ datuz eſt illi vt cooperiat ſe byſſinum ſplendens ꝛ candidum. Nubere agno eſt videre eum ſicuti eſt: ꝛ in eius viſione vltra q̃z dici poſſit:aut excogitari:gaudere. Significari autez in byſſino:opus iuſtitie:non neceſſe eſt:vt aliunde queratur: ipſe enim libri auctoꝝ per ſe ipſum exponit dicens.

Tex.7 ¶ Byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum.

¶ Qđ recte quoq̃ ſplẽdens ꝛ candidum eſſe dicitur:q̃ ipſemet Chriſtus Jeſus qui eſt ſponſus eccleſie factus eſt nobis iuſtificatio (vt teſtat apoſtolus) ipſe inquaz qui eſt ſpetioſum lilium ꝓ allium:ꝛ candoꝝ lucis eterne:qui (ſicut ſcriptum eſt) erit omnia in omnibus. O q̃z bonum eſt nos hic eſſe. Ipſe pater:ipſe dominus: ipſe miniſter:ipſe rex:ipſe paſtor ꝛ medicus eſt. Ipſe vita:ipſe lumen:ipſe iuſtificatio eſt. Ipſe cibus:ipſe potus:ipſe felicitſſimum indumẽtum. O q̃z bonum eſt nos hic eſſe. Excutere de puluere anima noſtra: conſidera hec omnia ꝛ contemplare. Querere diligenter per ſingula ꝛ vide an ita ſit:vt omnia te gaudeas poſſidere in Chriſto. Paſtorem tuum eſſe Chriſtum non dubites: q̃ ipſe dicit. Ego ſuz paſtor bonus:bonus paſtor animam ſuam dat ꝓ ouibus ſuis. Dominum ꝛ magiſtruz eſſe non dubites: q̃ ipſe dicit. Vos vocatis me magiſter ꝛ Pſal. domine:ꝛ bene dicitis. Sum etenim. Regem tuum eſſe non dubites: q̃ ipſe regit nos:ꝛ nihil nobis deerit:q̃ de eo dicit' angelus mri ei' ad Marie. Dabit illi dñs deus ſedez Dauid p̃ris ſui:ꝛ regnabit in domo Jacob in eternum:ꝛ regni eius nõ erit finis. Et ꝓpheta. Sup ſolium Dauid ꝛ ſuper regnum eius ſedebit vt ꝓfirmet illud ꝛ coꝛroboret in iudicio ꝛ iuſtitia amodo ꝛ vſq̃ in ſempiternum. Dedicum tuũ eſſe non dubites:q̃ ipſe dicit. Non egent ſani medico:ſed qui male habẽt. Uitam tuam Joãnis eſſe nõ dubites:q̃ ipſe dicit. Ego ſuz reſurrectio ꝛ vita:qui credit in me etiam ſi moꝝ tuus fuerit viuet:ꝛ oĩs qui viuit ꝛ credit in me non morietur in eternum. Lumen tuum eſſe nõ dubites:q̃ ſcriptuz eſt. Erat Joan. 1 lux vera que illuminat omnem hoiem venientem in hunc mundum. Cibuz tuum eſſe non dubites:q̃ ipſe dicit. Ego ſuz paJoãnis nis viuus qui de celo deſcendi. Sigs mãducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Potum tuum eſſe nõ dubites:q̃ ſcriptũ Pſal. eſt. Apd te dñe eſt fons vite:ꝛ in lũine tuo videbimus lumen. Indumẽtum tuuz eſſe nõ dubites:q̃ apls dicit. Induite vos nouum hoiem:q̃ ſm deuz creatus eſt:in iuſtitia ꝛ ſanctitate veritatis. Ueniamus ad matoza ꝛ ingrediamur in tabernaculuz eius: pſemuſq̃ ſi poſſumus donuz dei:ꝛ inter amplexus animi pſallamus ei dulciter ꝛ deuote dicẽtes. Quid enim mihi reſtat in celo:ꝛ a te q̃ volui ſup terraz deſecit caro Pſal. mea ꝛ coꝛ meum deus coꝛdis mei: ꝛ pars

Phil. mea deus in eternuz? Et itez. Quēadmo duz desiderat ceruus ad fontes aquaz: ita desiderat aia mea ad te deus. Sitiuit aia mea ad deū fontem viuū qñ veniam z ap/parebo añ faciez dei? Nec mirz. Quis enīz nō optet videre piem: videre filium: vide re ſrem? Sed hec in mundo simul in vno hoie eē posse: nec lex humana recipit: nec natura: Deo aūt difficile nihil. Oīa eque deo possibilia sunt. Deniqz vt pretermittā cetera: cum verbū dei audimus: aure: z in corde ꝓcipimus: filius nr̄ xp̄s efficit. Ipse est enim verbū z sapientia p̄is: qui p ora predicatoꝝ ac si quedaz pluuia de celo de scēdat: z cum verbuz dei accipimus in cor dibus nr̄is: illam beatitudinem promere/mur quam ipse nobis demōstrat: cū dicit.

Luce. Beati qui audiūt verbum dei z custodiūt illud. Habes hoc aptius ex ore eius. Quis enim (nisi ipse prediceret) dicere hoc au/deret? Quicūqz (ait) facit volūtatem p̄is mei qui in celis est: hic mihi mater: frater z soror est. Habēs ergo filium ama illum: nō est enim lienus quem diligis: ſz vere tuus. Dis amare ſrem? Audi aplm. Ut sit ipse primogenitus in multis ſribus. Que ramus adhuc diligentius: vtruz z p̄ no/bis ipse sit: cuius esse nos ſres letati sumus vt sentiamus eum esse nobis oīa in oibus. Si (ingt aplus) vos xp̄i: ergo Abrae semē estis. Et psalmista de eodez in spiritu. Ipse

Psal. invocabit me: p̄ meus es tu: deus meus z susceptor salutis mee: z ego primogenituz ponam illum excelsum pre regibus terre. Et paulo post. Et ponam in seculuz seculi semen eius: z thronus eius sicut dies celi. At si dulcior est amor amici. ineffabilis ami citia spōsi Jesus. Habes in euāgelio. Vos amici mei estis: si feceritisque ego p̄cipio vobis. Et in cāticis idem sponsus. Surge

Cant. (ait) ꝓpera amica mea: colūba mea: formo sa mea: z veni: Jam enim hyems trāsijt: i/ber abijt z recessit: flores apparuerunt in terra nr̄a: tp̄s putationis aduenit: vox tur turis audita est in terra nr̄a: ficus protulit grossos suos: vinee floretes odorem dederunt. Audi hec fidelis aia: audi sēlix eccle/sia que es spōsa xp̄i: z delectare in dño deo tuo. Tu enim hec oia illi es: z alia multa. Tu sponsa: tu soror: tu filia: tu amica. Tu grex: tu plebs: tu hortus: tu vinea: tu exer citus. Tu tēplum: tu tabernaculum: tu pa radisus: tu aula: tu ciuitas: tu militia. Elē/ctus tuus tibi: z tu illi. Ipse tibi totuz: z tu illi: totum tū ab ipso qō tu es: ipse vō totū a p̄e. Gaude sup his z letare: canta ꝓsona voce: de cāticis Syon: exulta z iocūdare in dño deo tuo. Orna lāpades tuas excita re de somno: exurge z orna: e monilibus: vt igrediaris ad nuptias. Loca nihilomi/nus amicos tuos: vt videant pulchritudi nem spōsi, tui: gliam z decorem quam tibi dedit dñs tuus. Beati sunt oēs q vocati sunt ad nuptias istas: q nimo beati oēs q vocati nō renuunt festinare. Nam sequit. Tex.8

¶ Et dixit mihi. Scribe. Beati q ad cœnam nuptiaꝝ uocati sunt.

¶ Dicere angeli: est aliqd exponēdo nar rare. Scribere: audiētis in cordis volumi ne aliqd memoriter retinere. Quare aut auditor verbi huius: hoc ipsum qō audit: scribere p̄cipit: nisi qz ille pōt terrenas nuptias dei cā despicere: qui q̄ta sit futu/ra felicitas nuptiaꝝ agni: absc̄ōdita q dez a seculis: reuelāda vō circa fines seculoꝝ: me ditari nō desunt in corde suo. Vocatio vō in hoc loco nō ita est accipiēda: vt illō eua gelij. Multi sunt vocati: pauci vō electi: ſz sm aplm q electionem vocationem noīat dicēs. Quos predestinauit: hos z vocauit: z nō ex opibus: sed ex vocante dictum est: mai/or seruet minori. Sequitur. Tex.9

¶ Hæc uerba uera dei sunt.

¶ Dicere angeli: est vba hec va dei esse: ita eadem vba manifeste exponere vt esse vera verba dei a pio auditore intelligatur. Unde z mox subditur. T.10

¶ Et cecidi ad pedes eius ut a/dorarem eum.

¶ Qz magna sunt vba que nobis apient

in die suo: hi quibus datū est itelligere ea mi rabunt p̄e maiestate eoꝝ: z his qui eaipsa apiēt reuerētiam quā poterūt exhibebūt. Angelus iste (vt ego arbitror) vnus est ō hīt/bus septē phyalas: de quo supius dixe rat. Venit vnus de septē angelis q hēbāt septē phyalas: z loquutus est mecū dicēs. Veni oñdā tibi dānationē meretricis ma gne ꝛc. Quos aūt angelus iste significet: supi° p captu sufficiēter exposui. Joānes vō (vt alibi diximus) typū gerit pioꝝ au/ditoꝝ: q p eo q vba exposita manifestius p̄e solito capturi sunt: eis (vt iā diximus) qui aperient reuerentiam humilr exhibe/bunt. Sed quid ibi sequitur.

T.11 ¶ Et dixit (inquit) mihi. Vide ne feceris. Conseruus tuus sum & fratrum tuorum habentium te/stimonium Iesu. Deum adora.

¶ Hoc si ſz ſraz ad angelū aliquē q Joā nes loquebat referēdū dicimus: ꝑz cā rōnis cur angelus a Joāne nō se p̄mittebat ado rari. Dei eni filius fact° hō: humanā in se nām assūpsit: quā nō solū coeq̄uit angelis: verūetiā sup angelos sublimauit: z ob hoc nō est passus angelus adorari ab hoie quē sibi esse ꝓseruū z coequalē agnouit. Sz ad mysterium redeamus. Prohibet angelus Joāné ne se adorare dēat dicēs se eē ꝓseruū eius: q; nequaq̄ alta sapiētib°: archana de us pādit misteria: q p tumorē cordiū suoꝝ ꝓceres z ꝓcinctes suos: qb° grā illa data nō est: ieq̄les existimāt: ſz q nāe sue nō imemo res imitant. Adoysen z Paulū: quoꝝ alter se idignū iudicat p̄latū fieri in pp̄lo dī: ita

Exodi vt deo ipsi ne mitteret resisteret: alter cū el set grā maxiꝰ: minimū se oiuz ꝓfitebat di cēs. Ego sum minimus aplorum q nō suz di gnus vocari aplūs: qñī psequut° sum eccl̄iā dei. Nō solū aūt: ſz z p̄ūū se eē eoꝝ qb° p̄di cauerat testat° est dicēs. Nos āt p̄uos vios p Jesum. Et alio loco. Quid est aūt Apol lo: qd vō Paulus? Ministri eius cui credi distis. Qū aūt istud dicebat Paulus deū z nō hoiez esse adorā dū dicebat. Notā dū vō qō di. Cōseruus tuus suz z frum tuoꝝ hīntiū testimoniū Jesu. Forte eteni suppa res dignitatis eē vident hi q designati sūt i Joāne: oino aūt ieq̄les hi q dicti sūt fres Joānis: z tñ z eoꝝ ꝓseruū sese idē āgelus eē testat. Ego aūt fres Joānis hīntes testi/monū Jesu: illos existio designare q nec p se vba mystica penetrare sufficiūt: nec alios exponētib° ad plenū cape p̄it: q tñ vba p phetica q̄ apta sūt: fide ite gerrima retinēt z cū btō Petro aplo: fidei magis z vtuti: q̄z sapiētie z prudētie initiunt. Nō igit vt istos ieq̄les existimāt hi q rapti i tertiū ce/lū donant audire secreta vba que nō lz hoi loq: ſz magis audiūt aure cordis vocē illā dñi dicētis: Si hec scitis: bti eritis: si feceri tis ea. Bñ quoq; addit. Testimoniū Iesu: est spūs pphie: q; nimiz illos magis scri/ptura cōmēdat: q credūt spūi pphie (hoc est) q credūt vbis pphaz q̄ scripta sunt de xp̄o: q̄z qui p signa z pdigia ꝓuertunt ad ipsuz: nimiz q; maioris est meriti credere q̄ nesciturꝝ q̄z querere intellectum in scri/ptura per quem peruenatur ad fidem.

¶ Explicit distinctio secūda. Incipit tertia.

POst gaudiū illō tā solēne qō post eb domadā q̄ titulat ō passiōe illā dico ebdomodā quā nos qdē latini qntā scribi mus: greci sextā: māet adhuc alia ebdōa: q̄ apō nos latios scribit sexta: ipsa. Hebdōa i q̄ mysteria passiōis xp̄i ab vtraq; ecclia ce/lebrant: z ita vtraq; ebdōa passionis pacta ad festa pascha puenim°. Qz vō z istitu tiōes grecoꝝ mysticas i multis eē sentim° nō icōuenieti mysterio vtraq; sexta ōa ē: vna. s. respectu ebdōe que apō nos iscribit qnāgesima in q̄ soleniter icipit abstinētia grecoꝝ: altera respectu ebdōe q̄dragesime p̄me quā nos sacrā vocam°: vt quodāmō vtraq; ebdōa vocet sexta: ōignās duplicē eē tribulationē sexti tpis: z q̄si bis sextā: ac si p̄ma videret ptinere ad passionē sancti Joānis Baptiste: q̄ p̄cessit: altera ad passio nez dñi: que secuta est. Quod bene quoq; in sexto die in quo passus est dominus: de

signatur:in quo post tenebras ipsius noctis in qua captus est dominus: reddita est lux terris:usq; ad sextam horam:z rursum a sexta hora:usq; ad horam nonam:tenebre facte sunt in vniuersa terra. Secundum quod in hoc libro duplicem esse tribulationem sexti temporis: aptissime demonstratur:quandoquidem post canticū illud nouum:quod cantant tam solemniter:electi dei:sequitur adhuc prelium bestie ab ipso infidelium exercitu excitare:in quo oportet adhuc regem munerum solēnius de hostibus triumphare:z compleri illud apostoli dicentis. Oportet illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus suis. Quod ergo alleluia istudq; cantatur a sanctis in sexta parte libri:tribulatio:z sequitur z p̄cedit:tribulationem sexti temporis duplicem esse designat:Q̄ bene quoq; i officio vigilie pasche designatum est:vbi p̄ost plures tractus qui p̄cedunt:sequitur alleluia:z iterum post alleluia:sequitur:brevis tractus:post quem interm̄ittuntur huiusce modi cātica designātia tantis afflictionem vsq; ad vigilias pēthecostes. Quo circa:z si in hac sexta parte:de qua nos agitur post ruinam babylonis:que non potest fieri absq; passione electorum qui reperientur in ea cantabitur solemniter:alleluia:nihilominus tamen:z post ipsum alleluia:sequetur prelium satis durum:in quo oportet consumari quicqd minus esse videt de laboze ecclesie. Oportet.n.sequi adhuc septimam passionem:vt compleatur illud quod scriptum est. Percutiam vos septis propter peccata vestra. Si enim in quinque temporibus: quinq; sustinui passiones:duas in sexto: septem p̄ sectro vicibus percussa fore ostenditur propter peccata sua:anteq; perfecte consumetur in ea id quod dicit apostolus. Vbi spiritus domini:ibi libertas. Dis autem tam necessarie:q; compendiose transcursis: ad aluei sui curium stilus de cetero dirigatur. Hoc tñ p̄ius diligenter notato:q; pp altitudinē misterioz ad quā nos a loco isto in antea:ac si rapiendos in extasi:inuitat sermo diuinus:oportet nos tota lectionē huius iterate sexte partis seriatiz p̄curre:vt possimus:cōsideratis primis z vltimis:plenū ex ea cape intellectū:aut q̄tū ipse largitur:qui se in principio incepisse: z in fine consumare demonstrat. Nam sequitur.

T.12 ¶ Et vidi cœlū apertū: & ecce equus albus:& q̄ sedebat sup eū vocabat fidelis:& uerax: & cū iustitia iudicat & pugnat. Oculi aūt eius sicut flāma ignis:& i capite eius diademata multa hns nomē scriptū:qd̄ uemo nouit: nisi ipse:& vestitus erat veste aspsa sanguine:& vocabat nomē eius verbū dei:Et exercitus q̄ sunt in celo seqbant eū in eqs albis vestiti byssino albo & mundo: & de ore eius p̄cedit gladius exvtraq; pte acutus:ut i ipso p̄cutiat gētes Et ipse reget eas i virga ferrea & calcat torcular vini furoris ire di oīpotētis:& hēt i vestimēto & i femore suo scriptū. Rex regū: & dns dominātiū. Et vidi vnū angelū stantē i sole:& clamauit voce magna dicēs oībus auibus q̄ volabāt p̄ mediū cœli:venite & cōgregamini ad cœnā magnā dei: vt māducetis carnes regū: & carnes tribunoz:& carnes fortiū:& carnes equoz & sedētiū in ipsis. & carnes oīum liberorū:& seruorū:& pusillorū:& magnoz. Et vidi bestiā:& reges terre:& exercitus eorum congregatos ad faciē

dum prælium cum illo qui sedebat in equo et cum exercitu eius et apprehensa est bestia et cum ea pseudo propheta:et qui fecit signa coram ipsa. quibus perduxit eos:qui acceperunt characterem bestie: et qui adorauerunt imaginem eius: Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardētis: et sulphuris:et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum: q̄ procedit de ore ipsius: & omnes aues saturate sunt carnibus eorum.

¶ Hec omnia proposita sunt: non exposita. Proposuimus autez illa vt sciamus vn de agitur in articulo isto: in quo non aliquis sanctus ostenditur esse dux belli: sed is qui mortuus est p̄ nobis:z redemit nos in sanguine suo vt compleatur illud quod scriptum est per Zachariam prophetā. Ecce dies veniunt domini:z congregabo omnes gentes ad ierusalem in prelium: z capietur ciuitas:z vastabūtur domus z mulieres violabūtur. Et egredietur pars media ciuitatis in captiuitatem: z reliquum populi non auferetur ex vrbe. Et egredietur dominus:z prelliabitur contra gentes illas:sicut prelliatur in die certaminis. Dixerat superius sanctus ioannes q̄ bestia q̄ fuerat z non erat:ascensura esset de abisso: z in interitum ire:z q̄ rex septimus q nōdum venerat:venturus esset:z cum veniret oportet eum breue tēpus manere. Q̄d ergo tunc futurum dixerat:hic pro loco libi exhibet quasi presens:excepto q̄ de rege illo non facit mentionem:vt oīt̄edatur ipsum esse illum iniquum qui vocatur antichristus:in cuius immundissimo corpore habitabit personaliter draco rufus: qui post iteratum bestie prelium: incarceran-

Bog

dus esse scribitur in abysso:vt nō seducat amplius gentes:quousq; compleatur tempus incarcerationis ipsius. Quod tamen opinando dicimus magis q̄ asserendo:siue hic:siue in alijs locis. Utruz.s.iste rex septimus:vtrum precedens:de quo supra dicitur:vnus est:vtrum ille qui vocatur gog:an aliquis alius sit ille qui proprie dicitur antichristus. Unum dicimus securē q̄ deterior erit sextus precedentibus quinque:z septimus deterior sexto:z vterq; repletus erit felle draconis:z ipsi sunt duo vltima capita ipsius draconis:in quibus maxime pugnaturus est in hoc tempore sexto. Et sicut ego puto primus horum erit rex super bestiam que ascendit de mari:secundus super bestiam que ascendit de terra illa.s.bestia que dicta est hic pseudo propheta. Cum autem aperte liqueat euz qui sedet in equo albo Christum esse iesum:q̄ritur quid possit de eo sentiri vel opinari: vtrum per se ipsum visibiliter apparere dignetur in tempore tāte necessitatis vt prelietur cōtra gentes illas:in gladio oris sui ficut in tempore quo venit in mundum:an non apparebit visibiliter in seipso:sed magis in sanctis suis prelliabitur z obtinebit sicut ex eo tempore quo ascendit in celum. Et quidem certi sumus z inconcusse tenet omnis ecclesia iustorum:q̄ venturus est in gloria patris sui iudicare viuos z mortuos z seculum per ignez. Sed vtruz tempore antichristi:vel postea a plerisq; dubitatur:quia quidam sanctorum videntur asserere:q̄ ipse per se veniat dominus ad destruendum antichristum z regnum eius: sequentes auctoritatem apostoli dicentis. Et tunc reuelabitur ille iniquus quem dominus iesus interficiet in impetu spiritus oris sui:z destruet illustratione aduentus sui:quidam vero vtrū ipse hoc faciat: aut nuntius eius:dubitare quam asserere maluerunt. Ego autem puto q̄ ipse per se ipsum veniat ad destruendum eum:propter illud quod ipsemet dicit in euangelio. Cōsestim autem post tribulationem dierum

illorum : sol obscurabitur: z luna non dabit lumen suum : Si enim non diceret: confestim : questio satis dubia super hoc remaneret . Sed quia hoc dictum: videtur q regnante adhuc antichristo: veniet christus : vt ipse imponat finem regno z blasphemie sue : Quamuis non hoc cogat intelligi fieri : scilicet ista signa tempore antichristi : z paulo post : sed neq mox apparentibus signis venire Christum : quia potuit fieri aliqua dilatio inter ostensionem signorum z eius occultissimuz cunctisq; imperscrutatum aduentum . Sed si ipsemet veniet contra antichristum cum exercitu suo : quid opinari possumus q super equum album sedere visus est : nisi q in corpore suo mundo a peccato: apparebit visibiliter cora bonis z malis: vt faciat vindictā in nationibus z increpationes in populis? Hoc enim cogūt nos intelligere sequentia maxime ꝓpter illud quod sequitur . Et exercitus qui sūt in celo sequebātur eum in equis albis. Verū si hoc est: quomodo istud fieri possе dicimus: vt sancti qui venturi sunt cuz christo: appareant cū corporibus suis: nisi forte partem accipiamus pro toto: vt de illis intelligatur dictuz qui post resurrectionem domini venerunt in sanctam ciuitatem z apparuerunt multis? Et quidez in prefato ꝓpheta scriptū est. Ecce dominus deus meus veniet : z omnes sancti eius cum eo: sed tamen q resuscitati veniant: non est scriptum: nisi forte intelligatur: si tamen sane intelligi potest : id quod dicit apostolus . Hoc vobis dicimus in verbo domini : q nos qui viuimus qui residui sumus in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt: quoniā ipse dominus in iussu z in voce archangeli: z in tuba dei descendet de celo: z mortui qui in christo sunt resurgent primi. Nescimus. n. z nescire se profitetur Augustinus: vtruz circa principiuz illius temporis quod vocat dies iudicij futura sit resurrectio mortuoz: an in fine dicens sic. In illo iudicio vel circa illud iudicium: has res dicimus esse venturas: Belyam tel biten: fidem iudeorum: antichristum persecuturum: christum iudicaturum : mortuorum resurrectionem : bonorum malorumq; descriptionem : mundi conflagrationem : eiusdemq; renouationem : Que omnia quidem ventura esse : credendum est : sed quibus modis z quo ordine veniant: magis tunc docebit rerum experientia : q̄ nunc ad perfectum hominum intelligentia : valet cōsequi . Existimo tamen eo quo a me commemorata sunt ordine eſ se ventura . Et hec quidem Augustinus. Paulus autem videtur velle q tempore septimi angeli tuba canentis debeat fieri resurrectio mortuorum (hoc est) in extremo tempore antichristi dicens, sic. Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidē resurgemus: sed non omnes immutabimur: in momēto: in ictu oculi: in nouissima tuba: Sed huic opinioni videtur contrarū id quod sequitur in septima parte: vbi sancti saucti viuere dicti sunt: quod qualiter intelligi queat: z si queat: cum ad locum ipsum venerimus: vestigare curabimus. In loco autem de quo nunc agere cepimus: vnū e duobus arbitror esse tenēdū: q autē mortui q sunt in christo cum eo protinus apparebūt viuentes: sm suprascriptā apostoli auctoritatē: aut illi apparebūt suscitati cū ipso qui cū eo pariter resurrexerunt a mortuis. Quibus nō incōgrue forsan i ego albis corpora mortalia sanctoz intelligi q̄ant: quod magis puto: qui sequentes passionem domini sui: ita pugnaturi sunt in corporibus suis tradendis ꝓ nomine crucifixi in tempore sexto : quomodo ipse in die sexto in candido illo equo suo superauit z vicit. Quid autem alijs placeat : nescio: mihi autem hoc magis placet. Verum: z si ipse p se dns non aderit ꝓtia corpalis: aderit tñ inuisibiliter militibus suis vt vincat in eis in hoc tempore nouissimo : sicut z in diebus antiquis. Sed z quamuis de presentia eius co. porali compellamur ambigere: pertinere tamen hoc totum ad diē iudicij ex loco illo sexti capituli quite partis demonstratur: vbi coadunationis horum regum ad bestiam hoc modo mentio facta est. Vidi de ore draconis z de ore bestie: z de ore pseudo prophete exire tres spiritus immundos : in modum ranarum: sunt enim spiritus demoniorum facientes signa: z procedent ad reges totius terre: cōgregare illos in prelium ad diem magnuz dei omnipotentis. Quod autez ait hic. Vidi celum apertum ꝛc. ad sacre scripture aptionez referendum est: ex cuius aperta claritate: hoc ipsum z omne quod sequitur: liquet esse futurum. Qui autem sedet super equū. s. Christus iesus fidelis z verax vocatus est: quia sicut promisit de hac victoria: ita in tempore prefinito fidelem se esse exibebit z veracem. Qui bene quoq; iniustitia iudicare z pugnare dictus est : quia non alienum ius querit: sed proprium. vsurpatum vtiq; iniuste a Diabolo: z ideo iusto iudicio punietur ipse z exercitus eius. Judicabit autem iniquos z auctores tanti sacinoris : ceteros superabit : z subijciet sceptro suo vt compleatur illud quod apostolus dicit. Oportet illum regnare quousq; ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Solus enim ipse potest: quod nemo alius. Oculi autem (inquit) eius sicut flamma ignis: z in capite eius diademata multa habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse: z vestitus erat vestem aspersam sanguine : z vocabatur nomen eius verbum dei. Oculi domini venietis ad iudicium flamme ignis similes esse perhibentur quia nemo erit qui se abscondat a caloze eius. Unde z per apostolum dicitur. Nolite iudicare ante tempus quousq; veniat dominus: qui illuminabit abscondita tenebrarum z manifestabit cōsilia cordium. Qui recte quoq; in capite suo multa diademata habere dictus est: quia quod noluit facere vsq; modo de vniuersis inimicis suis: in illo certamine triumphabit: nimirum : quia deus verus est de deo vero z necesse est vt creatrix diuinitas designata in capite : vincat z triumphet de omnibus creaturis: Unde z bene dictum est: habens nomen scriptū quod nemo nouit nisi ipse: quia q ipse sit verbum z sapiētia patris: credere quidem multi possunt: scire autez nemo potest: nisi ipse: qui est id quod est: z in ipso soli spirituales z fideles qui cū sint corpus ipsius: participant omnibus que habet ipse. Sed quare infideles scire non possunt? Qz infirmant fide propter passionez ipsius . Quod bene vtrūq; demonstratur cuz subdit. Et vestitus erat vestem aspersam sanguine: z vocabatur nomen eius verbum dei : Tale est enim ac si diceretur. Jdcirco hoc nomen eius quod est verbum dei: infideles z impij scire nequeunt: quia in assumpta forma mortalitatis nostre dignatus est aspergi sanguine suso per manus hominum impiorum. Possumus quoq; per vestem aspersam sanguine : intelligere iustitiam Christi quam impij homines denigrando deprauant z polluunt blasphemantes cum incurrunt iudicium dicentes : domini esse voluntatis vt inique agant iniqui : z necesse sit perire eos in peccatis suis . Quod licet omni tempore indesinenter agant: precipue tamen in die illoin quo reddet dominus vnicuiq; secundum opera sua. Unde z idem dominus per prophetam loquitur dicens : Torcular calcaui solus z de gentibus: non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo : z conculcaui eos in ira mea . Et asperſus est sanguis eorum super vestimenta mea : z omni indumenta mea inquinaui . Dies enim vltionis in corde meo : annus retributionis mee venit . Circunspexi z non erat auxiliator: quesiui z non fuit qui adiuuaret . Et saluauit mihi brachium meum : z indignatio mea ipsa auxiliata est mihi . Ecce hic aperte innuitur : quid sibi velit asperſio sanguinis indumentorum Christi : z quod ad diem vltionis referendum sit: in qua oportet calcari quam in lacu ire

dei donec egrediatur sanguis vsq; ad' ire/
nos equorum. Ad ipsum enim pertinet cē
sura iudicij iuxta illud quod ipse dicit. Ne
que enim pater iudicat quenq;: sed omne
iudiciū dedit filio: vt omnes honorificent
filium sicut honorificant patrē. Unde ⁊ nō
ineōgrue subiunctū est. Et vocabatur no/
men eius verbū dei: vt intelligatur illud:
quod alibi ipse dicit. Nō enim veni vt iu/
dicem munduz: sed' vt saluificem mundū.
Sermo autem quem locutus sum: ille iu/
dicabit eum in nouissimo die. Et hec qui/
dem de rege christo. Quid de militia? Et
exercitus (inquit) qui sunt in celo sequebā
tur eum in equis albis: vestiti byssino mū
do: Si equus albus in quo sedet christus
corpus eius designat in quo resurrexit a
mortuis: liquet profecto: q; in equis albis:
in quibus sequuntur euz exercitus q; sunt
in celo: corpora spūalia designant. Quāuis
⁊ de castis corporibus tradendis pro amo
re domini sui ad tormenta sane intelligi q̄/
at: presertim cum adhuc ostendantur eg:
vt committatur pugna: quam nemo com/
mittere credendus est: nisi in corpore ani/
mali. Byssinum autem album mundum:
quid significet: ipse Joannes exponit cuz
dicit. Byssinum enim iustificationes sunt
sanctorum. Sed ⁊ illud quod sequitur. Et
de ora ipsius ꝓcedit gladius ex vtraq; par
te acutus: in prima parte huius libri eno/
dare curauimus. Ipse est enim verbuz dei
quod ꝓcedit ex ore christi: ipse spiritus oris
eius: quo interficiet impium: sicut scri
ptum est: Et spiritu labiorum suorum in/
terficiet impium: qui bene ex vtraq; parte
dicitur acutus: quia hinc incidit arborem
sterilem vt pereat in eternum: hinc purgat
fructuosam vt copiosius ferat fructū. Hic
serit vt disperdat peccatores de terra. Hic
offēdit: vt viuificet predestinatos ad vitā.
Unde ⁊ de eodem gladio subsequenter ad
iungitur. Ut in ipso percutiat gentes. Qz
vero non vt damnet tantummodo prescri
tos ad mortem: sed vt saluet ex eis predesti
natos ad vitam: sermo subsequens mani/
festat cum dicitur. Et ipse reget eas in vir
ga ferrea. Qui enim nolunt conuerti blan
ditijs ⁊ humilitate: necesse est vt sentiant
fortitudinem diuicipline ipsius: ⁊ subijcian/
tur vel pro sceptro eius audientes ⁊ ipsi cū
tardo corde ad credendum populo iudeo
rum. Quia vidisti me: ⁊ credidisti: beati q̄ Joan.
non viderunt ⁊ crediderunt. Quasi enim
non viderunt dominū ⁊ crediderūt i cru
cifixum: qui tam que fierunt in ipso scruta
ri maiestatem: quam ineffabilem bonitatē
dicentes humiliter cum populo israel. Lo
quatur nobis moyses ⁊ audiemus. Nō lo
quat nobis dominus ne forte moriamur.
Qui autem arbitrantur stultitiam crede/
re in crucifixum: necesse est vt sentiant fu/
rorem ipsius appropinquātis ad iudiciū:
quatenus vel sola vexatio intellectum pre
stet auditui. Unde ⁊ mox subditur. Et ip/
se calcat torcular vini furoris ire dei omni/
potentis. Tale est enim ac si diceretur. Ad
circo cohercebuntur gentes sub disciplina
virge eius: quia videbunt iudicium quod
facturus est de iniquis: ⁊ manum validam
quam exercebit in eis. Concordat autem
verbum hoc cum verbo suprapposito de ꝓ
pheta: vt itelligatur aspersio sanguinis ad
rigorem iudicij pertinere. Oportet enim il
lum facere iudicium ⁊ regnare quousq; po
nat omnes inimicos sub pedibus suis. Un
de ⁊ mox subditur. Et habebat in vestimē
to ⁊ in femore suo scriptum: rex regum: ⁊
dominus dominantium. In vestimento de
signatur iustitia: in femore naturalis propa
gatio prolis. Sunt enim nonnulli qui dā/
nantur super alijs: quia dignis operibus
promerentur: nonnulli quia filij sunt nobi
lium ⁊ heredes potentum Christo autez
vtroq; modo debetur imperium: ⁊ honor
regni: siue quia regnum promeruit per pas
sionem qua vicit impatientia sua principē
huius mundi: siue quia filius est summi re
gis: cui subiecta est ⁊ esse debet ois sublimi
tas creature. Dictū est autē hoc in hac sex
ta parte libri q; hactenus patienter sustu
nuit: ⁊ subiectus esse voluit im membris
suis:

suis potentibus mūdi: in articulo illo ex/
ti temporis: in quo faciet ista in eisdem mē
bris suis: eleuabitur super omnes colles cō
plens in eis quod scriptum est in Daniele
propheta. Judicium sedebit vt auferatur
potentia: subauditur bestie de qua erat ser/
mo: ⁊ dispeat vsq; in finem. Regnum au/
tem ⁊ potestas ⁊ magnitudo regni: quid ē
subter omne celum: detur populo sancto/
rum altissimi. Sequitur. Et vidi vnuz an
gelum stantem in sole: ⁊ clamauit voce ma
gna dicens omnibus auibus que volabāt
per medium celi. Uenite ⁊ congregamini
ad cenam magnam dei vt manducetis car
nes regum ⁊ carnes fortiuz ⁊ carnes equo
rum: ⁊ sedentium in ipsis: ⁊ carnes omniū
liberorum ac seruorum ⁊ pusillorum ⁊ ma
gnorū. Angelū istū q; stat in sole: Helyā ꝑ Helyas
pheta esse puto: cui data est ꝓprietas vite
cōtēplatiue: sicut ioanni babptiste actiue.
Ut.n. aliquando in luna designat vita acti
ua: ita in sole vita cōtēplatiua. Rursum q;
in primo aduentu suo christus iesus venit
humilis ⁊ mansuetus: missus est Joannes
baptista quasi mitis luna ante faciem eius
vt precurreret saluatorem venientē vtiq; i
aqua redemptionis. Et quoniā in secūdo
aduentu suo veniet in maiestate: mittēdus
est Helyas quasi sol añ faciez eius vt preue
niat iudicem venturū in terribili igne iu/
dicij de quo dicit apostolus. Terribilis aūt
quedā expectatio iudicij ⁊ ignis emulatio
q̄ cōsumptura est aduersarios. Magna ve
ro voce clamabit: q; publice ⁊ solēniter pre
dicabit. Inuitabit autez aues celi ad cenaz
magnam dei: quia viros spirituales ⁊ con/
templatores vocabit ad spirituale cōuiuiū
christi in quo mattabitur vniuersitas mo/
riture carnis: vt transeat quod carnale est:
⁊ maneat quod spirituale. Et bene hoc cō
uiuium cena: non prandium nominatur:
quia circa finem mundi huiuscemodi con
uiuium celebrandum est. Sicut autē aues
celi que vescuntur carnibus delectantur in
cadaueribus mortuorum: ita anime iusto/
rum indefectu concupiscentie carnalis ⁊
in abolitione carnalium desideriorum que
militant aduersus animam. Inde est q; ⁊
ipse deus exiguit in veteri testamento sa/
crificium hyrcorum ⁊ vitulorum ⁊ arietū
ac si eisdez sacrificijs vesceretur: quia sicut
gaudent carnales homines in mactatione
carnis: ita letantur sancti dei in abolitione
carnalis desideri. Scimus enim q; conui/
uium de carnibus fieri non potest: nisi de/
sinant esse ipsa animalia de quorum cada/
ueribus ipsum conuiuiuz preparatur. Sz
⁊ illud conuiuium comendari apud homi
nes consueuit vbi diuersi generis anima/
lia iugulantur. Ex qua re aperte liquet: q;
diuersa hominum genera conuenire cōsta
bit aduersus dominum in die illa superan/
da pariter a rege christo: quas quidem car
nes regum ⁊ tribunorum: fortium ⁊ equo/
rum ⁊ sedentium in ipsis. i. subiectorum ⁊
prelatorum: liberorum ⁊ seruorum: pusillo
rum ⁊ magnorum: eedem aues celi man/
ducare iubentur: Nam sequitur: Et vidi
bestiam ⁊ reges terre ⁊ exercitus eorūz cō
gregatos ad faciendum prelium cum illo:
qui sedebat in equo ⁊ cum exercitu eius.
Non est prius statuenda apparitio sedeñ/
tis in equo ⁊ exercitus eius: ⁊ postea con/
gregatio regum cum bestia ad faciendum
bellum cum ipso ⁊ exercitu eius: sed prius
congregatio ipsorum regum: ⁊ postea re/
uelatio christi. Prius enim conspirabunt
in vnum reges terre seducti a signis draco
nis ⁊ bestie ⁊ pseudo prophetarum q; erūt
cuz eo: ⁊ postea apparebit dominus vt de/
struat regnum diaboli: ⁊ eorum qui erunt
ex parte eius: si tamen visibiliter appare/
bit tunc: ⁊ non magis inuisibili potentia
spiritus sui patraturus est hanc victoriaz:
quod ipsi melius committimus qui (ait).
De hora illa nemo nouit nisi solus pater.
Quocunque autem modo istud fiat: dissi/
pabitur tamen regnum diaboli in die illo:
alijs terribiliter punitis alijs occisis in gla
dio qui procedit ex ore eius. Unde ⁊ mox
subditur. Et capta est bestia ⁊ cuz illa pseu
do propheta qui fecit signa coram ipsa qui

bus seduxit eos qui acceperunt characterem bestie ⁊ adorauerunt ymaginem eius. Vnus missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure ⁊ ceteri occisi sunt i gladio sedentis super equum qui procedit ex ore ipsius: ⁊ omnes aues saturate sunt carnibus eorum. Superius dixerat vidisse se angelum vnum in sole vocantem aues celi ad cenam magnam dei: vt comederent carnes regum ⁊ tribunorum ⁊ fortium ⁊ equorum ⁊ sedentium in ipsis: nunc ostendit de quibus hoc dixerat: ne quis de omnibus dictum esse putaret. Beniq; bestia ⁊ pseudo propheta qui simul cum draconе ruso inuentores erunt tantorum scelerum viui mittentur pariter in stagnum ignis: sine quia viui descendent in infernum: sicut quondam accidit dathan ⁊ abyrō: siue quia iam iudicati erunt: ⁊ proprio iudicio condemnati: iuxta illud quod dictum est de quibusdam. Et descenderunt in infernum viuentes. Ceterum quos vocat reges terre ⁊ exercitus eorum: occidentur verbo christi: in ea vtiq; parte in qua male viuunt ⁊ in eorum mactatione gaudebunt anime fideles: quia ⁊ ad iustuz pertinet iudicium dei. vt deceptores altorum dignam pro meritis sumant penam: ⁊ ad culmen bonitatis ipsius: vt hi qui simpliciter sequuntur eos ignorantes versutiam deceptionis eorum confundantur super errore suc: ⁊ confusi conuertantur ad deum viuum ⁊ verum: qui lauit nos a peccatis nostris ⁊ redimere dignatus est in sanguine suo. Nostro in die illo quando istud fiet complebitur illud quod scriptum est per prophetam: Expecta me dicit dominus in die resurrectionis mee in futurum: quia iudicium meum vt congregem gentes ⁊ colligam regna. Et effundam super eos indignationem meam ⁊ omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra: quia tunc reddam populis labium electum vt vocent omnes nomen domini: ⁊ seruant ei: humero vno. Vltra flumina ethiopie inde supplices mei filij dispersorum meorum deferent munus mihi. In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis quibus preuaricata es in me. Qz tunc auferā de medio tui malignos superbie tue: ⁊ nō adijcies exaltari amplius in monte sancto meo. Et derelinquam in medio tui populum pauperem ⁊ egenum: ⁊ sperabunt in nomine domini. Reliquie israel non facient iniquitatem: nec loquentur mendacium: ⁊ non inuenietur in ore eorum lingua dolosa. Quoniam ipsi pascentur ⁊ accubabunt: ⁊ non erit qui exterreat. Complebitur: etiam id quod scriptum est i Daniele propheta: dicente eodem in vna visionum suarum. Et dixi viro: qui indutus erat lineis qui stabat super aquam fluminis. Vsq; quo finis horum mirabilium. Et audiui virum qui indutus erat lineis qui stabat super aquam fluminis: cum leuasset dexteram ⁊ sinistram suam in celum ⁊ iurasset per viuentem in eternum: quia i tēpus ⁊ tempora ⁊ dimidium temporis: ⁊ cū completa fuerit dispersio manus populi sancti: complebuntur vniuersa hec. Sed ⁊ illud quod scriptum est in tertia parte huius libri. Et angelus quez vidi stare supra mare ⁊ super terram: leuauit manum suaz ad celum: ⁊ iurauit per viuentem in secula seculorum: quia tempus amplius non erit: subaudiunt ad laborem: sed in diebus vocis septimi angeli: cum ceperit tuba canere: cōsumabitur misterium dei sicut euangelizauit per seruos suos prophetas.

Psal.

Basi.

¶ Explicit sexta pars libri.

¶ Incipit septima pars.

¶ Paulo supius dixerat vidisse se Hierusalem nouaꝝ descẽdentem de celo: ⁊ modo dicit se esse vocatum ab vno angelorum septem: dicẽte sibi. Veni ostẽdam tibi sponsam vxorem agni. Aut igit recapitulando replicauit

replicauit quod dixerat: vt ordinem expriᵐeret visionis aut verius qđ creditur illud dixerat de peregrinante in terris istud autem adiunxit de regnante in celis. Qua si enim illud vidit per se: istud per alium: quia multa scripta sunt de gloria presentis ecclesie que vocatur ierusalem: que non solum legi potuerunt: ⁊ intelligi ꝑm litteraz a discipulis veritatis: verumetiam videri oculis ⁊ auribus audiri. Quia vero illa q̃ sursum est ierusalem: que tamen de lapidibus istius edificat: non est dubium. nõ potest modo videre oculis: nec in scriptura sicuti est inuenitur expressa necessarius erat doctor spiritualis q traberet perfectos discipulos ad anagogicum intellectum: ⁊ ꝑ ea que nota sunt in scriptura de peregrinãte in terris raperentur ad spirituales visionem illius: que gloriatur in celis. Unde ⁊ mox subditur.

T.11 ¶ Et sustulit me i spiritu i mõtem magnum & altum.

¶ Mons iste magnus ⁊ altus ille est de quo dicit psalmista. Quis ascendet in mõtem domini: aut quis stabit in loco sancto eius? Mons iste: celum est spirituale adqđ oportet ascendere qui volunt celestia contẽplari. Ipse est anagogicus intellectus: q re vera magnus ⁊ altus est: quia magna sublimia comprehendit. Litteralis veniq; intellectus indicat ꝑm se transitoria ⁊ terrena. Typicus: statum peregrinantis ecclesie que agitur quodammodo inter terram ⁊ celum: Anagogicus vero qui superior est: statum illius vbis que in celis est. Uerum tamen ⁊ ibi ⁊ hic dicta est ierusalem descẽdere de celo adeo: quia tam in presenti seculo: q̃ in futuro: nouit humilibus cõsentire: ita vt ⁊ semper descendat: ⁊ semper sit cum deo a quo semꝑ descendit. Sicut. n. fluuius semper manans a suo fõte ⁊ a loco eminentiori: ⁊ descẽdit ad ima: ⁊ tamẽ semper est vbi manat: ⁊ vnde manat: ita ierusalem illa superna semper manens in celo: semper: ⁊ sine fine per humilitatem descẽdit: quia quo magis de se continue humilia sentit: eo firmius manet in gloria: aqua non situ loci: sed humilitate descẽdit. Illaꝝ sequitur.

T.12 ¶ Et ostẽdit mihi ciuitatem sanctam ierusalem descendentẽ de cœlo: adeo habentem claritatẽ dei: lumẽ eius simile lapidi prætioso tanquã lapidis iaspidis sicut cristallum.

Esa.

¶ Quia non eleuatur in superbiam sicut ille qui ait. In celum ascendam super astra celi: exaltabo solium meum: sed econtrario a celo (hoc est) a gloria sibi data per humilitatem descendit: digna efficitur que habeat claritatem dei: sicut ⁊ luna claritatem solis: vt fulgeat: ⁊ ipsa sicut sol in regno patris sui. Sed quare lumen eius simile esse dicitur lapidis iaspidis: ⁊ sicut cristalli cuz diuersi colozis sint: iaspidis: ⁊ cristallum: nisi ⁊ fides ⁊ contemplatio lumen est animorum: ⁊ alterum horum designatur in iaspide: alterum in cristallo. Prius enim accipit homo lumen fidei: quod vinificat animam: deinde lumen scientie: que magnificat vinificatam. Quos enim inquit apostolus: prescisiit: hos ⁊ vocauit: ⁊ quos vocauit hos ⁊ iustificauit: quos autem iustificauit: illos ⁊ magnificauit. Justificauit vtiq; vtiq; illos per fidem designatuz in iaspide qui viridis est colozis: nimirũ quia iustus ex fide viuet: magnificat per scientiam designatam in cristallo: cuius splendoz est similis claritatis lune: vtiq; quia ⁊ luna cristallo similis esse perhibetur. Sequitur.

T.13 ¶ Et habebat murum magnũ & altum habens portas duodeci & in portis angelorum duodeci & nomina scripta quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorũ israel. Ab oriente porte tres. Ab aquilone porte tres. Ab austro

porte tres. Ab occasu porte tres.

¶ Audurus ciuitatis exercitus est sanctorũ q elevatus ad superiora: datus est ad pfectionẽ: z defensionẽ ecclesie. Audiui (inqt) numerũ signatoz centuz. 44. miliaz ex omni tribu filioz israel: z cetera que sequunt. Et infra. Vidi turbã magnã quã dinumerare nemo poterat. Ipsa turba magna cuz illis quos sub certo numero signatos nominat: murus est ciuitatis. De portis ciuitatis: z de angulis dicetur postea. Segtur.

L.14 ¶ Et murus ciuitatis habẽs fundamenta duodecim: & in ipsis duodecim nomina duodeci apostolorum, & agni.

¶ Quot vnus sit lapis de quo loquunt scripture: supra quem iacta sunt fundamenta ecclesie testatur ipsa veritas que dicit. Super hanc petram edificabo ecclesiam meã: z porte inferi non prevalebunt aduersus eam. Dixit autem hoc dominus Petro: qui est vnum z primum duodecim fundamentorum: fundamẽta (inquit) eius in montibus sanctis. ¶ Montes sancti sunt duodecim apostoli in qbus cõtinẽt fundamenta ierusalem. Duodeciz sane fundamenta esse duodecim apostolos nomina quoq; ipsa: operaq; testant. Sicut enim ipsi duodecim fundati sunt supra firmam petrã: que est xpõs ihesus: ita supra fidẽ eoz fundata est multitudo fidelũ. Segtur.

L.15 ¶ Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundinem auream: vt metiretur ciuitatem et portas eius & murum.

¶ Arũdo aurea quam habet angelus in manu sua: est consideratio rationis que concessa est spiritualibus viris: ad existimandam mensuram siue ordinem illius speciosissime ciuitatis scientibus z intelligentibus: q; qui creauit omnia in sapiẽtia: mensuram z numerum sentare voluit in operibus suis: ne quid in eis inordinatuz ne quid deforme: aut indecens appareret: maxime aurẽ ne ab imagine dei z spiritualium virtutum dissimilia esse viderentur. Que bene quoq; arundo aurea esse phibetur: quia pura est quasi aurum consideratio sanctorum z nihil habẽs in se falsitatis admixtum. Sequitur.

¶ Et ciuitas in quadro posita est L.16 longitudo eius tanta est: quanta & latitudo. Et mensus est ciuitatem de arundine aurea: per stadia duodecim milia. Longitudo et latitudo et altitudo eius æqualia.

¶ Ad eius est ciuitatẽ de arundine aurea: quia qui nouunt contemplari spiritualia: consideratione verissima rationis: comprehendunt statum z ordinem ciuium superiorum. Unde z bene subiunctuz est. Per stadia duodecim milia: quia duodeciz sunt turme sanctorum martiruz qui electi sunt z signati ex omni tribu filiorum israel. i. simul omnes centumquadragintaquatuor milia: quod tamen in spiritu: vt iam diximus: intelligendum est: preter turbã illam magnam quaz dinumerare nemo poterat: qui omnes pro perfectione fidei sue: admuros pertinent ciuitatis. Qui vz sacer numerus: si discreta consideratione pensatur: non solum longitudinem ciuitatis: latitudinem z altitudinem equalia esse demonstrat: verum etiam quare hoc: manifeste penditur. Si enim multitudinem ipsaz celestium legionum diuidimus in quatuor partes: z easdem legiones seriatim signantes in formam vertimus ciuitatis: q; sint equalia longitudo: z latitudo: z altitudo ex ratione quadam senarij numeri: qui magnam significat perfectionem: indagare valemus: quandoquidem isdez numerus tribus illis prescriptis modis: clarus z integer reperitur.

In prima parte triginta sex millia.



In secũda parte. 36. millia.



In quarta parte. 36. millia



Simul omnes centũq; quadragintaquatuor milia.

Latitudo



In tertia parte. 36. millia.

Diuisus siq̃dem prescriptus numerus in quatuor partes: triginta sex in singulis. i. sexies sex: hẽ repitur. Si autem senarius numerus pfectus est in seipso: cum simpliciter ponit z absoluit: q̃to magis: cũ vsq; sexies multiplicatus inuenit? Quvero ois numerus multiplicatus in seipso vsq; ad se: si hoc mõ vsq; quater multiplicatus fuerit: z in domum quadrate domus dispositus: ita in lõgitudine z latitudine. q̃ etiã in altitudine sui recipit equalitatem: recte vt hanc quoq; perfectionem haberet ciuitas illa que in quadro posita esse narratur maxime vt per hoc apte detur intelligi q̃ regnum illud summe pacis: sit summe cõcordie: vtpote in quo nihil dissimile aut diuersum: q̃ summa eq̃litas repit. Qd aũt stadia duodeciz millia: hoium duodecim prescriptas turmas pfectoz designent: certũ se quẽ numerus manifestantez dicitur.

E.17 ¶Et mensus est muros eius centumquadraginta quatuor milia: cubitorum mensura hominis q̃ est angeli.

¶Si.n. 12.milia stadia totidē magnas legiones designāt: qd p cubitos. 144. milia nisi. 144 milia signatoꝝ: ex quoꝝ moderata multitudine cedez. 12. turme suis ppriet̃atibus distinguunt. Dicturus siquidē ioānes. Ex tribu iuda. 12. milia signati ꝛ sic de reliquis pmisit dicens. Audiui numeꝝ signatoꝝ. 144. milia signati: ex omni tribu filiorū israel. Quasi ergo p singulis mille narijs: singuli cubiti accipiēdi sunt: vt id esse videat numerus pfectus in sanctoꝝ collegijs: qđ circa muroꝝ spatia cubitus in mensura: Qđ aūt subdit in eodē loco. ¶Mēsura hois que est angeli: ad illud p tinere videt qđ tenet opinio sanctoꝝ. Esse vꝫ mensura vna ageloꝝ ꝛ electoꝝ hominū: iuxta illud qđ scriptū est. Cōstituit terminos gentiū: ꝑ numerū angeloꝝ dei: vel certe mensura ipsa cubiti: hominis ꝛ angeli esse perhibet: qꝛ ꝑm rationez spiritualiū rex: ordinata sunt humana misteria: iuxta illud quod ait dominus ¶Joysi seruo suo. Vide: vt omnia facias: ꝑz exemplar quod ostensum est tibi in monte. Sequitur.

E.18 ¶Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipa vero auro mūdo: simile uitro mundo.

¶Duas esse perfectas: vitas ecclesie: ꝛ doctrina sctōrū nouimus ꝛ exemplo. Alijs enīz data est fortitudo fidei: vt agerent viriliter vsq; ad mortē: alijs data est pspicacitas cōtēplationis: vt speculādo que dei sūt clariores efficiant̃ auro qđ p ignē probat: Quia vero color iaspidis: qui etiam herbarū viriditatis habet speciē: ꝛ aptus noscit ad sculpturā fidei viriditatē: atq; pseueratiam designat recte structura muri ierusalez ex lapide iaspide esse perhibet: nimirūz qꝛ sancti martires: fidē edicerunt regna: opera sunt iustitiā: adepti sunt repromissionem. Unde ꝛ per prophetam dicitur. Et dabo iaspidez ppugnacula tua. Et qm̃ auri mūdi species similis vitri mundi: mūditiam cordis sanctoꝝ: qui in pace ecclesie pugnauerūt cōtra vitia carnis: ꝛ spiritus eoꝝ serenissimā ꝓpicacitatē designat: recte ipa claritas: similis auro mūdo: ꝛ vitro mūdo: esse perhibet: profecto qꝛ de ipsis ꝑcipue scriptum est. Beati mundo corde quoniā ipsi deū videbūt. Et hec quidē dicta sunt i genere: de vniuersa illa celesti ciuitate: ꝛ multitia sanctoꝝ: que innumerabilis est sicut stelle celi: que pre multitudine numerari non possunt. De his vero que spiritualia sunt specialiter subsequentur adiungitur. E.19

¶Fūdamēta muri ciuitatis omni lapide prætioso ornata.

¶Que.n. virtus non est inuēta in quo bet sanctoꝝ apostoloꝝ: qui adhuc viuētes in carne primitias spiritus acceperūt. Uerūtamen: ꝛ si vnus quisq; eorum omniuz muneribus particeps fuit: nihilominus tñ singula eoꝝ singula ꝓrogatiua alicuius gratie: data est: vt aliqua differentia inueriset singulo videret. Tñ ꝛ moꝝ subdit. E.20

¶Fundamētū primū: iaspis secundus saphyrus: tertius calcedonius: quartus smaragdus: quintus sardonis: sextus sardius: septimus chrisolitus: octauꝰ berillus: nonus topatius: decimꝰ chrisopazus: undecimus iacinctus: duodecimus americtus.

¶Uoꝝ. 12. lapidū colores: ꝓprias deignāt virtutes que singulis apostolis data esse nō est dubiū: fm qꝛ vnusq; ꝓpriū donū habet ex deo: alius quidē sic: alius vero sic: qđ ideo tñ sigillatim eisdē apostolis nō ꝑsumimus aptare: qꝛ nō idem ordo in descriptione ipsorū apud omnes euangelistas vnifoꝝmiter tenet: ꝛ aliqui prescribuntur apud vnum: qui subscribuntur apud alios: haud dubium: vt illorum merita eq̃lia esse credātur. Primum tamen fundamentum rectissime iaspis qui significat veram fidem esse commemoꝛatur: quia Petrus apostolorum primus de fidei fortitudine commmendatur secundum fundamentum saphyrus: iste lapis similis ē sereno celo: qui etiam percussus radijs solis: ardentem (vt aiunt:) emittit fulgorem. Huius lapidis color significat spetiem qua rapimur ad celestia: cum videlicet prouocati verbis Christi (qui est verus sol) incipimus inflammari radijs charitatis illius. Sic Andreas qui amoꝛe celestis patrie reliquit seculum ꝛ secutus est Joannem Baptistam: moꝝ vt ꝛmansit cum Christo duobus diebus tactus radijs amoris eius adhesit illi ꝛ factus est discipulus eius. Tertium fundamentum Calcedonius. Iste lapis similis est pallentis ignis quasi lucerne: ꝛ fulget magis sub diuo q̃z in domo. Huius lapidis species significat ardorem humilem charitatis: qui aliquando quidem ītus manet occultus: sed tandem per opera producitur in lucem: ꝛ qualis prius esse potuerunt: cum tempus exigit revelatur. Possumus autem hanc virtutem ascribere Jacobo fratri Joannis: qui vt ostenderet quanta charitas lateret in pectoꝛe eius: primus iter omnes apostolos sustinuit passionem. Unde ꝛ ijsdem lapis sculpere se volentibus resistit: quia non sicut nōnulli qui campum certaminis postulasse visi sunt: vt quasdam formulas perfectionis relinquerent suis posteris p sculpturam ficut Petrus ꝛ Paulus sed magis voluit cito dissolui ꝛ esse cum Christo. Quartum fundamentum Smaragdus. Iste lapis summe viriditatis est habens colorem purissimi olei. Huius lapis coloꝛ: significat illam perfectam fidem que per charitatem operatur diffusa vtiq; in cordibus nostris per spiritum sanctum: qui datus est nobis. Hanc virtutem possumus ascribere beato Joanni cuius est liber iste: q abundantius repletus est oleo illo spirituali: quo vnctus est dei filius pre consortibus suis. Unde ꝛ in olei dono legitur missus vt quasi quidam smaragdus oleo proficere videretur. Quintum fundamentum: sardonis. Iste lapis inferius dicitur esse niger: in medio cādidus: superius rubeus. Huius lapidis species significat pfectū illū virtutū quez notat in quibusdā psalmista: cū dicit. Jbūt de virtute in virutē. Nempe: qꝛ ꝛ si niger coloꝛ prenotat ignoratiā: ipsa tñ ignoratia vertitur in virtutē humilitatis: q̃ magna est ꝛ vtilis sup oēs virtutes. Huiuscemodi aūt coloꝝ varietas ascribi poterit Philippo q ignoranꝫ a principio magnam bonitatē dei predicauit christū esse filiū ioseph a nazareth ciuitate: q inde pductus ē ad cādoꝛē veritatis: qñ ait Petrus. Tu es christus filius dei viui: ꝛ ad vltimuz pductus est ad coronā martyrij. Sextū fundamētū sardius. Iste lapis coloꝛē habet sanguinis tātū: ꝛ significat oīmodā pfectionē martyrij. Sexto.n. die passus ē dñs ꝛ ripuit genus humanū a moꝛte: redimens illud sanguine suo. Que vꝫ pfectio martyrij ascribi potest Bartholomeo q decoꝛiatus ab infidelibus: durā sustinuit passionē. Septimū fundamētū crisolitus. Iste lapis fulget quasi aurū: ꝛ scintillas emittit ardētes. Significat autē sapientiā dei: de qua pcedūt verba flāmātia ad accēdenda coꝛda audientiū ad amoꝛē dei. Hec autē virtus ascribendaē ¶Mathēo primo inter quatuoꝛ euāgelistas q scribēs euangelicaz veritatez: fm litterā verbis spiritualibus ꝛ ignitis que pcedūt ex ipsa esdēz virtutez inflāmataz reliquit. Octauū fundamentuz berillus. Iste lapis si positus fuerit in sexangulā formā: lucet q̃ si sole pcussa. Qui etiā tante caliditatis esse dicitur: vt calefaciat manū tenentis euz. Natura huius lapidis significat operis perfectionē: de qua dñs ait. Sic luceat lux vestra coꝝā hominibus vt videant opera vestra bona: ꝛ glorificent patrez vestrum qui

in celis est. Nihil est aut: qđ ita caleſaciat frigida corda hominū infirmoꝝ: quomodo exemplū bom operis: quo solū bonum proficere queūt q animales sunt intellectu. Hāc virtutē ascribere possumus Thome: q missus predicare in india: exemplo boni operis: animales homines illius ꝓincie ex parte maxima cōuertit ad fidē. Nonuꝫ fundamentum Topacius: qui valde esse dicitur pretiosus. Iste lapis similis est auro purissimo atq; serenissimo celo splendenti quam nimis supra ceteros lapides: maxime cum tangitur solis splendore. Huius lapidis species significat vitam cōtemplatiuam: que clara satis est in se ipsa: sed clarior efficitur visione dei. Hanc virtutem possumus ascribere Jacobo fratri domini: qui clarus quidem habitus est inter magnos apostolos: post obitum Jacobi fratris Joannis: precipuus in consilijs: sed tam longe clarior ex eo q specialiter esset: vocari meruit frater domini. Decimum fundamentum Chrisopaxus. Iste lapis purpureꝰ est colozis guttatus guttulis aureis. Huius lapidis species designat nobilitatem iustitie fulgentem sentētijs sapientie. Hec virtus ascribi potest Jude fratri suprascripti Jacobi: qui inter cetera doctrine sue verba etiam epistolam scripsit connumeratam inter eas: que vocantur canonice. Undecimū fundamentum Jacinctus. Huius lapidis color mutatur cum aere. Significat autem ille tam gratiam charitatis: quam describit apostolus cum dicit. Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. Hanc fortassis ascribere possemus: Symoni: qui cognominatur zelotes: qui quidem prescribitur Jude secundum Lucam: sed subscribitur secundum Mattheum: si aliquid de eo quod esset propium inuenire/mus scriptum. Sed quia alie proprietates aliys assignate sunt: possumus fortassis & istam huic sancto apostolo assignare. Duodecimum fundamentum ametistus. Iste lapis purpureus est habens similitudinez viole & rose: & videtur quasdam flammulas fundere a se ipso. Significat & ipse nobilitatem vere & perfecte iustitie: que consumatur sanguinis effusione ob fraternam salutem: dicente de hoc ipso Joanne. Si deus pro nobis animam suam posuit: & nos debemus pro fratribus nostris: animas nostras ponere. Hec virtus ascribi potest Mathie qui pro merito virtutis & gratie: annumeratus est cum undecim: & factus est socius apostolorum. Hec quomodocunque dicta sunt a nobis ne videremur duodecim apostolorum nomina(: que scripta sunt in fundamentis:) silentio preterire: dantes occasionez otiosis vt sciant per minima contemplari maiora. Quia vero de gloria fundamentorum tam felicia: quam gloriosa dicta sunt a Joanne: superest vt loqueretur de portis in quibus sunt scripta nomina duodecim tribuum filiorum israel. De quibus videlicet portis recte quereretur: quare prius qđ fundamenta: & posterius scripta sunt: nisi sciremus manifeste q ipse duodecim tribus que prime fuerunt in fide: nouissime facte sunt electione: dicente domino. Erunt primi nouissimi: & nouissimi primi. Sequitur ergo sermo diuinus & dicit.

T.2 ¶ Et duodecim porte duodecim margaritæ sunt per singulas & singulæ portæ erant ex singulis margaritis.

¶ Quod dixerat superius: habebat ciuitas murum magnum & altum: & in portis angulos duodecim hoc repetit iterum in loco isto dicens. Duodecim porte: duodecim margarite sunt per singulas: & singule porte erant ex singulis margaritis: excepto q ibi non est locutus aliquid de margaritis: hic vero esse portas & angulos ex margaritis expressit. Ut autem constructione huius vbis ordinem inquiramus scimus q qui nouam vbem edificare proponit: primo inuenit locum in quo edificetur: deinde fodiens in altum per circuitus preparat valla in quibus iaciantur fundamenta: deinde iactatis fundamentis: edificantur muri nouissime locatis in vbe portis: edificantur domus. Primo ergo inuenitur locus: & fodiuntur fulci. Secūdo ponuntur fundamenta & edificantur muri. Tertio statuuntur porte & edificantur domus. Horum primum pertinet ad primuꝫ statum: secundum ad secundum: tertium ad tertium. Primo & enim tempore electus est populus israel: vt fieret i eo preparatio huius nobilissime ciuitatis. Secundo i aduentu domini: electi sunt duodecim apostoli: vt essent in fundamētis ciuitatis: & post ipsos filij eoꝝ & nepotes in fide de populo qui vocatur gentilis: facti & ipsi in spiritu filij patriarcharuꝫ: sicut & per apostolū dicitur. Si autem vos christi: ergo Abrae semen estis. Electi sunt inq; & ipsi: vt transirent ad muros ierusalem: pro qua & passi sunt ludubria & verbera in corporibus suis: adeo vt non diligerint animas suas vsq; ad mortem. Cum autez aduenerit tēpus illud de quo dicit apostolus. Cecitas ex parte contingit in israel: donec plenitudo gentium intraverit: & tunc omnis israel saluus fiet: necesse erit vt statuant etiaꝫ porte in muris: per quas vniuersus populus fidelis intret in ciuitatem reddens in ea domino vota sua: & offerens in ea sacrificium laudum. Verum autem de populo iudaico eligendi sunt viri qui designantur in portis: an potius de gentili: an cōmuniter ex vtroq; incertum est. Undecunq; tamen eligentur albedine margaritarum cādescent: quia castitas illius temporis magna erit: & veluti lilia rosarum flores: purpureas coronas martyrium candore sequentur. Sane duodecim margarite per portas singulas que simul sunt centū quadragintaquatuor aduitores erunt virorum illorum in predicatione euangelij de qua dicit dominus. Et predicabit hoc euangelium regni in vniuersum orbem in testimonium omnibus gentibus. Sed queritꝫ quare certum quadragintaquatuor. i. septuaginta duos: & septuagintaduos: cum moyses non nisi septuagintaduos seniores & dominus noster iesus Christus septuaginta duos discipulos designasse narratur. Si. n. in primo statu post duodecim patriarchas filios Israel: in quorum vice duodecim principes de singulis tribubus constituti sunt in deserto: septuagintaduo seniores electi sunt pariter a moyse: & nihilhominus post electionem duodecim apostolorum: septuagintaduo discipuli electi sunt a Christo: oportunius videretur vt in hoc tertio statu parimodo septuagintaduo virt potiusq; centum quadragintaquatuor. i. septuagintaduo: & septuagintaduo vocarentur pariter a spiritu sancto: quatenus i singulis statibus summa equalitas inesse videret: Sz notandum q restitutus Job priſtine sanitati septem qdem filios p amissis obtinuit. i simplices p simplicibus: cetera oia duplicata recepit. Sic & in primo statu seculi quasi simplicia recepit dns de populo israel: simplicia nihilhominus in secūdo ò populo q dicebat gētilis. in. 3. vero ꝗsi duplicata: q de vtroq; populo colligentur electi. Et bñ in duodenis psonis simplex i tribus statibus similitudo tenet: ñ reliquo vero multiplicitas in eo statu qui proprietate vt sepe dixi: mysteriū pertinet ad spiritū sanctū: q; sic idē spiritus simplex est in substātia: vt tū multiplex sit: populēsq; in domo. Inde é q; orat eliseus vt fieret i eo duplex spiritus helye. Inde ait apostolus de xpo. Asc. deus in altū captiuam duxit captiuitatē dedit dona hominibus. Igit margarite duodene que vise sunt i portis ciuitatis predicatores erūt euangelice veritatis xpe quo israel cōuertet ad dñz: qui & helias vēturus est: vt pvertat corda patrū ad filios. Adherebūt autem duodecim portis sicut 72. discipuli. 12. apostolis xpi ihesu. De q bus vz portis tam superius dictum est: q tres earum manent ab oriente: tres ab aquilone: tres ab occidente: & tres a meridie.

Quare hoc? Ut in singulis partibus ciuitatis mysterium rutilet trinitatis. Non solum autem: sed in ipso corpore ciuitatis additis suburbanis ꝛ vicis. Cur autem in quinq; partibus potius quam in sex aut in septẽ: i ope psalterij decẽ cordaꝝ plenius assignauimus rationem. Quod autem alie porte: ab oriente: alie ab occidente: alie ab austro: vel meridie esse scribuntur: ad differentiam gratiarum referendum est: quia alij per spiritum datur sermo sapientie: alij sermo scientie: alij fides: ꝛ his similia. Alie etenim porte sunt ab oriente: quia aliquibus Sanctorum data est prerogatiua fidei: in qua est ortus veri luminis: ꝛ ostensio lucis. Alie sunt ab Aquilone: quia aliquibus concessa est virtus patientie: qua possint resistere nequissimo spiritui aquilonis: adeo vt pulsati diutius non flectantur: sed pugnent aduersus eum: perseuerantes in patientia vsq; in finem. Alie sunt ab occidente: qꝝ nõnulli respicientes casum mundi: ꝛ occasum luminis huius: spernunt presentem mundum ꝛ gloriam ipsius. Alie sunt a meridie: quia pleriq; tacti plenius calore veri Solis: exultant in gaudio Domini Dei sui. Quod ergo terne ꝛ terne sunt porte: ad sacrum mysterium Trinitatis referendum est. Quod vero a quatuor partibus: causa mysterij dicta est. Deniq; ꝛ ipsa ciuitas cum suburbanis ꝛ vicis suis: nihil habet minus ab eodem mysterio. Sequitur.

E.22 ¶ Et plateæ Ciuitatis similes auro mundo: tanquam uitrum p lucidum.

¶ Hoc iam superius dixerat de ciuitate: ad quam pertinent propie ipse platee: ad differentiam murorum qui leuantur in altum. Ad muros etenim qui sunt in circuitu: pertinet perfectio actionis. Ad plateas q̃ intus sunt interiores contemplationis. Unde ꝛ in canticis scriptum est. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel: omnes tenentes gladios ꝛ ad bella doctissimi: propter timores nocturnos. Lectulus sane Salomonis: ipsa ciuitas est: fortes qui ambiunt: ipsi muri qui dati sunt exterius ad defensionem ciuitatis. Et bene platee ipse ciuitatis: auro mundo: simili vitro perlucido: similes esse perhibentur: quia corda contemplantium deum: munda sunt ꝛ perspicua: dicente domino. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Sequitur. Cant.

¶ Et templum non uidi in ea. E.23 Dominus enim Deus omnipotens: templum eius est & agnus.

¶ Idcireo (inquit) non vidi templum in illa Hierusalem: quia pater ꝛ filius sunt templum illius. In templo etenim manufacto: quod hedificauit Salomon erant Pontifices ꝛ Sacerdotes constituti vt docerent populum legem Domini: ꝛ offerrent pro eo Sacrificium: ꝛ pro delicto: ꝛ pro peccato. Similiter: ꝛ si multo dignius: venerandum illud Capitulum: quod fundatum est Rome: pro Templo: constitutum est in Ecclesia: vt ab eo accipiant fideles decreta ꝛ legittima vite Christiane: in quo: ꝛ qui presidet summus Pontifex: vicem Christi gerit in terris: donec veniat ipse qui est Summus Pontifex: requirere oues suas: ꝛ visitare illas: sicut visitat Pastor Gregem suum: in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. In ciuitate autem illa que sursum est: neq; Templum manufactum necessarium est: neq; conuentum Sacerdotum ad docendum iterum populum viam Dei: quia Dominus omnipotens cum filio suo: omnia est in omnibus: docens electos suos omnem veritatem: non iam per elementa mutabilia: sicut in hac vita presenti: sed per spiritum suum quem dedit nobis: ꝛ daturus est abundantius in die illo. Unde ꝛ mox subditur.

E.24 ¶ Et ciuitas non æget sole: neque luna: ut luceant in eas: quia claritas dei illuminabit eam: & lucerna eius est agnus.

¶ Id est: neq; viro spirituali egebit qui doceat ibi electos spiritualem intellectum: neq; animali qui doceat eos superficiem littere: quia claritas diuine sapientie docebit eos omnem veritatem suũpsius: qui est id quod est: ꝛ homo Christus Jesus erit ei pro lucerna: vt in ipso sciant ꝛ admirentur magna opera Domini: ꝛ exquisita in omnes voluntates eius. Quecunq; etenim archana: quecunq; occulta iudicia admirantur homines in hac vita presenti: nuda erunt omnibus in die illo: ꝛ absque enigmate manifesta. Quia vero qd futurum erit in ea post diem nouissimum: etiam ante diem ipsum: ꝛ maxime in tempore illo: quo statuentur in ea porte: incipiet consumari. Sequitur consequenter: ꝛ dicit.

E.25 ¶ Et ambulabunt gentes per lumen eius: & reges terræ afferẽt gloriam suam & honorem in illam.

¶ Erit autem precipue illud cum Dominus Jesus ponet omnes inimicos suos sub pedibus suis: ꝛ cum Regnum quod est subter omne celum: dabitur populo Sanctorum altissimi. Unde ꝛ mox subditur.

E.26 ¶ Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit in ea: & afferẽt gloriam & honorem gentium in illam.

¶ Tempori Regni Babylonici: quod ꝛ recte vocari potest: tempus tenebrarum in sex etatibus mundi: imponetur finis: vt Regno eius (vti supradixi) destructo: perficiatur in septima: quicquid minus erit in structura Hierusalem: ꝛ vocatione vniuersi populi: qui futurus est in ea: quatenus in futuro seculo: quod erit velut octauum: vniuersa que pertinent ad eam: appareant consumata. Quod ergo dicit. Porte eius non claudentur per diem: nox enim non erit in ea: ꝛ afferent gloriam ꝛ honorem gentium in illam: ad septimam (vt iam dixi) etatem: referendum est. Erunt enim tempore illo aperte ianue: quia publice patebunt omnibus viscera pietatis: vt intret qui voluerit: ꝛ efficiatur ciuis Hierusalem. Et hoc ipsum: non in caligine ignorantie: sicut vsq; ad presens: sed in plenitudine intellectus. Unde ꝛ in Daniele scriptum est. Qui docti fuerint: erunt quasi splendor firmamenti: ꝛ qui ad iustitiam erudiunt multos: quasi stelle in perpetuas eternitates. Nec obprobrium: aut erubescentia erit illo tempore ecclesie Sanctorum: sicut aliquando: sed decus: sublimitas: ꝛ maiestas: quia gentes conuerse ad Regem Christum: conferent gloriam: ꝛ honorem suum in illam clarissimam Ciuitatem: vt possint ꝛ ipse esse participes glorie ipsius: prosternentis se humiliter vestigijs Sanctorum: ꝛ optantes vt memores sint eorum in orationibus suis. Sequitur. Dan.

E.27 ¶ Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum & faciens abhominationem & mendacium ni-

si qui scripti sunt in libro vitæ agni.

¶ Subauditur: sicut cum adhuc regnaret Babylon in aquis suis: & ipsa Hierusalem: peregrinans apud eam sm aliquam sui partem: teneretur captiua: & adhuc essent zizania commixta tritico in agro mundi: nisi qui scripti sunt in libro vite agni: ideo illi soli imitaturi sunt: qui scripti sunt in libro vite & agni. Sequitur.

Cap. 22 Tex. 1 ¶ Et ostendit mihi flumé aquæ viuæ splendidum tanquam crystallum procedens de sede dei & agni in medio plateæ eius.

¶ Queritur quod sit flumen istud? Qui Joan. sitit (inquit dominus) veniat & bibat: & flumina de ventre eius fluent aque viue: hoc (aut) dicebat: de Spiritu quem quem accepturi erant credentes in eum. Notandum vero: q̄ non semper nomine spiritus: intelligenda est illa persona Trinitatis: que vocatur Spiritus Sanctus: sed aliquando accipiendum est pro ipsa persona: aliquando pro aliquo donorum eius: uxta illud Petri. Ozo vt fiat spiritus tuus duplex in me. Sic & in hoc loco: flumen quod procedit de sede: quémodum & flumina manantia de ventre credentis: ad dona Spiritus Sancti: que data sunt ecclesie: vt sint eius: referendum est: quamuis & ipse spiritus qui Deus est: & vna in Trinitate persona: datus nobis esse dicatur: dicente Apostolo. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis. Hoc dicit autem de sede Dei flumen aque viue: quia extra catholicorum ecclesiam: non datur alicui donum Spiritus Sancti: & quia dum sancti viri proferunt verba flammantia cerda fidelium qui audiunt illa ad amorem Dei & proximi per donum Sancti Spiritus inflammantur. Unde scriptum est in actibus Apostolorum. Adhuc loquente Petro cecidit Spiritus Sanctus super omnes qui audiebant verbum. Et bene ipsum flumen aque viue esse perhibetur: quia Spiritus (inquit Dominus) est qui viuificat: caro autez non prodest quicquam. Et Apostolus. Factus est primus Adam in animam viuentem: secundus Adam in spiritum viuificantem. Unde & idem flumen splendidum esse dicitur: quasi crystallum: quia vbi Spiritus domini: ibi splendor: vbi ipse non est: ibi cecitas animi: & obcecatio mentis. In medio vero platee eius dicitur esse ipsum flumen: quia licet omnes Sanctos potet Dominus torrente voluptatis sue: abundantius tamen illos qui sedent ad pedes Domini & quiescunt: pro quibus & dicitur. Maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea. Hoc autem flumen aque viue: sicut & alia multa bona Angelus ostendit Joanni: quia perfectis & capacibus Discipulis ostendunt viri spirituales: spiritualia verba: non imperfectis & animalibus: & qui nescunt: nisi carnem: quia animalis (inquit homo) non percipit ea que sunt spiritus dei: stultitia enim est illi: & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia: & ipse a nemine iudicatur. Sequitur.

Tex. 2 ¶ Et ex utraq̄ parte fluminis lignum uitæ, afferens fructus duodecim per menses singulos reddens fructum suum: & folia ligni ad sanitatem gentium.

¶ Lignum vite Christus est: simplex quidem in se: multiplex in palmitibus: seu etiam in propagunibus suis. Manet autem ex utraq̄ parte fluminis: velut ad dexteram & sinistram: quia hi qui plus & minus: per vitam actuam placent Deo: manent velut ad sinistram: qui autem per contemplatiuam: ad dexteram: & tamen in vtrisq̄ viuit & manet nouus homo: quo & induti sunt: in vtrisque vita Christus habitat & regnat in eis. Quod bene quoq̄ duodecim fructus profert per singulos menses: quia duodecim fuere (vt iam dixi in hoc opere) principales ecclesie designantes futuras fidelium generationes: & per singulas protulit Christus fructum spiritus: operumq̄ bonorum: sm qd vnusquisq̄ proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic: alius vero sic. Sed & folia ipsius ligni ad salutem gentium: quia per verba Christi que procedunt ex ore fidelium salui facti sunt: hi qui conuersi crediderunt ex gentibus: dicente Apostolo. Fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi. Sequitur.

Tex. 3 ¶ Et omne maledictum nō erit amplius.

¶ Subauditur sicut aliqñ cum adhuc Ismael & Ysaac manerent in vna domo: & nec dum essent comburende pelee a tritico Domini separate. In eo autem quod sequitur.

Tex. 4 ¶ Et sedes Dei & Agni in illa erunt: & serui eius seruient illi: & uidebunt faciem eius: & nomen eius in frontibus eorum: & nox ultra non erit: & non ægebunt lumine lucernæ: neq̄ lumine solis: quoniam dominus Deus illuminabit illos: & regnabunt cum eo in sæcula sæculorum.

¶ Quis est qui querat expositionez: vbi ita spiritus palam loquitur: vt prouerbium nullum dicat? Seruitus tamen in illa ciuitate non erit nisi filialis: id est: non adhuc operantium: sed laudantium: sicut scriptum est. Beati qui habitant in Psal. domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te. Sed & frontes in quibus erunt scripta nomina: potius intelligende sunt in spiritu q̄z in carne. Est enim frons anterior pars capitis. & intelligitur in ea memoria cum qua reminiscitur homo Dei sui: & letatur in eo. Et quoniam nomen illud Domini iocundum quo beatificamur in eo: Christus est: a quo Christiani nomen: quod significat illam letitiam: de qua dicit Psalmista. Unxit te Deus: deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis: recte nomen ipsum in frontibus electorum scriptum esse perhibetur: q̄ dum memores sunt semper (vt iam dixi) nominis Dei sui: exultant pre gaudio in corde suo: sicut scriptum est. Memor fui Dei: & Psal. delectatus sum. Sequitur post hoc Sanctus Joannes: & dicit.

Tex. 5 ¶ Hæc uerba uera sunt & fidelissima: & dominus Deus spiritum prophetarum: misit Angelum suum ostendere seruis suis quæ oportet fieri cito.

¶ Hoc iam superius dictum est: ne quis putet frivola que dicuntur ignorans virtutem allegorie: in qua sunt multiplices & spirituales intellectus. Unde & bene dicit. Et dñs deus spirituum pphetaꝝ misit angelum suum ostendere seruis suis: que opz fieri cito: q̄ q dedit quōdaꝝ pphetis dona sua vt presciret que complenda erant in aduentu Saluatoris venientis in mundum: ipse nūc mittet spirituales viros qui per spiritualem intellectum patefaciāt arcana mysteria: & ostendant suis suis que oportet fieri cito. Sequitur autem post hoc sermo domini dicentis.

Tex. 6 ¶ Ecce uenio uelociter. Beatus qui custodit uerba Libri huius.

¶ Dicit aūt hoc dñs per seipsum: vt qui non credit discipulo: credat vel domino & magistro. Sequitur.

¶ Et ego Ioannes qui audiui & uidi hæc.

¶ Subaudiť: dico ꝛ testificor: hec per semetipsum saluatorem dixisse.

T.6. ¶ Et postquam audissem, & uidissem: cecidi ut adorarem ante pedes Angeli: qui mihi hæc ostendebat. Et dixit mihi. Vide ne feceris. Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum: & eorum qui seruant uerba libri huius: deum adora.

¶ Hoc iam supius dixerat angelus: siue iste: siue alius: siue circa finem sexte partis: excepto q̃ ibi dcm̃ est. Frum tuoꝝ habentium testimoniũ Jesu: hic iterpositus est. Frum tuoꝝ ꝓphetaꝝ: vt ibi intelligať dictum de martyrib⁹: hic de ꝓfessoribus xp̃i: quoꝝ alij testati sunt p fidem: alij p doctrinam canonicaz: adhibẽtes vtriq; vtrisq; opa pietatis: sine qbus ꝛ fides mortua est: ꝛ doctrina iurilis: sicut scriptuz est. Peccatori aũt dixit deus. Quare tu enarras iustitias meas: ꝛ assumis testm̃ meum per os tuum? Et illo. Fides sine opibus mortua est: Uerũtñ Joãnes cadit ad pedes angeli vt adoret illum: ipse aũt angelus ꝓhibet hoc fieri: dicẽs se esse ꝓseruum eius: potiusq; precipit adorari deuz: qui opať oia in oibus: q̃ ꝛ dignum est: vt ꝓfecti discipuli exhibeať reuerẽtiam spũalibus viris: p quos occulta a seculo mysteria producẽnť ad lucem: ꝛ idignum: vt qui nihil hñt qđ non accepunt pmittaťsibi ab hoibus singularem reuerẽtiam exhiberi: ꝛ nõ potius illi soli: cuius dono ꝛ gratia: sunt id quod sunt. Sequitur.

Psal.

Jacobi

Tex.7 ¶ Ne signaueris uerba prophetiæ libri huius: tempus enim prope est.

¶ Qui aliq̃n audiuit voceꝝ dicẽtem sibi. Signa que loquuta sunt septeꝝ tonitrua: mõ iteꝝ audiuit angelũ dicẽteꝝ sibi. Ne signaueris ꝟba ꝓphetie libri huius: tps enim ꝓpe est. Quare hoc? Qz illud attribuẽdũ est qbusdam ꝟbis archanis: designatis in sudario qđ fuerat supra caput Saluatoris: istud de his que futura erãt in gñe humano in tpibus suis: vel certe illud referẽdũ est ad tps sexti angeli tuba canẽtis: istõ ad principiũ septimi. Tñ ꝛ in eodem loco: liber q erat a principio clausus in manu cuiusdam angeli: apparuit aptus. Et in Daniele scriptũ est. Clausi sunt signatiq; ꝑmonces vsq; ad tps statutuz. Qz ꝟo ex eo tpe quo apiť liber: ꝓpe esse incipit tps: vt veniat ille quẽ expectãt fideles: dicẽs. Ne signaueris ꝟba ꝓphetie libri huius: tps enim ꝓpe est: arguẽs eos qui psequunť electos: eo q̃ credere nequeãt ꝟbis dei: que scripta sunt in hoc libro: per increpationem subiungit.

Dan.

Tex.8 ¶ Qui nocet: noceat adhuc: & qui in sordibus est: sordescat adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc: & iustus iustitiam faciat adhuc.

¶ Et quid inde?

Tex.9 ¶ Ecce (inquit) uenio cito: & merces mea mecum est: reddere unicuiq; ꝑm opera sua.

¶ Bonis q dem bona: ꝛ si ꝛ malis mala. Repetit autem adhuc tertio: quod secundo iam dixit.

¶ Ego sum. A. &. ω. primus & nouissimus: principium & finis.

¶ Uex in duobus locis ita positũ est: vt oino videať hec vox ꝓtinere ad totã paritrinitatẽ: hic aũt ꝙsi ad eũ solũ ꝓtineat q dicit. Ecce venio cito. Sz q tãta est vnitas: patris: ꝛ filij: ꝛ spiritus sancti: vt id

plerũq; qđ dictum videť de vna ꝑsona: intelligať de tribus: vt cum dr de deo pre: q solus hz imortalitatez: ꝛ si qđ sñe nõ excludiť in hoc loco: pr ꝛ spũs scũs ab eo qđ videť filius dicere de seipso. Ego suz. A. ꝛ. ω. hz sicut in ꝓncipio libri subsequẽter adiungiť. Qui est: ꝛ q erat: ꝛ q vẽturus est. Tertio aũt huius ꝟbi repetitio facta est: vt itel ligamus velun p tres solẽnes gradus puenire nos oportere ad plenã noritiam deitatis: ꝑm q tribus vicibus ꝛ tribus modis facta est reuelatio spũs sancti: ꝛ ipleta in q busdam ꝓmissio. Primo in colũba: ꝑm illud donuz qđ oať quottidie baptizatis in xp̃o: scdo in insufflatiõe: tertio i igne. Segť.

T.10 ¶ Beati q lauãt stolas suas ut sit potestas eoꝝ in ligno uitæ: & p portas duodecim intrẽt in ciuitatẽ. Foris aũt canes: & uenefici: & ipudici: & homicidæ: & ydolis seruientes: & oĩs qui amat & facit mendacium.

¶ Qz q̃sta sit gña illius vbis: sufficiẽter oĩsum est: merito illos vocat beatos q sic p ꝓfessionem ꝛ veram pniam lauãt stolas suas a pollutione pctoꝝ: vt p portas duodecim mereanť igredi in ciuitatem. Sũt enim stole qbus iduimur opa iusticie: que tñ polluunť sepe sepius velut sanguie mortuoꝝ: dũ inter ipsa bona opa que agimus: multa qbus polluanť: quottidie cõmittimus mala. Qui aũt lauat illa p ꝓfessionez ꝛ studet manere in mũditie scitate: iciput hẽ ptãrem sumẽdi de ligno vite: dũ nõ ad iudiciũ ꝛ ꝑdẽnationez accipit corpus xp̃i: ſz ad ꝑdam vitaz eternam. Utrũq; eteniz repťscriptum: vz: qr ꝛ q mãducat: subaudiť sicut expedit: hz vitã eternam: ꝛ q idigne mãducat: iudicium sibi mãducat ꝛ bibit. Qui autem lauãt stolas suas: p portas duodecim igrediunť in ciuitatẽ: nõ q oẽs intrẽt p portas duodecim: ſz q alij quodã modõ p portas occidẽtis: alij p portas aquilonis: alij p portas ausťri: vnusq; ꝙm ꝺatã sibi gram ꝛ opationem iustitie. Sicut enim aũ aduẽtum dñi erãt q dicerent xp̃i dñi ꝛ põtifices in typo eius q est vus põtifex ꝛ verus xp̃s. Sic ꝛ ex eo tpe quo xp̃s venit in mũdum: nõ defuerũt viri sci: q vere reputãdi essent in portas ciuitatis oĩdẽtes ꝛ ipsi fidelibus viaz vite. Et illi qdez q digni sunt hoc mõ p portas duodecim (hoc est) p doctrinam scõz ingrediunť in ciuitatẽ. Qui aũt fame patiũtur vt canes: dispgunť ad mãducãdum venefici quoq; ꝛ ipudici: homicide: auari: ꝛ q ydolis seruiũt: oẽsq; q amãt ꝛ faciũt mẽdaciũ: relinquenť foris: qr nullo mõ merẽtur itrare in ciuitatẽ p affectũ: nec post finem seculi p effectũ: hz erit pars illoꝝ (vt supra iã dixit) in stagnũ ignis: qđ est mors scda. Et ne go adhuc dubitare ꝓsumat de modo reuelationis: segť adhuc ips q dicit: ecce venio cito: subsequẽter ꝛ dicit.

T.11 ¶ Ego Iesus misi angelũ meum testificari uobis hæc i ecclesiis.

¶ Dixit hõ xp̃s Jesus angelũ suũ: misit ꝛ spũs scũs viros spũales q testificenť hec in quẽtibus electoꝝ. Et ne ꝓtẽdus putet a judeis dñs Jesus qui dicit ist.

T.12 ¶ Ego sum (inquit) radix & genus Dauid: stella splendida et matutina.

¶ Ac si diceret. Ne frustra ꝓtendãt iudei vẽturꝝ adhuc xp̃m Messiam de semine Dauid ꝑm carnem: eũ: yz: de quo dicit Balaam. Orieť stella ex Jacob: vt ꝙsi cum venerit ipse annũcieť hoibus oẽm veritatẽ: q ego sum ille q ꝛ loquor vobis. Et bñ stella splẽdida ꝛ matutina: qr stella ꝑm q hõ: sol ꝑm q deus. Et ꝑm q stella matutina precedit aduẽtum solis: ita reuelatio humanitatis ipsius: p ecclesiã oĩsionez maiestatis: qr ipse verus hõ ꝛ verus deus. Dicẽs autez xp̃s Jesus. Ego suz radix ꝛ genus Dauid: stella splẽdida ꝛ matutina: adiecit ꝛ ait.

¶ Et spiritus & sponsa dicũt: T.13

ni:et qui audit dicat:ueni:et qui sitit ueniat: qui uult:accipiat a/quam uitæ gratis.

¶ Id est:nō ego tm̃ inuito hoies ad gaudia eterna:verūetiaz spūs qui testificat:qz vera sint verba ista:z sponsa mea:cui donaui illū vt maneat cum ea vsqz in eternum. Uterqz ergo dicūt. Ueni:audiēti verba libri huius:ille spūalibus intellectibus: ista z verbis:qz z ille p semetipsum spirat vbi vult:z ista loquēdo v̄ba spiritualia docet z suadet de regno dei. Uñ z qui audit auribus cordis:tenet vocare primum suuz ad gaudia sempiterna celoz:vt studeat ipari alijs:qō ab alijs accepit. Qui audit (inquit) dicat:veni:z q sitit:veniat:subaudiē ad bibēdum de torrēte voluptatis ipsius. Et ne causet sorte de precio:q vult (iquit) accipiat aquā vite gratis. Hoc z lōge ante p ꝓpheram taz dixerat. Hōes sitientes venite ad aq̃s:z qui nō habetis argētum ꝓperate:emite:z comedite. Uenite:emite absq; argēto z absqz vlla cōmutatione vinū z lac. Hucusqz loquutus est dñs iesus. Ne aūt beatus Joānes: sciens q alios hoies scādalizarenf de vbis huius libri nō intelligētes alta mysteria z psundas intelligētias que in eo sunt:putarentqz opus pietatis addere textui in aligbus locis:in gbusdam v̄o demere ex deo aligd: vt lucidior appareret sicut faciūt heretici in aligbus capitulis scripturaz:minatur eis qui hoc presumerent:z dicit.

T.14 ¶ Cōtestor ego oī audiēti uerba ꝓphetiæ libri huius:si quis apposuerit ad hæc:apponet dñs super illū plagas scriptas i libro isto. Et si qs diminuerit de uerbis libri ꝓphetiæ huius:auferet deus partem eius de ligno uitæ:et de ciuitate sancta:et de his quæ scripta sunt in libro isto.

¶ Ille c mitz si peccat (inqt scriptura) vir in viz:orabit p eo sacerdos:si aūt in deuz peccat:qs orabit pro eo? Jure ergo dānandus est ex cōione ppetua:ob tāte scelus temeritatis:q aut addēdo aligd:aut minuēdo sacra dei verba:violare presumit. Et ne qs ptēnēdam crederet sniam ipsius:addit ēt qō grauius est:cum ꝓtinus adiungit.

¶ Dicit qui testimoniū phibet T.15
istorum:etiam amen.

¶ Christus est iste qui p̃firmat v̄buz Joānis:vnigenitus dei filius:q rūdit:z dicit.

℣ Venio cito.

¶ Quare dicit iez in hoc loco:venio cito:qui supius dixerat. Ecce venio cito: z merces mea mecum est:nisi q: ibi dixit vt aiaret humiles. Hic dicit vt deterreat temerarios z supbos? Et q: nouit Joānes necessariuz fore vt veniat qui v̄turus est: z eradat ipios de supficie terre:rogat etiaz ipse in psona ecclesie:vt cito faciat qō promittit:dicēs eidem domino nostro:qui dicit:venio cito.

¶ Veni domine Iesu. T.16

¶ Ipse est enim finis libri: ipse fructus spei:z premium opis nostri:qui venturus est iudicare viuos z mortuos z seculum per ignem. Cessabūt enim oia hec postq̃ ipse venerit ad iudicium:q: iam non erit: qd querat:sed potius qd amet:videntibus nobis eum sicuti est:z scientibus in eo oēm veritatem. Consumato vero libro:puertit adhuc Joānes sermonez ad electos:z qua si valefaciens eis: z dimittens illos cum benedictione.

¶ Gratia (inquit) domini nostri T.15
Iesu xp̃i cum oībus uobis: amē.

¶ Sed z nos referamus ei grās:qui nos decursis tātis pelagis:pduxit ad portum: orēs:vt si in aligbus locis aliter loquuti sumus:cui ipse voluit:prestet indulgētiam delinquenti:qui scit:q timor eius z amor coegit me p.esumere qō presumpsi: ne qñ diceret mihi ab ipso:qui dicturus est suo

malo z pigro:q abscōdit pecuniam quam accepit. Serue male z piger:sciebas q: meto vbi nō semino: z ꝓgrego vbi nō sparsi: oportuit ergo te cōmittere pecuniam meā nūmulariis: vt z ego veniens recepissem vtiqz qō meum est:cum vsuris. Sup quo obsecro z vos o fideles:vt sicut ego p vestra salute laborem tāti oneris assumpti cupiens dare vobis significationem vt fugiatis a facie arcus:ita z vos mihi manū porrigatis:quatenus si in hocipso:aut in alijs opusculis meis:in aligbus errauī sicut hō qō Iz non habeam in pscientia: tñ nec abnuo:nec excuso:ipse qui bonus est indulgeat clemētia sua:sciēs ipse humilitatem meam:q si est qui me corrigat oumad vtilitatē:paratus sum suscipe correptionem imi-
Psal. tās humiliter euz qui dixit. Corripiet me iustus in misericordia:oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Qō si me celer vocatio dñi subtraxerit ex hac luce:Romana ecclesia cui datum est vniuersale magisterium:z cuius mādato z licētia scripsi hec:in presentia culminis sui iubeat presentari:z sic eis que digna sunt:auctoritatem iubeat:vt siqua tm̃ indigna esse pspexerit:digneē obsecro emendare. Si enim ille summus Apostolus: attulit scripta sua ad antecessores suos apostolos:ne sorte in vacuum curreret:aut cucurrisset:quanto magis ego qui nihil sum: nolo esse iudex meypsius sed magis summus pōtifex qui iudicat omnes:z ipe a nemine iudicatur? Licet si in aliquibus locis:aliqua minus habēt:ac per hoc trahi pñt ab emulis ad illicitū intellectū:qrat diligēter defensor veri in alijs locis opuscula nostra:z:z inueniet sufficienter in alio loco lucidum: qō in alio forte loco fecit brevitas tenebrosuz. Si enim nō defuerunt viri iniqui qui depravarent (teste Petro) epistolas Pauli: z si Jamnes z Mambres hoies impij restiterunt Moysi: quāto magis necesse est vt compleatur id qō sit:vz esse testat apostolus de subuersoribus veritatis:maxime cum videamus instare tpa illa periculosa in gbus hec ipsa z multa alia futura esse prescripsit? Vez nos in oibus his: fiduciam bonam habemus ad deum:scientes: q: sicut vez est qō predixit de impugnatione veritatis:ita vez esse necesse est: id quod subiunxit. Sed vltra non proficient:insipientia enim eorum nota erit omnibus sicut z illorum fuit.

¶ Explicit admirāda Expositio Venerabilis Abbatis Joachim:in Librz Apocalipsis Beati Joannis Apostoli z Euāgeliste. Venetijs in Edibus Francisci Bindoni: ac Mapheı Pasini socij. Anno dñi. 1527. Die vero septimo Februarij.

Psalterium decem cordarum Abbatis Joachim. In quo de summa trinitate eiusq; distinctione ꝑ pulchre indagatur. De numero psalmoꝝ ⁊ eoꝝ archanis ac mysticis sensibus. De psalmodia. De modo ⁊ vsu psallẽdi simul ⁊ psallẽtiuz.

Acc. Nº 1687.

¶ Forma psalterij decem chordarum.

¶ In hac figura monstrantur tres quinq̃g ni psalmoꝝ ꝑꝑ tres ꝑsonas deitatis: ⁊ tres statiões seculi in. cl. piscibus designati. Joan. 21.

Mt. 32 ¶ Decẽ chordas esse misteria
Sc. 12 les docet scriptura ꝯtinentes ab Abraam vsq; ad nouissimum electum omnes seculi generationes.



¶ Idcirco primuꝫ cornu psalterij non est acutuꝫ sicut duo alia inferiora: qa pater manẽs in culmine maiestatis missus nõ legit: sed tm̃ filius ⁊ spiritus sanctus ad nostras angustias missi sunt.

¶ Nota ꝙ hõ prelatus est oĩbus ordinibus angeloꝝ ꝑꝑ verbum patris humanam carnem assumẽs: vt gradum chorde decimum qui corrui restauraret.

¶ Moyses scripsit legis decalogum. Exo. 34. Paulus v̄o decez scripsit ecclesijs verbuꝫ crucis. 1. cor. 1.

¶ Prima chorda incipit a timore ⁊ ascendit vsq; ad altitudinem charitatis.

Filiꝰ. Spiritus sctũs.

Ca. 18 ¶ Nota ꝙ duo mittunt̃ ab vno filius. s. ⁊ spiritus sanctus a patre: ⁊ vnus mittit̃ a duobus: idem: vz:
Jo. 14 spũs. Unde in Symbolo. Qui a patre filioq; ꝓcedit: qd̃ greci nõ recipiunt: dum nõ intelligunt illum
Thi. 1 cecum imitãtes: qui stãs secus viam clamabat: Kyrieleison. i. dñe miserere. Nõ enim in via veritatis que Christus est ambulãt; sed secus aberrãt. Confitent̃ (inqt) se nosse deum: factis autem negant.

Ezec.1 ¶Quum aspicerem animalia apparuit rota vna super terram: secus ea habens quatuor facies: & aspectus rotaꝝ & opus eaꝝ quasi viso maris: & vna similitudo ipsaꝝ quatuor: & aspectus earum & opus eaꝝ quasi sit rota in medio rote per quatuor partes earum euntes stabant & non reuertebantur quum ambularent.



Ezec.1 ¶Statura erat rotis in preceptis gratie: habitudo in promissis glorie & horribilis aspectus in penis miserie.

¶Allegorica ẏ̃ſt trib⁹ tropologica ꝓplatiua & anagogica.

¶Typica diuidit in septez species ac si fluuius Egypti in septez riuulos.

¶Moralis intelligentia agit de vitijs & virtutibus

¶Hystorialis intellectus differt ab hystoria.

Prefatio in Psal. Decē cordaꝝ 227

¶Incipit prefatio in Psalterij decem chordarum Abbatis Joachim.



Antiqua Patrum traditione perlatum est vsq; ad modernos: magni esse premij psalmodiam: & ad ipsam primere illud psalmi quadragesimi nomi. Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter quo ostendam illi salutare Dei. Et multi quidem desiderantes sapientiam: dederūt studium lectioni: insistiterunt doctrine: nec tamen ad ipsius medullam peruenire: permissi sunt: q; non sunt arbitrati intrādum esse per gratiam: sed magis per arbitrium liberum: quod non profuit ab initio innitentibus super eo. Non enim inuenerunt clauem Dauid: nec eum qui aperit diligentibus eam: & ideirco palpātes in circuitu: inuenire aditum nequiuerunt: iuxta illud Apostoli. Tota die addiscentes & nunquaꝝ ad scientiam veritatis peruenientes. Hoc sicut audiuimus: sic & vidimus: probauimus, vtrung; & ni fallor: experimento didicimus. Eraꝝ aliquando egoipse anxius ad verba Dei: & querebam per exercitium lectionis ad veritatis notitiam peruenire. Cumq; ad eam per legendi studium properare flagrarem: assummens sibi pennas velut Aquile: longius q̃ erat recedebat a me. Cum autem positus in feruore nouissimo: cepi Dei causa diligere psalmodiam multa mihi in scriptura diuina: psallenti sub silentio reserrari ceperunt: que antea legendo vestigare nequiueram. Nō solum ante: sed & iaꝝ tunc sentire incipiebam: qd illud sit quod in alio psalmo scriptum est. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculoꝝ laudabunt te. Sed cum mihi qui (vt iam videbatur) cogitatione & auiditate illius superne ciuitatis habitatoꝝ effectus fruebar ꝑm interiorem hominem: non modica visione pacis: accidere illud quod sibi multi (& si frustra accidisse queruntur) vt rursum ecclesie cura rei familiaris cogeret implicari negocijs monasterij: que ꝑm cuiusdam coloris sui speciem: aut vere secularia sunt: aut pene secularia indicanda: compulsus sum itez cum cordis gemitu nō sine formidine exclamare: Deus mihi q̃ incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea. Et illud. Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me. Cum ergo hu iusce modi gemitus versaretur in mente mea: accidit post annos aliquot: cum essez apud Cenobium Case maris: detinētibus me ibi: viro venerabili Geraldo Abbate ipsius domus & fratribus eius: & colligātibus me sibi insolubili vinculo charitatis: diem adesse solēnem: in quo dona Sancti Spiritus super sanctos apostolos effusa sunt & oleo illo spiritali infusa quo vnctus est vnigenitus Dei pre consortibus suis. Ut vero non omnino eram expers ab intellectu olei sancti: sed & sciebam q̃ ad hocipsum pertineret sacrificium laudis: dolens q̃ tā diuturno tempore tanti beneficij gratis expers etiam: statui apud me die illo dicere mihi aliquot psalmos ad honorem Dñi Spiritus ob tante reuerentiam & solennitatem diei: sperans donari mihi aliquid in die ipso ab eo qui dat omnibus affluenter & non improperat. Interea cum, ingrederer oratorium & adorarem omnipotentem Deum coram sancto altari: accidit in me velut hesitatio quedam de fide Trinitatis: ac si difficile esset intellectu vel fide: etiam omnes personas vnum Deum: & vnum Deum omnes personas. Qō cum accideret oratui valde: & conterritus vehementer compulsus sum inuocare Spiritum Sanctum: cuius sacra solennitas presens erat: vt ipse mihi dignaretur ostendere sacrum mysterium Trinitatis: in quo

nobis promissa est a Domino omnis notitia veritatis. Hec dicens cepi psallere: vt ad propositum numerum peruenirem. Nec mora occurrit animo modo forma Psalterij decachordi: ⁊ in ipsa tam lucidum ⁊ apertum sacre mysterium Trinitatis: vt pretinus compellerer clamare. Quis Deus magnus sicut Deus noster? Tu es Deus qui facis mirabilia. Et illud. Magnus dominus Deus noster: ⁊ magna virtus eius: ⁊ sapientie eius non est numerus. Igitur (donante ipso) mox subscripti operis librum primum in ipso monasterio positus inchoaui ⁊ experte perfeci. Secundum vero ⁊ tertium: non ibi tunc: nec eodem tempore: sed quasi post duos annos. Siquidem in tribus libris distinctum est opus istud: ꝑmi q̄ tres sunt persone deitatis: in quibus fidei nostre pulchritudo consistit. Et quamuis post opus concordie quod incepimus primo. Et expositionem Apocalipsis: que (ignorante me omnimodis exitum rei:) nescio qua Dei prouidentia ex eodez primo opere nascendo: processit Spiritui Sancto: qui ⁊ donat quod exhibemus hoc tertium opusculum: dedicare decreuerim: q̄ tamen nihil est in rebus creatis: quod sic attribuatur vni persone: vt alienum sit a regno ⁊ operatione duarum: non inconuenienter in hoc ipso: mysterium rutilat Trinitatis: dum primus liber in quo agitur de vase musico: proprietate alti mysterij attribuitur Patri: a quo omnia. Secundus in quo agitur de numero psalmorum: sapientie diuine: per quam omnia. Tertius in quo agitur de modo psalmodie: ⁊ institutione psallentium eidem sancte vnctioni: in qua omnia: que cum sit gaudiuz ⁊ exultatio summi Dei: eos quos sacris replet muneribus: letos efficit ⁊ iocundos.

¶ Explicit prefatio.

¶ Incipit Psalterij decem chordarum liber primus. De contemplatione Trinitatis.

Exemplar ⁊ figura materialis Psalterij hic ponit Distinctio prima.



GEnera plura esse: ⁊ vtilissima: traditio antiquorum qui in eis mysterialiter inseruiebant: insinuat: ⁊ superstitiosa exhibitio modernorum qui ad hoc incassum: quin immo non impune: vt aliquando occupentur in eis: multorum experientia facit esse commune. Que cum plura sint ⁊ nota pluribus: nullum tamen sortitum est solenne nomen eque vt psalterium decachordum: quia nullum: quantacunque sint alia: aut præponatur ei: aut equetur in sacramentis. Est enim vas ipsum quod vocatur Psalterium: egregium ⁊ preclarum inter omnia: aut super omnia musica instrumenta: cui tamen suppar est Cythara in diuinis mysterijs: dicente de eis Dauid in Libro psalmorum. Sumite psalmum: ⁊ date tympanum: psalterium iocundum cum
ps.150 Cythara. Et in alio psalmo. Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio ⁊ cythara. Quare etiam cythara psalterio iungitur: nisi quia maximo illi precepto: quod est: Dilige Deum: necessario coniungi oportet aliud mandatum: quod est: Dilige proximum. Igitur (vt iam dixi) vas musicum: est opus. ſ. regulatum habens decem chordas coram facie sua: pulchrum forma: sono gracile: modulatione suaue. Quod cum totum sit arte mysticum: ⁊ diuinitus adinuentum: nihil potest in eo esse sterile: nihil cassum: nihil quod non sonet ⁊ resonet spirituale mysterium. Tanta quippe est in eo modulationis suauitas vt dum ipse quoq; sonus exterior: aures tinniendo percutit: plurimumq; animos auditorum rapiat ad mētis excessum: ⁊ vsq; ad effundendas lachrymas demulcendo compungat. Sed vacat omne melos exterius: cum interna percipitur cantilena: ⁊ dulcedo corporalis despicitur: cum spiritualis iocunditas reperitur. Quid enim potest esse suauius cōtemplatione diuina? ⁊ p ea que facta sunt in sapientia Dei: ad eius qui fecit omnia: speculationem venire? Sic enim scriptuꝝ est per Apostoluꝝ. Inuisibilia enim ipsius per ea que facta sunt a creatura mundi intelligentia conspiciuntur: sempiterna quoque virtus eius: ⁊ diuinitas: ita vt sint excusabiles. Quod si ita est: frustra se nōnulli de tarditate intellectus excusant q impossibile sit: ⁊ supra humane capacitatis mensuram extendere se: q̄q̄ ad intelligētiam creatoris: quod vtiq; non esset: si nō ⁊ illud verum fuisset quod scriptura testatur: dicens: Spiritus scrutatur omnia: ⁊ etiam profunda Dei. Sed que profunda? Nunquid non alia profunda q̄ que fide tenemus? Omnia. Quis enim quocūq; intellectu: quocunq; subtilitatis ⁊ perspicacitatis ingenio fingeret Deum vnum: ⁊ non esse trinum ⁊ vnum: nisi vniuersa facies scripturarum idipsum concorditer personaret? nisi duo pariter testamenta in idipsuꝝ concurrerent. Ut enim pretermittam cetera que longe lateq; diffusa sunt testimonia veritatis. Quid vox illa clamantium Seraphyn in Esaya: ⁊ quatuor animalium in Apocalipsi voluisse monstratur: nisi vt omnis lingua confiteat Deum vnum ⁊ trinuꝝ: tres. ſ. personas vnius substantie: siue tres personas vnam substantiam: patrem ⁊ filium ⁊ Spiritum Sanctum. Ita enim dicit Esayas Prophetа. Vidi dominum sedentem super solioꝝ excelsuꝝ ⁊ eleuatum: ⁊ plena erat omnis terra maiestate eius: ⁊ ea que sub ipso erant: replebant templum: Seraphin stabant super illud: sex ale vni: ⁊ sex ale alteri: duabus alis velabant faciem eius: ⁊ duabus velabant pedes eius: ⁊ duabus volabant. Et clamabant alter ad alteruꝝ: ⁊ dicebāt: Sanctus: Sanctus: Sanctus dominus deus exercituum: plena est omnis terra gloria eius. Joannes quoq; in idipsuꝝ conueniens: quatuor animalia senas alas habentia: se vidisse ⁊ audisse testatus est: clamantia die ac nocte (hoc est) in prosperis ⁊ aduersis: Sanctus: Sanctus: Sanctus dominus Deus omnipotens: qui erat: ⁊ qui est: ⁊ qui venturus est. Hec vox sanctorum frequens: ingens ⁊ communis electorum confessio. Nullus sanctorum animal esse potest: qui huius excellentiam professionis ignoret. Quis est enim catholicoꝝ omnium: nisi frustra sibi nomen orthodoxum ascribat: qui hoc die ac noctuq; non clamet? qui deuꝝ omnipotentem non vnum cōfiteatur ⁊ trinum? Omnes hoc vna voce: vna confessione fatentur. Est enim Deus vnus sine confusione personarum: trinus in personis: sine diuisione substātie. Semper est id quod est: nec vnquam potest esse nisi trinus ⁊ vnus. Non potest immutari: non potest diuidi: nō pati: non minui: nō augeri: sed sicut scriptum est. Apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Non maior est in tribus personis q̄ in singulis: quia nec maior potentia: sapientia: charitas esse potest: qua potest: sapit ⁊ amat pater: nec maior qua potest sapit ⁊ amat filius: nec maior qua potest: sapit ⁊ amat spiritus sanctus. Hec substantia que deus est: vna est: ⁊ summe vna ⁊ supra q̄ dici possit simplex est: ⁊ vna natura. Nec negamus trinitatem in vnius confessione substantie: sed partium scissiones: quas carnalis sibi fingit intellectus horremus veracissime enim tres personas hoc vnum: ⁊ hoc vnum tres personas: pie ac fideliter confitemur patrem a nullo: filium a patre: ab vtroq; paraclitū. Nasci solū filiū a solo patre: spiritum vero sanctuꝝ ab vtroq; procedere. Tres itaq; vnum sunt: ⁊ vnum tres: non diuisi natura: vt terra: aq̄: ⁊ ignis: non personarum disiunctione: vt tres homines eiusdem nature: non situ locorum: vt stagnuꝝ: ⁊ fluuius deriuatus ab ipso: sed nec omnino vt omnia que creata sunt: quia non potest opus opifici: aut factura coequari factori suo: nec potest figmētum in eum qui se finxit operatione subtiliari. Quia tamen inuisibilia eius que exsuperant oēs sensum: nō potest infirmitas captiuitatis nre: nisi per res visibiles contēplari studeat saltem seipsum homo: cum de illa maiestate loqui cupit: ad creaturas nobiliores contemplandas extendere: vt est in rebus visibilibus: lux ⁊ in inuisibilibus p̄pria que hoc cogitat anima ⁊ seipsum homo cōprehendere potest: inueniet in seipso similitudinem dei. Si etiam semetipsum cōprehendere nequit: studeat incunctāter credere spiritualibus viris quibus datus est spiritus scrutans omnia ⁊ etiam pfunda dei ⁊ suam imprudentiam ab hac temeritate cōpescat: Iniquum est enim in ꝯ circūscriptum lumen corruptibilibus coequare corporibus: quibus stultum est vel animaꝝ aut angelum compare: ⁊ satis est infidelis ⁊ improbus qui seipsum discutere nescies: deum qui supra se est: (sicut vere est:) comprehendere se posse ratione confidit. Non igitur diuinam substantiam aut vnum deum: quem trinum esse audis: sic in tres psonas diuisam putes: vt tria diuisa arbitreris sicut olina: mirtum: ⁊ palmam: que diuerse sunt natura ⁊ genere: sed nec vt tres oliuas: que vnius sunt nature: sed tamen corporuꝝ pprietate disiuncte: neq; vt tres ramos vni radici infixos: vt substantiā radicē ⁊ tres ramos ipostases arbitreris iuxta aliquorum perfidiam: quod est inducere quaternitatem: sed si coactis aliqua necessitate: figura visibilis accipienda est: saltem quod nobilius est in rebus ratione carentibus. Lucem istam accipiamus quam cōstat illius vere lucis habere qualemcunq; imaginem: que non tam oculos exteriores reproborum hominuꝝ q̄s corda illuminat electoꝝ: ⁊ ex q̄ manat semp illa lux q̄ illu- Joān. 1.
minat oēm hominē venientem in hūc mūdum: ⁊ pcedit ille calor qui vinificat omnia. Siquidem ex luce ista que vocatur sol ⁊ radius indefinenter nascitur: ⁊ calor indefesse procedit: qui etiam sic ad terram peruenit: vt ex fonte quo prodeunt: non recedant: haud dubium q̄ in typo filij gnos illuminare descendit non recedens ab eo: qui se miserat pater: ⁊ in typo spiritus sancti: qui cum eo nobis pariter donatus est vt nemo gelu pellens defidit: sine nos igna

charitatis accendere ad amandum: quatenus ꝛ in luce que chaſtus eſt: videamus quid ſit agendum: ꝛ in caloꝛe ſpiritus ſancti operari valeamus quod noſcimus. Habes ergo in vno ſole myſterium trinitatis habes multo melius q̄z in coꝛporibus tribus: ꝛ tamen a puritate illa quam creatoꝛ ſolus oſtendit cum dicit. Pater in me eſt ꝛ ego in patre: ꝛ qui diligit me: ſermonem meum ſeruabit: ꝛ pater meus diliget eum: ꝛ ad eum veniemus ꝛ manſionem apud euꝛ faciemus: amplius longe eo q̄z oꝛtus diſtet ab occidente: q̄z ſol cum ſuo radio venire nequit: venit autem pater cum filio: haud dubium q̄ in ſpiritu ſancto. Non eniꝛ poteſt vbilibet eſſe ſine filio pater: aut quecq̄z ſine patre ne filius aut Spiritus ſanctus: quia vbique pater eſt: vbique Spiritus Sanctus: ꝛ totus in patre filius eſt: ꝛ in filio pater: totus in vtroque Spiritus Sanctus: ꝛ in eo pater ꝛ Filius: quia vnum ſunt. Unde ꝛ ſimpliciter eſſe dicitur vnus: qui eſt veraciter trinus deus: quia ſic ſunt veraciter tres perſone: vt alia ſit in alijs: ꝛ nulla vnquam ab alijs queat eſſe diuiſa. Quia ſi raduis ꝛ caloꝛ ſolis ſic veraciter duo ſunt: vt tamen nulla poſſint ratione partiri: quante cecitatis eſt non poſſe credere trinum Deum niſi vnitatis veritas elongef in fide? Inter caloꝛe ꝛ ſplendoꝛem ſciſſionem facere nequis: ꝛ tamen eos non dubitas eſſe duos: ꝛ diuinam vis ſubſtantiam ſcindere: vt trinum deum credere poſſis. Item q̄ his nequius eſt: neſcio que tria preter ſubſtantiam noua ad inuentio aſſignare preſumpſit: vt in altero vnitas: in altero trinitas demonſtretur: quaſi cum ſubſtantiam illam ignem que in celo eſt: ꝛ radium qui ex ea naſcitur: ꝛ caloꝛem vnum ſolem eſſe dicimus: Quartum aliquod ſolis nomine aſſignamus: ꝛ non potius hoc dicentes ſciſſionem fugimus illoꝛum: tamen ꝛ vnitatem in qua manent indiuiſe monſtramus. Quid enim vidiſti in ſole niſi illa tria? Aut quid ibi aliud oſtendere poſſumus dicentes ea eſſe vnuꝫ ſolem: aut vnam ſubſtantiam: niſi hoc tantum q̄ eſſet illa tria oſtendimus indiuiſe? O humana temeritas quam ceca ſemper. O inimica ſemper humane pietati preſumptio. Si ſic extimaſti ſimplicem diuinam ſubſtantiam vt ſeoꝛſum a perſonis cogitaueris illam. Sabellium ſub Arrio palliaſti. Si ſeoꝛſum a ſubſtantia tres perſonas. Arrium ſub Sabellij palliatione excuſas. Non hoc ſancta animalia clamant: non hoc cantat Dauid in decacoꝛdo Pſalterio: non vtiq̄z Seraphin que vidit Eſaias: ſed ſenſus animalis ſibi iſte compoſuit. Sancta vero animalia quid cantent audiuimus: ſed iterum atq̄z iterum audire non pigeat quod ſemper electos dei dicere ꝛ audire delectat. Sanctus: Sanctus: Sanctus: dominus deus omnipotens qui erat ꝛ qui eſt ꝛ qui venturus eſt. Hoc fidei teſtimoniū plus eſt contemplari animo quam oꝛe proferre. Si diſcuti queritur hebetatur ſenſus ꝛ non ſufficit egena capacitas puritatem verbi huius in diſcuſſione ſeruare. Sabellius enarrare voluit: alliſa eſt nauis eius in ſiccum. Arrius vitare quereno: delectus eſt in limum profundi. Sabellius enim dixit vnam deum eſſe perſonam: pro ſuo velle: eſſe patrem eſſe filium: ꝛ eſſe Spiritum Sanctum. Arrius hoc deteſtans tres perſonas fatetur eſſe: quot nephas eſt dicere: diſtinctas eſſentia ꝛ maieſtate: in laudare ergo deum niſi ſunt: ſed exciderunt: quia cum ſanctis animalibus nihil erat illis commune: de propꝛijs loquebantur: ꝛ ideo exciderunt a fide: ſicut per ſe ipſam veritas dicit. Cum loquitur mendacium: de propꝛijs loquitur quia mendax eſt ꝛ pater eius: quia contra ſancta animalia clamant Deum trinum ꝛ vnum: laudant eum in Pſalterio ꝛ cythara ſicut audiunt in Pſalmis. Confitemini domino in cythara: in pſalterio decem coꝛdarum

pſallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene pſallite ei in vociferatione: quia rectum eſt verbum domini ꝛ omnia opera eius in fide. Uerbo domini firmati ſunt: ꝛ ſpiritu oꝛis eius omnis virtus eoꝛum. Ipſe dixit ꝛ facta ſunt. Ipſe mandauit ꝛ creata ſunt. Hos pſalmi verſiculos ad quid proponere voluimus: in ſequenti monſtrabitur. Nunc autem quantum ipſa donauit: de qua ꝛ loqui cupimus: diuina maieſtas: Pſalterium decem coꝛdarum: quod propꝛie eſt in causa: ſacra myſteria perſcrutemur: quia ne quaquam inſtrumentum illud tam celebre nomen ſuſcepiſſe credendum eſt: vt ex eo liber pſalmoꝛum tale vocabulum ſoꝛtiretur: ſi magnum in eodem vaſe non lateret fidei ſacramentum cum vtiq̄z minima queque: ꝛ que plerunque audita ipſa faſtidiunt: habere myſteria notum ſit: quoꝛum eſt numeruꝫ infinitus. Nec eſſe eſt ergo vt multis preferatur myſterijs: ex quo multis prelatus notum ſibi vendicat liber iſte. Liber vtiq̄z pſalmoꝛum: qui non modo que diuina ſunt referat: ſed per quem diuinitati paratur: iter vt ad noſtroꝛum penetralia coꝛdium inuitata deſcendat. Pſallamus ergo ei inhoneſte: ſed vt iubeamur ſi ſufficimus ſapienter. Nec tantum in decacoꝛdo pſalterio in quo preceptoꝛum decalogus ꝛ totius ſumma fidei continetur: verumetiam ꝛ in cythara pſallendum eſt: quia ꝛ ipſa in diuina pagina ſatis celebꝛis eſt: ꝛ in ſacris voluminibus non minus quam pſalteriuꝫ reperitur. Quam multum tamen diſtet inter vtrumq̄z ignoꝛare non poſſumus: ſi illoꝛum alta myſteria vigilanter penſamus. Cythara nouum hominem qui ſecundum deum creatus eſt: ſimul cum ſuo coꝛpore: quod eſt eccleſia manifeſte deſignat: cuius ſumma myſterij in tribus ſuperextenſis coꝛdis ꝛ concauitate conſiſtit. Concauitas cythare que ſit audiamus: niſi quis abrenuntiauerit omnibus que poſſidet. non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et iterum. Nolite theſaurizare vobis theſaurum in terra: quia vbi eſt theſaurus tuus: ibi eſt ꝛ coꝛ tuum: quod cum recte feceris ꝛ tenueris: tunc te ad electoꝛum numeruꝫ pertinere confidas: cum tribus ſpirituabꝫ cordis laudas aſſidue deum tuum. Harum prima coꝛda operatio eſt: ſecunda lectio: tertia pſalmodia: vel certe prima fides: ſecunda ſpes: tertia charitas: ꝛ hoc maxime cum ſeruatur ſola vti in libꝛo Apocalypſis. Ne igitur cauſeris literarum inopiam: ꝛ ob hoc differas conuerti ad Deum dedit in diem: breue admodum eſt: ꝛ cunctis pene diſcibile quod audiſti. Uende omnia que habes: ꝛ da pauperibus: ꝛ habeto ſicut expedit coꝛdas iſtas: ꝛ ſufficere tibi poſſunt ad eternam ſalutem. Quia tamen inter perfectum ꝛ perfectum: dictura eſt: cum conſtet luce clarius aliam eſſe perfectionem que pertinet ad vitam actiuam: aliam que pertinet ad vitam contemplatiuam. Sic accipienda ſunt duo vaſa iſta: que ſimul ſcribuntur: vt in altero quod vocatur Pſalterium: accipiamus illa iuſtitiam: que propꝛie pertinet ad amoꝛem dei: in altero quod eſt cythara: illam que ſpectat ad amoꝛem proximi. Si ergo te delectat contemplatio dei: ꝛ cupis ꝛ ſufficis ſpeculatione ſuſpendi accipit ſecretius decacoꝛdum Pſalterium: ingredire ad Archana myſteria: infra cellaria coꝛdis tui: ibi forſitan ſpeculari incipies quod oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in coꝛ hominis aſcendit. Nec mirum ſi tanta prerogantia myſtery in Pſalterio manet: quia per ipſum, paratur iter paraclyto venendi ad nos: ꝛ ipſe ſpiritus: vt teſtatur Apoſtolus: ſcrutatur omnia: etiam profunda Dei. Diximus autem ſuperius quod ꝛ ſepe dicendum eſt: q̄ ſimplici illi nature que Deus eſt: cuius vt (ait) Pſalmiſta: ſapientie non eſt numeruꝫ: cuius magnitudinis nō eſt finis: nō poteſt humanis verbis certa ſimili

tudo aptari: quia necesse est vt cedat quantitas illi magnitudini: que quantitatem non habet: z visibilis forma inuisibili nature: z comprehensibile corpus incomprehensibili deitati. Si enim tãtus est vt eius immensitas capi nequeat: si tam subtilis z inuisibilis: vt eius species videri non possit: que nam potest esse figura que illi congrue possit aptari? Quid igitur? Censemus his omnino super sedendum ne aliter sermo accipiatur? Si sic expedit: frustra iam fateamur esse scripta: frustra in diuinis libris tam veteris testamenti: q̃z noui: ad significandum reposita. At si cibus diligenter excoctus: ne noceat stomacho pertimescitur: multo magis timendus est: ne crudus appositus: magis absit. Nequa q̃z vt oppinor: trinitatem abnegaret. Sabellius si sane intelligeret verbum veritatis dicentis. Ego z pater vnum sumus. Et audi israel. Deus tuus vnus est. Ne quaq̃z vnitatis fidem laceraret. Arcius si substantiam trinitatis vnius esse nature: sentiret. Sic sic qui male intelligit quod ait dominus. Ego z pater vnuz sumus de facili potest labi in errorem Sabellij. Et qui male intelligit quod ait Joannes. Tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus. sanguis z aqua: z tres sunt qui testimonium dant in celo: pater: verbum: z spiritus sanctus: de facili coniungitur tertio: quorum alius trinitatem: alius vt diximus: vnitatẽ negauit. Nos autem opitulante deo: z per sanctorum orthodoxorum patrum gradi/entes itinera: in quoruz explanatione: plures sustinuerunt labores. Confiteamur: deum vnum: z summe vnum. Confiteamur trinum z veraciter trinum: patrem a nullo: filium a patre: non factum: non creatũ: sz genitũ: spũz scrũz ab vtroq̃z nõ scrũz nõ creatũ: nõ genitum: sed procedentẽ. Cõfiteamur eum sic procedere a filio vt tamen hoc ipsum filius a patre habeat: a quo est: non donatione gratie: sed simplicis vitate nature. Ostendit hoc filius vbi dicit. Cuz venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre. A patre inquit: quia sicut ipse est a patre: ita z spiritum sanctum habet a patre: quia sicut pater nunq̃z esse potuit: nisi quod est: ita nec filius: nec Spiritus sanctus. Neq̃z enim quia filium a patre esse vicimus: z a patre z filio: spiritum sanctum: idcirco aliquid prius: posterius: vt in trinitate esse fatemur: sed cõfitemur totas tres personas eeternas sibi esse: z coequales: Psallamus super hoc in decacordo psalterio: fide potius z intellectu q̃z voce. Possumus enim aliquid intelligere: non vt iam possimus scire quomodo est: sed vt credere possimus quod est. Diximus superius nullam esse similitudinem que tante materiati possit sufficienter aptari: z tamẽ plura esse mysteria: que ad se inuestigandum constituit secundum illud supra memoratum: quod per Joannem dicitur. Tres sunt qui testimonium dant in terra. Spiritus aqua z sanguis. Et faciamus hominem ad imaginem z similitudinem nostram. Et multa alia quorum ad presens mentionem facere non est locuo. Inter cetera ergo opera domini: que mysterium exibent trinitatis magnum tenet locum decacordum Psalterium. Est enim vt diximus: vas vnum musicum: quod z si diuidi per partes potest quia corpus est non tamen vt esse possit decacordum Psalterium: quam diu ergo Psalterium est indiuisum est. Si diuiditur in partes: mox esse desinit id quod erat. Igitur vas ipsum vnum est: sed tamen triangulatum: sed tamen in tribus cornibus miro modo consistens. Adeo enim tria cornua ipsa vnitas possidet indiuisa: vt z tria videantur esse vnum: z vnum tria: quod melius in ipsa figura cerni potest: q̃z verbis competentibus explanari. Non enim aliquod trium si totaliter horum quod libet contemplari volueris: (hoc est) proquantitate duarum linearum que conueniunt in angulo vno distincte ibi occupat partem suam z aliquid seorsum: a duabus attingit: sed ipsa in diuisa similitudo substantie mirabiliter sufficit ad ipsa tria: ita vt in vno quolibet duo necessarie accipiantur. Si ergo ad contemplandam illius summe essentie vnitatem que non est corpus sed spiritus: aliquid vestigium similitudinis res attrectabilis habere potest: q̃z sit hoc multis aliis preferẽdum facile intelliget vir peritus: q̃uis nõ corpus ipsum: tanto huic deseruiat sacramẽto: sed forma. Neq̃z enim in hoc celesti organo de tribus dissimilibus rebus agit: vt sunt: panis: vinuz: z oleũ: vt sunt aqua sanguis z spiritus: z his similia: in quibus sm quid inuenitur misterium trinitatis: sed de forma ipsa que trina est: sed tamen simplex z indiuisa: de figura ipsa vel arce que vocat psalteriũ. Qui hoc minus intelligit: nescio vtrũ sane valeat itelligere que sequunt. Nauis vnũ est vas: nec tamen ex vno ligno: sz ex multa lignoz materia: manu artificis diligenter extructum. Significat autem in naui orthodoxam ecclesiaz nulli sane sapienti dubiũ esse potest quero vbi sit hec figura: respõdebis in naui: quero quid sit nauis: formã mihi: credo non lignoz filus ostendes. Non enim ligna ipsa de qbus cõposita est nauis: naturaliter: nauis sunt: sicut naturaliter ligna sunt: sed illud vas dicitur esse nauis: quod ex eis constat esse compositum. Sicut nec lapides aut cementuz simplr murus sunt quõ id quod sunt: sed quod ex eis est cõpositũ: murus ẽ. Possumus mille talia exibere exẽpla: sed tamẽ fideli pauca infideli nec multa sufficiũt. Sic sic celeste organum discrete considera: z mirũ illõ quod querimus: speculari valebis. Accipienda sunt ergo tria cornua in triũ similitudine psonarum: nec confuse vt quod vel referas ad patrẽ: quod velis ad filiũ vel ad spiritũ sanctũ: sz distincte prout res expostulat: vnumquodq̃z in misterio proprietatis sue: vniuersum vero vas ipsuz in similitudine diuine substantie que vna est trium nõ in partes diuisa: sed tota simul nimirũ. q̃z in patre est filius z spiritus sanctus: in filio pater z spiritus sanctus: in spiritu sancto: pater z filius: q̃z vnũ sunt. Neq̃z n: audemus dicere vnus sunt: sed vnũ: nisi quãdo addit deus. Cum enim dicimus vnũ sunt: substãtiã vnã trium accipimus in hoc vno: sicut z veritas ipsa dicit. Ego z pater vnum sumus. Sic igitur tria cornua trinitatẽ designari: intergritas psalterij vnitatẽ. Et hoc q̃z mirabiliter diligẽter attende: aliud sonat vnus: aliud sonat vnitas. Unus. n. absolute dici negt: nisi de vna psona. Unitas vero ppie dici non potest nisi de duobus ad minus. Neq̃z. n. cuz iubemur cõsistere in vnitate ad singularez psonam referri posse credendũ ẽ. Licet ad populũ ad cõuẽtũ: ad plebẽ. Cũ. n. dicit absolute: vnus est: hic aut illic nõ est in loco ille nisi vnus: psonã in cũctãter intelligo: cũ vero dicit: vnitas est in loco illo: profecto nihil aliud itelligimus: q̃z multoz coz vnũ z animã vnã: hoc est vnã voluntatẽ z vnũ cõsenſuz. Si vero sic dicitur. Unus est in loco illo: vt protinus addat quasi: potest vnus: accipi de collectione multoz: vt vnus populus: vna plebs. Sic igit cũ dicimus: pater z filius z spiritus sanctus: nõ audemus dicere vnus sũt: nisi cõsequẽter addat deus. Si ergo dicimus tres psone: vnũ sunt: catholica cõfessio est. Et si dicimus tres psone vnus deus sunt catholica confessio est. Qui autem dicit pater z filius z spiritus, sanctus vnus sunt: Sabelliane hereseos asseuerator essicitur. Cõstat igit q̃ neq̃z trinitas neq̃z vnitas: de vna persona simpliciter dici potest. Sed trinitas dicit de tribus psonis. Unitas de substãtia vna: nõ vnius psone: sz ipsaz triũ psonaz. Qua in re notãdũ ẽ. q̃ neq̃z in hoc verbo quod est trinitas: psonas ipsas: neq̃z in hoc nomine q̃ ẽ vnitas substãtiã simpliciter intelligimus: quasi eo ipso intelligamus esse personas quo intelligimus esse tres aut eo ipso intelligimus esse substantiã quo intelligimus esse vnã: quia possumus aliqua tria intelligere que non sunt psone: z aliquod vnũ quod nõ sit substantia: vt tres horas noctis: z vnaz noctẽ

eum vero adduntur illa ad que dicta sunt tria vel vnum: tunc intelligimus que sint illa tria ⁊ quid sit illud vnum: tres: scilicet persone ⁊ vna essentia: quamuis a diuinis eloquijs vtriusq; testamenti nomen persone vel substantie peregrinum sit: nec queat inueniri aliquod nomen in prophetis ⁊ apostolis quo vna trinitatis essentia demostret nisi deus ⁊ dominus: aliqd simile ⁊ illud quod dictū est a dño Ego qui est misit me a vobis: nec aliquod nomē quo intelligant tres persone: nisi in hoc qđ deus: deus: deus: sanctus: sanctus: sanctus ⁊ siquod simile. Neq; enim propterea dicuntur persone quia tres: nec ideo dicitur substantia: quia vna trium. Diceremur enim persone etiam si tres non essent: ⁊ diceretur substantia etiam si vna non esset. Cum ergo queritur quot sunt ipse persone? Respondemus tres: nec vna tan persona pater cum filio ⁊ spiritu sancto esse putet ⁊ singularitas personarum: quod falsum est ⁊ nō magis pluralitas predicet. Et cū querit de substātia diuina: dicimus rā esse vnā: ne qs ipsas tres psonas inequales extimet aut diuisas ignorās verbū dñi dicētis. Ego ⁊ pater vnū sumus. Ad aliqd ergo dicta est trinitas: ad aliquid vnitas. Trinitas ad vitādā singularitatem psone. Unitas ad cauēdā vnius diuisionē substātie. Aliud. n. portat vnitas: aliud singularitas: aliud pluralitas. Trinitas vt iā dixi de cōmunione pluriū dicta est: nō de vna tm̄ psona: qr nisi singularitas est: vnitas eē nō potest. Singularitas autē dicit de vna aliqua psona: que sola est: pluralitas de duabus ⁊ supra ⁊ vtī iam dixi: nō vbi singularitas: sed vbi pluralitas: ibi vnitas est: qr igit̄ tres psone ibi sunt: nō vna tm̄: ⁊ ipse ineccessibiles a seipis: recte ibi esse vnitas: ⁊ i ipsa vnitate pluralitas: nō singularitas p̄dicat. Credimus ergo hāc ſbaz q̄ vna ē esse tres psonas nō vnā tm̄: ne singularitas sicut accidit Sabellio occurrat p vnitate: ⁊ tres psonas: vnā substātiā: nec ipis tribꝰ psonis diuisio inesse putet. Credimus vnā personam vocari patrem: quia habet filiū aliā vocari filiū qr habet patrem aliā vocari spiritū sanctum: qr ab vtroq; spiratur: (hoc est) qr ab vtroq; procedit ⁊ ab vtroq; donat: aut sicd dignus posse credit: huic sancto nomini conuenunt̄ aptari. Nomē ergo trinitatis a sanctis ⁊ catholicis patribus nobis traditū est: vt p hoc nomē vnū deū esse tres psonas veraciter itelligamus. Nomen vnitatis: vt vnius esse substantie illas tres personas confiteamur: (hoc est:) vt credamus illas indiuisas ⁊ inseceſibiles a seipsis: ita vt sint summa vnum: ⁊ veraciter tres. Cum autem dicimus deum esse sapientiam: vitam: charitatez: iustitiā: veritatē: ⁊ his similia: secundum substātiā accipiēdū est. Similiter ⁊ nomē psone ſm substātiā accipiēdū est: ita tamē: vt quomodo dicimus deū patrē: deū filium: deū spirtū sanctū: nec tū tres deos: sed vnū deum: ita dicamus psonā patris esse substātiā: psonā filij esse substātiā: psonā spiritus sancti esse substantiā: nec tū tres substātias sz vnā substātiā. Nō credūt hoc Sabelliani: quia nesciūt p visibilia mūdi: cōsiderare inuisibilia dei: nec p res humiliores ⁊ minimas: contemplari sublimia. Videmus sepe vnū ignē ferro seu carbonibus adherētez: videmus flāmam ex eo genitaz: que nihil est aliud qz splēdor igneus exsomēti substātia cōspissatus. Sentimus in vtroq; esse calorē qui ex igne pariter ⁊ flāma indefinenter procedit: nec tū tres ignes sunt in quo hec tria cernimus: sed vnus ignis. Antiq tamē patres disputātes aduersō arcū qui filij negabat eternitatē: flāmam sue ignem similitudini paterne dederūt: lucē filio qui coeternus est patri. Ego autem tamē qz fidelibus non infidelibus loquens: ignem patri: flammam filio conuenientius dari puto: quiaz flāma illa rubi que apparuit moysi: filij similitudinem gerit: ⁊ omnis flamma que per lignum seu stipulam manifeste apparet: siquidem antea occulta est: in eo: qr sic apparet in substantia palpali ⁊ terrena: ipsius filij apparentis in carcere simili-

Deo.

Exo.

tudinem gerit: calor autez spiritus sancti. Rursum in cōparatione illa qua dicimus: tria hec vnus sunt ignis: ⁊ vnus ignis hec tria: si illa lux intelligitur tantum que lōgius diffunditur extra flammam non ita cōgrue dari potest in secundo loco similitudo ipsius lucis q̄modo flāme que ignis est: p̄sertim quum aliud sit sapientia genita cuius similitudo est in flamma aliud spiritus sapientie: qui est vnum de septem donis: cuius recte in luce illa longius diffusa: similitudo est: vtpote: que non est flāma: sed de flamma procedit. Nec illud cuius recte in luce illa similitudo est: vt potequ de igne ⁊ flamma procedit. Nec illud mouere debet qꝫ flamma que materialiter latet in igne non simula principio reuelatur cum eo: quia nec filius a principio voluit hominibus reuelari: sed mansit in abscondito vsq; ad tempus statutuz: sicut ⁊ per prophetam dicitur. Domine quis credidit auditui nostro: ⁊ brachium domini cui reuelatum est. Et notandum qꝫ cineribus non solum flamma tegitur: sed ⁊ ignis quamuis amplius flamma: quia in verbis testamenti prioris: plerunque ipse pater: sepius autem filius qui est verbum patris in rerum immaginibus occultatur: que tamen si velud quodam flatu spiritualis intelligentie exterſa fuerit: mox apparet non solum pater qui designatur in igne: verum etiam sapientia eius que est Christus q ⁊ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Uerum hoc contra Sabellium qui nomina tantum vacua: ⁊ non etiam subsistentes personas quas Greci dicunt substantias predicabat. Unde Augustinus in libro de ciuitate dei. Non propter hoc naturam summi boni simplicem dicimus quia sola est ibi nominum trinitas sine substantia personarum sicut Sabelliani putauerunt: sed quia est hoc quod habet excepto qꝫ relatiue quoq; persona ad alteram dicitur: nec est ipsa. Et hoc quale intelligēdum sit: docet Hiero. scribens ad Damasum papam: pp eos qui ypostases alias q̄z dicerent intelligebāt. Interrogemus (inqt) qd tres ypostases arbitrent intelligi tres personas subsistētes aiunt. Respondemus nos (inqt) ita credere: sz nō sufficit eis iste sensus. Quare non sufficit eis iste sensus? Quia nescio qd aliud in hoc verbo conabant exprimere: p qđ aut psone singularitatem: aut pluralitatem substantie conarent asserere. Sz quocūq; illi ducant spū: quocūq; sensu nos psonas tres ſm substātiam p̄fitemur: nō ſm nudas voces. Sedm qꝫ et Scūs ac venerabilis pr Bernardus abbas clareual Ber. lēsis in lib. de p̄sideratione: scribēs ad Eugenium papam. Nō enim (inqt) noia vacua sūt: neq; absq; significātia casse voces. Querit enim qs: quo hoc possit esse: sufficiat ei tenere sic esse: atq; hoc nō rōne pspicuum: nec tū opinioni ambiguū: sz fidei psuasum. Sacramētum hoc magnum est: ⁊ qdem venerandum nec scrutādum. Quō psalitas in vnitate: ⁊ hac vnitate: aut ipsa in pluralitate. Scrutari hoc temeritas est: credere pietas. Itaq; non cassas voces: ⁊ noia vacua tres psonas credere phas est: ⁊ tū vna est substātia trium: diuina ipsa natura que dī essentia: vt nihil ibi diuisuz: nihil seceſsibile esse aligs suspicet. Sz ergo tres psone ſm substātiam dicant: sz essentia psonaz ſm substātiaz dicat: hoc tū interest qꝫ nomen psone platum in plurali numero pluralitatē indicat: singularitatez deitat ⁊ nomen substātie vnitatem retinet nihil scissionis aut diuisiōis admittēs. Quāuis inq̄z psone ſm substātiam dicte sint: ⁊ quāuis essentia ſm substātiam dicta sit: hoc tū interest qꝫ nomen psone pluralez admittit numez: ita vt tres esse dicantur: essentia vna trium modis oibus execrat scissionē: nō qr nomen istud hz hoc in ppietate sui: sz qr ita positum est a p̄tribus vt esset quo respōderemus hereticis querētibus a nobis: que tria? vel qd vnum? q̄uis melius quereremur: quō vnum tria? ⁊ tria vnuz? q̄z que tria sint ⁊ qđ vnū? qr nō aliđ est ibi vnū: ⁊ aliud tria: sz ad aliđ. Nō aliđ dixi: sz

Jo. 1

Augu.

Hiero.

ad aliud:q; ipse quidem tres persone sunt vnum:z hoc vnum ipse tres persone:z tñ ad aliud dicte sunt ibi tres pſone:ad aliud vna substantia vel essentia: q̃illud dr̃ vt intelligant etiam tres: istud vt intelligat q; ipsi tres nõ sunt a semetipsis aliqua partium scissione diuisi. Neq; enim aliq̃ pars est ibi pr̃ sicut radix arboris:que q; ammodo a nullo est: alia filius vt surculus: q; a radice in qua z manet:ascendit:alia spiritus sanctus sicut cortex que pertinet ad vtrũq;:q; nulla corporalis imago põt sufficiam illaz exprimere vnitatem in qua nõ est minus aliqd in singulis q̃z in tribus: q̃uis si illa tria que ꝓprijs exprimunt vocabulis non sunt tres arbores:sed vna arbor:qd m;z si tres pſone dicunt esse pr̃ z filius z spiritus sanctus:z tñ vnus deus: vna essentia:vna natura? Vbi enim vnitas ibi gaudium:z vbi diuisio ibi meror. Quo circa si illud gaudium inextimabile est:relinquat vt illa vnitas ineffabilis sit. Sed si trinitas pſonaz in coibus designata est:in quo vnitas? Nam multum interest inter assignationem trinitatis z assignationem vnitatis:z nõ eodem põdere rõnis demõstrat vtrũq;. Non enim inuenio aliq̃d quantum qd possit ostẽdere scissitanti:quo ostẽdimus illa tria:z ideo necesse habemus reducere mẽtis oculos ad tres ipsas pſonas: in quibus assignauimus trinitatem z dicere tria ipsa esse vnum:esse vnam substãtiam: vnum deum:quo vt nõ rem similem: sed dissimilem dicam:tribus Juda:z tribus Beniamin:z tribus Leui que remanserunt filijs Dauid:z templo dñi:vnus simul populus dicte sunt. Neq; enim cum dico: vnus populus:quantum aliqd assigno:sed dico q; vnitas est in tribus illis:eo q; non sint scisse vel diuise a domo Dauid quo relique decez tribus. Q̃d cum ita sit:qd possum ostẽdere cum interrogor de vnitate: nisi q; vas ipsum in quo sunt tria comua: vnum est. Qz tñ aliud est esse vnum:aliud est esse diuisum:siquidem hec duo ꝓtraria sunt sibi adinuicem:vident quodãmodo hec duo contraria pugnare aduersus illa tria:dum mera vnitas vult illa tria:vt loquar improprie mãe ꝓiuncta:apta diuisio scindere z partire. Igit̃ nec per hoc q; dr̃ aliqd vnum esse: nec per hoc q; dr̃ aliqd esse diuisum notat aliqua substãtia:q̃z sunt quedam voces intellectuales:quibus innuitur aliq̃z substantiam esse diuisam:aliquaz esse indiuisam simplr. Igit̃ nec vnum esse nec diuisum notat aliqd̃ substãtiuum: sed sunt quedaz voces intellectuales quibus innuit aliquam substantiaz esse vnam:aliq̃z esse diuersam. Tenuit autem hoc vnum Arrius:alteꝛ catholici tenent. Nam vox ipsius Arrij scissionem sonabat:que posset notari in tribus q̃libus a seipsis distinctis.

Figura Arrij sic. 

vox ca/tho

Figura catholicoꝝ. 

lico ruz vni

tatem: que notatur in figura triangulata. Tertiaz q; aliud intelligimus in ipsa simplici natura: cum dicimus deum esse trinum: aliud cum dicimus trinitatem esse vnum deum:non incõgrue infra ipsa tria comua psalterij: figura quedam rotunda fieri ꝓsueuit:vt in ipsa:vz:rotunditate intelligamus verissimam vnitatem substantie. Igitur figura ipsa rotunda que manet media inter tria comua:nõ est accipienda quasi substãtia:q; nec est. Est enim substantia totum vas:sed quasi quedam vox materialis predicans totius vasis (hoc est) substãtie vnitatez:ne qs cum audit trinuz putet esse diuisum. Igit̃ z si tria comua trinitatem predicãt:z circulus vnitatem:nõ ideo tñ sicut tria comua tres pſonas: ita oꝛbiculus ille:quartuz aliq̃d designat:quasi diuina essentia quartum aliq̃d sit:sed innuit tñ trium pſonaz vnitatem:z tãtam vnitatem:quanta in nulla re simili inueniri queat:z in ipsis coibus simile aliquid notari queat: si id qd̃ est in eis extremum vel acutum:pro voce accipit materiali:vt neq; in

neq; in quo dicitur trinum: quod vnum est: neq; in quo dicitur vnum quod trinum est: patiatur veritas detrimentum: propter hoc enim cum sint tres persone: vna substantia dicte sunt: quomodo tria comua illa:vna res:vna substãtia:z vnum vas:quomodo autem dixi similitudinarie quid nõ causatiue:quia aliud est dare imaginem:aliud est exprimere causam. Vbi cunq; ergo occurit:vt ita positum sit:quo modo:vel sicut:sic accipiatur vt intelligit ijs qui scribit:quia (vt ait vir serenissimus Sanctus Hylarius in libro de Trinitate) non sermoni res: sed rei est sermo subiectus:oportet enim lectorem discutere scribentis intentionem:non improprietatem verbi: que vix in tam altis rebus pro loquẽdi inopia seruari potest. Si enim quartum aliquod esset essentia diuina:nõ dicerent sancta animalia:Sanctus:Sanctus:Sanctus dominus Deus omnipotens:sed dicerent simul o tres Sancti: z postea subiungerent:dominus Deus omnipotens:quia illi tres: z iste vnus. Sed quia ideo dicitur vnus deus:quia nõ sunt diuise tres persone:sicut nec tria comua vasis huius:dicitur quidem semel:Sanctus:propter patrem:semel propter filiuz: semel propter Spiritum Sanctum:z ad extremum datur causa:quare non sunt ausi dicere:o tres Sancti:cum addatur in fine:dominus Deus omnipotens. Quapro pter z si comua ipsa psalterij:indiuisa sunt z totum simul possident ipsa tria: ita vt extra ea non sit aliquid exigendum: sed totum satendum z confitendum: q; tria vnum sunt:extremitates tamen eorum videntur z ipse: sicut z circulus voces esse materiales:vt quomodo extremitates ipse indicant tria comua: z rotunditas vasis integritatem.: ita tres ipse extremitates: videantur clamare: Sanctus:Sanctus: Sanctus: rotunditas autem: dominus Deus Sabbahoth: quia z quod acutum est:personam indicat:z quod rotundum non vnius persone:sed ipsarum triuz personarum veram z simplicem vnitatem. Scimus enim q; in circulo: nulla est anguli differentia: sed est quodammodo circulus summe vnum. Si hoc de aliqua re preter q̃z de Deo dici possit: eo q; res rotunda;tota simul in seipsa esse vniformem videatur:z non sit in ea aliquid quod angulis: siue coibus ostendatur diuisum. Si ergo sic esset Deus in substantia vnus vt non esset trinus in personis (quod tãlsum est) ei profecto figura vnius virgule: z neq; figura rotunda: neq; triangulata in tanto mysterio conueniret. Et si ita esset trinus vt non esset etiam vnus Deus: sic ei conueniret figura triuz virgularum: vt ei neq; triangulata: neq; rotunda conueniret. Quia vero in personis trinus est z in substantia vnus:neq; vnius virgule: neq; trium maxime inequalium z dissunctarum ei in mysterio conuenire dignoscitur:sed potius trãigulata pariter z rotunda: iuxta quod in libro Apocalipsis: ipse sibimet testimonium phibet:dicens. Ego sum Alpha z.ω.fin hoc enim forma Psalterij decacordi vtriusq; huius elementi figuras demonstratur habere. A. O. Siue ergo extremitates trium coꝛnium: siue triangulatum elementum:quod grece dicitur Alpha:nihil aliud sonat q̃z Sãctus: Sanctus:Sanctus:z siue rotunditas illa que inter tria comua sculpta est:siue elementum rotundum:qd̃ est.O.nihil aliud resonat q̃z dominus Deus omnipotens: tibi est gloria z imperium in secula seculorum. Amen. Apoca. Apoca.

Explicit Distinctio prima. Incipit Distinctio secunda libri primi.

QUia vidimus annuente Deo: quomodo tres persone sint vnus deus: z vnus deus tres persone:superest quere re z inuestigare:quemodo totus pater intelligatur esse in filio:z totus filius in patre:z totus Spiritus Sanctus in patre z filio. Ut autem (prestante domino) dari

queat: recurrendum est ad exempla. Ne/
que enim quod scriptum est de rebus hu/
manis: longe diss mile est a diuinis: alie/
num est a fide per dissimiles similitudines
ascendere ad notitiam creatoris: nec diuer
sum a ratione assignare aliquid in distan/
tibus rebus: quod longe altius verus est:
cum hoc asseritur in creatore. Nam si lux
candele que deficit ad momentum: lux
quomodolibet dici potest: quanto id ve
rius dicitur de luce Solis: que tam in dis/
similiter maior est: & non ad horam depe/
rit vt lux cādele: sz ꝑtinua manet? Sic si ō
creatura dī aliqd qō sit bonū & felix: necel
se est vt dicaf verius de eo qui sine q̄litate
aut q̄ztitate: bonus & felix est: hūs essentia
liter in seipso q̄ cōicet ex ipe electis suis: si
cut per imaginem & similitudinē suam: sicut
p gr̄e largitatez. Quocirca: q: ipse inunita
te trinus est: q̄siuit semp & queret: quo plu
res homines & diuersi populi conuenirēt
in vnum: sciens q nulla possit esse felici/
tas vbi scissio & diuersitas est. Omne enim
Regnum in seipsum diuisum desolabi/
tur. Inde est q filius orat pro electis suis
vt sint vnum ad sue & patris sui similitudi/
nem vnitatis: dicens sic. Pater sancte ser
ua eos in nomine tuo quos dedisti mihi:
vt sint vnum sicut & nos. Et hoc quidem
de Apostolis. Deinde post pauca que re/
tulit: adiecit & ait. Non pro his rogo tan
tum: sed & pro eis qui credituri sunt per
verbum eorum in me: vt omnes vnum
sint: sicut tu Pater in me: & ego in te: vt
& ipsi in nobis vnum sint. Et paulopost.
Ego claritatē quam dedisti mihi dedi eis
vt sint vnum sicut & nos vnum sumus.
Certe audiuimus ex verbo veritatis qō
nos velit filios esse vnū ad imaginez & similitudinem illius vnitatis: qua ipse & pr̄ vnū
sunt. Est aūc vnitas ista in spiritu: sm illud
qō scriptum est in actibus Aplōz: Multi/
tudinis aūt credentium erat cor vnū & ala
una. Scōm hūc modum vnitatis: accipiē
duz est illud qō Aplūs ait: Qui adheret do
mino: vnus spūs est. Hac similitudine vsus
est Augustinus in assignatione vnitatis inter Patrem & Filium: dicens. Sic di
catur Deus de Deo: vt singulis hoc no
men: Deus: conueniat. Sed quare di/
cens illud Augustinus addidit istud: ni/
si quia sicut multum differt inter diuer
sum & ꝓiunctionem: ita multum interest
inter ꝓiunctionez diuersaꝝ naturaꝝ: & na
turalez vnitatē illaꝝ rez: que nec naturaz
habent diuersam: nec sbam: vel essentiam
partium scissione diuersam. Quocirca si
de diuisione ipsa agitur in primo loco: de
coniunctione in secundo: de simplici vni
tate in tertio: liquet q scissio diuisionem
facit: coniunctio vnitatem quidem: nec
tamen ita simpliceꝫ in vna re quomodo
in alia: nec ita in corporalibus rebus quo/
modo in spiritualibus. Quis enim pos/
set ita coniungere corpus alicuius homi/
nis corpori alterius: quomodo coniun/
gitur ignis igni: vt quamdiu ita manet
coniunctus: nulla ibi diuisio messe videa/
tur? Quanto magis autem sic adheret spi
ritus spiritui: vt vnus spiritus sit? Quan
to ineffabilius vna substantia sunt & vnus
spiritus: siquidem Deus spiritus est: tres
persone Deitatis: que non ex tempore
sunt coniuncte: sed semper in ea vnitate
in qua sunt: manent simul tote & indiui/
se. Ergo quia ineffabilis vnitas in trini/
tate est: ita vt in Patre sit filius: & in fi/
lio Pater: & in eis illorum compar spiri/
tus ab vtroq; procedens: ad ipsius dei/
tatis dignitatem pertinet vnitatis: vt quicquid
ibi dicitur sm substantiam: id est: quic/
quid ibi dicitur q substantiam alicuius
persone demonstret: totum dicatur esse
vel in Patre: vel in Filio: vel in Spiri/
tu Sancto: dicente Augustino. In Dei
substantia quicquid excogitari potest: sub
stantia est: & nihil est in Deo q non sit
Deus. Est enim substantia genita: in in/
genita & econuerso: & nihilominus proce/
dens substantia ingenita: & ingenita: &
econuersa: ita tamen vt propter summam
vnitatem: sic alia persona dicatur: & sit sub

Joan.

Augu.

Augu.

stantia ingenita: alia subgenita: alia proce/
dens: vt tamen simul tres persone non
sint tres substantie: sed vna substantia.
Psallamus super hoc in vase celesti: & qd
in eo sit repositum: de tanto mysterio vi/
deamus. Psalterium (vt sepe diximus)
vnum est instrumentum: & tamen in ipso
tria cornua sunt: non vnum. Non autem
ita sunt tria cornua inserta siue sculpta in
ipso: vt aliud sit Psalterium: & aliud tria
cornua eius: sed illud idem. Quomodo il
lud idem? Quia totum Psalterium: tota
tria cornua: & tota tria cornua totum psal/
terium: & tantum continet vnum cornu:
quantum simul tria. Verum & si sic vna
est in tribus substantia ipsa: que vocatur
Psalterium: vt tamen singulum cornuz
habeat sm aliquid ꝓprietatem suam: nec
vnitas tamen singularitatem mūrt: nec
singularitas cuiuscunq; trium vnitatem
excludit. Quare? Quia meta & distinctio
vniuscuiusq; cornu non potest inueniri
nisi in plenitudine aliorum. Quocirca dā
da est vnitas vniuersitati Psalterij: cu/
iuslibet autem persone: singularitas alicu
ius trium. Singularitas autem dico non
(quod absit) vt aliqua ꝑsona intelligatur
ibi esse singularis: cuz hoc sit ibi omniuz:
quod vnius (dicente Domino.) Et tua
Pater mea sunt: & mea tua sunt: sed ad
differentiam vnitatis (hoc est) vnius sub
stantie trium personarum: ne quis (quod
absit) sic accipiat vnam trium personaruz
essentiam: quomodo essentiam cuiuscun
que persone: cum ibi nomine essentie in/
telligamus simul: ingenitum: & genitum:
& procedentem: hic aut solum Patrem:
aut solum Filium: aut solum Spiritum
Sanctum: Cum enim dicovnam substan
tiam: tota simul tria cornua complector
in vno vase: nec si vnum psalterium: vnaz
substantiam nominarem. Cum autem di
co tres personas: non quia tres personas
nomino: scissionem facio vnitatis: sed di/
stinguo quid pertineat ad singulam perso
nam. Deinde si tria cornua ipsa quero me
tis distinguere: non sufficio: quia q dicere
ficut est: non est facile tria illa esse figilla/
tim intueo: & tamen tria vnum: & vnum
tria: & duo in vno: & vnum in duobus: &
alterum in altero: ita vt non sint plus tria
simul q̄z vnum: nec vnum minus q̄z tria.
Qui potest capere capiat. Qui autem nō
capit istud quod deorsum est: & oculis cor
poreis videri potest: quomodo valebit ca
pere quod videri non potest? Verumta/
men ne se aliquis de difficultate excuset:
dabimus operam pro posse nostro facere
facilia que difficultatem minantur. Qui/
uis autem Deus omnipotens sine quan/
titate magnus sit: res tamen quibus eum
assimilando intelligere querimus: quanti
tate: necesse est: terminentur: alioquin fi/
gure ipse incomprehensibiles foret: sicut
& ipse incomprehensibilis est: qui ꝓptereo
sensus nostri acumen & capacitatem exce/
dit: quia ipse incircunscriptus spiritus
est: nos autem locales & circunscriptibi/
les sumus. Omnis ergo res que cingitur
meta: de spatij sui quantitate: consideran/
da est: vt est ciuitas intra muros: vinea cir
cuncincta maceria: & his similia. Nunc er
go considerare est sepe scriptam figuram
quam esse diximus triangulatam cuius/
modi sint extrius cornuum eius: & quali
sint spacio terminandi. Fortassis etenim
in hac figura ita necessaria cornua tria illa
vocauit: quomodo Pater: verbum: & Spi
ritus Sanctus necessitate loquendi: tres
ꝑsone a patribus dicti sunt: nō inuenienti
bus cōe nomen qō eis plurali conueniret.
Nō igit tria illa que vocauit cornua sic in
telligas: vt illoz ī̄modo extremitates
accipiendas existimes: sz ḡtum due lineę
capiāt ex aduerso simul ꝓcurrentes: ad an
gulum. Quapp si incipiēs a principali cor
nu ḡtitatez ipsius cornu que dilatat deor
sum vsq; ad limitem suum: vigilāter attē
das: videbis cornu ipsum occupare totū:
qō trium esse videt: nullum prēiudiciū in
ꝓcurrētibus alijs: qui minus & ipsa id sint
pariter qō fuerunt. Sili & in secundo cor

nu: primum ⁊ secundum totaliter sunt: ⁊ in tertio pariter secundum ⁊ primum. Tantum est ergo vnum corpus: quantum simul tria: ⁊ duo in vno: ⁊ vnum in duobus: quod oculis contemplari melius q̃z verbis intimare valemus. Inde est q̃ perfectus Deus pater: perfectus Deus filius: ⁊ perfectus Deus Spiritus Sanctus: perfectus Deus tota Trinitas predicatur: quia (vt ait Beatus Bernardus: cuius supra fecimus mentionem) deus verus trinitas est: deus verus singula personarum. Sed hinc penset vnusquisq; q̃z prõptius debet esse ad fidem dei: q̃z facilius ad credendum quod testantur Scripture de domino Deo creatore suo: ⁊ quod nobis patres catholici crediderunt: quando vmbra veritatis inexplicabilis est. Si enim illud inexplicabile est quod mysterio seruit: quis de veritate ipsa que deus est loqui se posse digne: aut sufficienter confidat? Satis est nobis videre sudarium quod fuerat supra caput Jesu: explicare nobis illud nõ licet vsq; forte ad diem illum in quo illud dominus ipse explicãdum constituit. Cui est honor ⁊ gloria in secula seculorum. Amẽ.

Bern.

¶Explicit Distinctio secunda. Incipit tertia.

QUod de simplici illa natura que deus est: a patribus catholicis: ⁊ orthodoxis: nobis traditum est: subtili est scrutatione pensandum: quomodo in deitate trinitatis: quicquid est potens: quicquid eminens: quicquid gloriosum: aut felix: totum esse dicatur: credatur ⁊ intelligatur cuiuscunq; psone: ita vt plenitudo ipsa diuine sublimitatis: non minor sit in singulis q̃z in tribus: immo vt quod trium esse dicitur: non per singulas personas: diuidatur in partibus: sed totum sit integre singulorum: excepto q̃ proprium est patris: esse patrem: proprium filij esse filium: proprium spiritus sancti esse spiritum sanctũ. Nam si hoc est ibi singuli quod simul trium: propter ineffabile vinculum vnitatis: quomodo maius aliquid habere ibi possunt tres simul q̃z singuli? Ut enim loquamur aliquid de vsu humano. Si aliquis Rex assumeret in societatem Regni: siue (vt accidere potuit) filium ⁊ nepotem: siue aliquem alium de sanguine suo: dans illis in omnibus omnem plenitudinem potestatis: quatenus simul tres: simuli honore venerarentur ab omnibus: in quo minus honoratus esset vnus q̃z simul tres: aut q̃ magis possent in Regno tres simul q̃z singulus eorum: cum ea potentia dominaretur ibi vnus: qua simul tres: ⁊ eo honore quo tres simul frueretur vnus? Ceteruz si res diuerse conferuntur simul: multum interest inter res corporeas ⁊ incorporeas ⁊ spirituales. Certe si in aream pergis laturus triticum: si ad torcularia vinum: si demuz ad fontem hausturus aquã: causaris non immerito ⁊ sollicitaris de vase: ne forte si paruum est minus afferas q̃z res aut necessitas exposcit. Si autem carbones ignis ad succendendam stipulam: siue ligna ferre queris: nonne in ferendis illis frustra de quantitate causaris: quum tanta virtus sit in vno carbone quanta in tribus: ⁊ non magis succendatur ex tribus q̃z ex singulis: etiam si id quod cernitur oculis: maius in tribus q̃z in singulis esse videatur. Neq; enim quantitas corporalis rei assimilanda est Deo: sed quantitas virtutis. Alioquin si aliquid interesse vis inter tres carbones ⁊ vnum: fateamur ⁊ nos in personis deitatis: dicentes plures esse tres personas q̃z duas: nec tamen maioris potentie: aut virtutis: quis id potest singula quod simul tres: Si autem inter aquam ⁊ ignem tanta inequalitas est: quantam inter ignem ⁊ Deum esse putas? maxime cum vnusquisq; triuz sine quantitate magnus sit: sine indigentia creatoris? Si enim maius aliquid essent tres q̃z singulus trium: haberet profecto terminum immensitas singulorum: ac per hoc nullus oipotens. Si autem singulus

eoz sine quantitate magnus est: quomodo possunt maius aliqd esse tres q̃z vnusquisq; eoz: quum ea magnitudine sit q̃q; magnus in semetipso: qua maius aliqd esse nõ pot? Illz enim ⁊ istud simplicitas illa in qua non est aliqua partium siue diuisio voluntatum: sed summa vnitas ⁊ inscissa maiestas. Ut enim a supernis illis redeamus ad ima nostra illud boni semp ⁊ vbiq; habere vnitas pfuit: vt qd̃ singuli est proprium: plurimum faciat esse cõe. Si autem id agit per hoc bonum vt id habeat singulus qd̃ habent omnes: qd possunt habere omnes qd̃ non habeat vnus? Verum hoc apud homines. Apud deum autem non agit hoc quicq̃z: sed est id qd̃ est: ad cuius summi boni similitudinem formanda erit rationalis creatura: non in plenitudine maiestatis assumpta: sed ad imaginem ipsius participatione gratie sublimata. Tanta vero vnitas est in summa illa trinitate: vt id habeat maiestatis singulus qd̃ habent tres: hoc possit singulus qd̃ possunt tres: excepto q̃ hoc pater hz a nullo: filius a patre: spiritus sanctus a patre ⁊ filio: non largitione gratie: sed simplicis veritate nature: Neq; enim pater: q̃ voluit: genuit filium sicut omnia que voluit fecit in celo ⁊ in terra: sed sicut ipse semp est: ita ⁊ filius cum spiritu sancto semper est apud eum: qui id circo ipsius patris predicatur equalis: q̃ sicut pater eternus est: ita ⁊ filius coeternus. Q̃ vero idem filius cum spiritu sancto non est separatus a patre: sed semp manet cum eo ⁊ in eo in vnitate perfecta: nec pater potuit amittere qd̃ dedit filio ⁊ spiritui sancto: nec ipsi possunt non habere quod visum est fieri esse in pprietate patris: si tñ aliqua datio aut proprietas in illa eterna vnitate esse potest: nisi intelligatur quomodo esse possit: sm̃ q̃ ⁊ vir serenissimus Augustinus luculenter exponit. Dicit enim filius de seipso. Sicut pater hz vitam in semetipso: sic dedit ⁊ filio vitam habere in semetipso. Et de spiritu sancto. Ille me clarificabit: q̃ de meo accipiet. Quaeq̃ liter autem hoc ⁊ similia intelligẽda sint: per multa ⁊ prolixa verba Augustinus exponit. De illis autem propriatibus que sic esse videntur singulorum proprie: vt tñ inueniantur communiter pmanere in tribus Et ipse: ⁊ alij multa loquuti sunt. Nõ nulli vero sequentes ista tria quibus perficiuntur omnia: vz: posse: scire ⁊ velle: patri attribuerunt potentiam sm̃ illud libri Job. Deus potentes non abijcit: quum ⁊ ipse sit potens. Et illud sacratissime matris domini. Quia fecit mihi magna qui potens est. Sapientiam filio: de quo dicit Paulus. Nos predicamus Christum dei virtutem ⁊ dei sapientiam. Voluntatem vel amorem: spiritui sancto: quod voluntas esse intelligendum: vbi dicitur per psalmistam. Vita in voluntate eius. Et vbi dicitur per Joannem. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniaz filium suum vnigenitum misit deus in mundum vt viuamus per eum. Et notandum q̃ sapientia dicitur ⁊ fortitudo dei: charitas dei: amor vel dilectio dei. Et his similia sepe reperiũtur in diuinis eloquijs: ⁊ per hec spiritus sanctus intelligitur. Potentiam vero dei non me recolo alicubi legisse: sed tñ potentem ⁊ omnipotentem: ne forte q̃ subiũgitur: dei intelligeret filius: aut spiritus sanctus: sicut intelligitur filius nomine sapiẽtie dei: ⁊ spiritus sanctus nomine amoris dei. Si tamen ⁊ hoc ipsuz studiosus lector in scripturis sacris inuenerit: noscat ibi nomine potentie: filium esse intelligendum: quia quo tendit modo impetus noster: id omnino dicturi ⁊ probaturi sumus q̃ quicquid in illa simplici trinitate dicitur sm̃ substãtiam: ⁊ videtur esse pprium alicuius persone: sic intelligendum est sm̃ aliquid esse proprium alicuius persone: vt tamen velut in genere ostendatur esse cõmune. Verbi gratia. Pater dictus est potentia: quia faciens iudicium de peccatoribus: semper se ostendit inuictum. Filius dictus est sapientia: q̃ nolunt potentia vincere: sed humilitate. Spiritus sanctus di-

Job.

Jo.

Joãnis

Augu.

Joãnis

ctus est amor: qz qui plene amat aliquem: dat ei quem diligit z se z omnia sua. Propter hoc quippe z donum z donator est spiritus sanctus: qz z se dedit z sua: quamuis horum vnum magis ad patrem z filium: qui dederunt eum videatur referre. Et si hoc catholice dici posset: nec tamen qz seipsum dedit seipsum misit: vt nonnulli deliranti: quia missio ad euz pertinet trm qui alium vel aliud nuntiat: donatio z ad eum potest pinere qui mittitur z ad eum qui mittit. De solo autem filio intelligi potest: qz ipse se misit: z ab alio missus sit: propter gemine nature substantiaz: in qua est verus deus z verus homo. Nam z homo quilibet: quia in duobus consistit: dicitur emittere spiritum quando exit anima de corpore mortali: pro eo. q; homo interior est qui emittitur: homo exterior qui emittit. Frustra ergo conantur aliqui asserere in simplici: quod in gemina substantia a viris catholicis assignatur. Sed de hoc aliaz. Vt autem que proposita sunt reducamus in summam. Ecce pater dictus est potentia: filius sapientia: spiritus sanctus charitas: propter ea que superius dicta sunt: vel si qua sunt alia digna affatu: que huic tante significationi conueniant: z tamen tota trinitas perfecta potẽtia est: tota trinitas perfecta sapientia: tota trinitas perfecta charitas: alioquin nullus esset perfectus. Si autem ꝑm qz Augustinus docet in typo memorie rationis z amoris: vnuſquiſq; est potentia: sapientia z amor: restat vt nihil minus sit singulus: qz simul tres. Bene ergo in figura illa triangulata tantum continet vnum cornu: quantum simul tria: quia nõ maius aliquod sunt vel habent simul tres persone: qz singula trium: nec minus aliquid singula qz simul tres. Ne autez videatur impossibile quod ratione probatuz est: non quidem his qui rõnem ipsaz capere queunt: sed his qui firmiores sunt intellectu: considerandum est saltem eis quantum differat inter creaturam z creatorem: vt sciant quid differre queat inter humana z diuina: inter egenam naturam: z nullo indigentem bonorum omnium creatorem. Quod se vidisse refert Augustinus in libro de ciuitate dei. Lapidi cuidam adhibitum est ferruz: z mox virtus lapidis attraxit ferrum ad lapidem: z adiunxit se illiuta vt viderentur duo ipsa quadam validissima vnitate ligari. Amotum est autem ferrum a lapide: z appositum est ferrum ferro: z inuenta est ea virtus esse in ferro que erat in lapide: in nullo in lapide imminuta. Amotum est autem z ferrum quod tetigerat lapidem: z appofituz est aliud ferrum illi ferro quod tetigerat ferrum: z inuenta est eadem virtus in ferro: etiaz in tertio gradu: puto qz z in quarto z in quinto. Si igitur tanta est virtus ipsius lapidis vt propagata non minuatur: quamuis non sit in re ista imago patris z filij z spiritus sancti: z similitudo doni spiritus sancti: quod concessum est ecclesie sancte dei. Quid miruz si sine quantitate magnus est pater: sine quantitate filius: sine quantitate spiritus sanctus: ita vt non sit vel habeat minus aliquid singulus qz simul tres. Quia ergo non sapientia illi deest: nec virtus ad probandum quod est: ascendat qui potest intellectu ad contemplandam speciem celsitudinis eius: qui non potest admirari virtutem z credat: qui minus lucide intelligere potest: dicens assidue cum psalmista. Magnus deus noster z magna virtus eius: z sapientie eius nõ est numerus. Magnus dominus z laudabilis nimis: z magnitudinis eius non est finis.

Explicit distinctio tertia. Incipit distinctio quarta.

Tenendum est ad illud articulum: ex quo pendet notitia personarum. Quod vt recte fiat: principale illud cornu ex quo ars tota sumit originem: in primo loco trium quemadmodum expedit statuamus. In quo nimirum cornu: non

alius qz deus pater intelligendus est: a quo filius z spiritus sanctus: alter quidez nascendo: alter procedendo: id acceperunt esse: quod ipse est. Hec igitur principalis persona: in principali cornu psalterij designata est: q; quasi principale principium duorum esse videtur. Ibi enim (vt supra diximus) manet initium totius vasis: z quasi aqua ex fonte manans: in quedam larga maria dilatatur. Quod ergo ipsum cornu quod principale est: videtur aliquatum a duobus dissimile. Illud profecto insinuare videtur: q; pater quidem sicut a nullo est: ita nunquam legitur ad homines missus: vtpote qui non habuit principium a quo mitteretur. Filius vero cuz spiritu sancto influens ciuitatem illam celestem z replens gratia sua: nouem ordines angelorum: ac ſi cuiusdam fluminis impetus saluaturus humanum genus ad inferiora confluxit. Venit enim querere quod perierat: z chordam inferiorem in qua pro chordarum dispositione tota ars terminatur ad ostendendas diuitias bonitatis sue in genere humano perficere. Quod si pater: sicut a nullo est: ita nunqz legitur missus: filius vero z spiritus sanctus: alter quidem in carnis substantia: alter in columba z igne: ab eo qui a nullo mittitur: missi sunt: z ita missi ad homines: vt eum qui se misit non dimitterent: sed in eo z cum eo sine fine manerent: qz conuenienter cornu primo locus primus ascribitur: duobus concurrentibus: hinc z inde: non minus est mirabile qz apertum. Tradunt etiam nobis patres catholici: q; pater sit principiuz filij: filius cum patre principium spiritus sancti: principium ergo pater: principium filius: principium inquam filius: de principio patre: nec tamen duo principia: sed vnum principium. Similiter z spiritus sanctus principium est: nec tamen tria principia: sed vnum principium. Sed cuius esse principium fatemur spiritum sanctum? Principium omnium bonorum que ab ipso sunt: principium creaturarum omnium: quas sicut deus omnipotens ad suam creauit gloriaz. De hoc Augustinus in libro quinto de trinitate. Si quicquid in se manet z gignit aliquid vel operatur: principium est ei rei quam gignit: vel ei quam operatur: non possumus negare etiaz spiritum recte dici principium: quia non eum separamus ab appellatione creatoris. Et scriptum est de illo: q; omnia in omnibus operatur z vtiq; in se manens operatur. Non enim in aliqd eoz ipse mutat: z vertit: z que operatur vide. Unicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem: alij quidem datur per spiritum: sermo sapientie: alij sermo scientie: ꝑm eundem spiritum: alij fides in eodem spiritu tc. Et paulopost. Omnia autem hec operatur vnus atq; idem spiritus: diuidens propria vnicuiq; prout vult: z vtiq; sicut deus. Quis enim tanta illa potest operari nisi deus? Si autem omnium que operatur recte dicitur principium: spiritus sanctus: quis audeat negare illum esse principium hominis Christi Jesu: sicut z pater qui fecit omnia: z verbum quod erat ab eterno: per qd facta sunt omnia. Quod ne quis inter dubia ducendum crederet: tota illa operatio noui hominis: eidem spiritui sancto attributa esse monstratur: cum dicitur. Inuenta est Maria in vtero habens de spiritu sancto: z quod in ea natum est: de spiritu sancto est. Et in euãgelio angelus ad Mariam. Spiritus (inquit) sanctus superueniet in te: z virtus altissimi obumbrabit tibi. Et in Symbolo. Credo in Jesum Christum filium eius: qui conceptus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine. O mira mysteria. Unigenitus dei filius visitas mundum: fic humanam naturam in psone vnitate suscepit: vt cuius erat filius nõdum hõ: eius esset filius factus homo: z tamen hoc scriptura non dicit: nõ tam clare z tam pspicue verum est: sed illud magis dicere voluit: qd nisi intelligatur in spiritu: qualiter verum sit non apparet. Cuius

enim ratione ꝯceptus esse dr de spiritu sancto qui ſm̃ neutram naturam filius est spiritus sancti? Scom quippe diuinam naturam filius est trimodo dei patris: ſm̃ humanam: Abrae: ꝛ Dauid: ꝛ alioꝝ quos ex mstio i parte scriptura sacra cõmemorat. Sed facile istud soluitur: si verbi apostolici memoramur dicẽtis. Factus est primus Adam in aiam viuentem. Scdo Adam in spiritum viuificãtem. Ecce respice: Adam hõ terrenus: Christus celestis: Adam homo aialis: Christus spiritualis. Quare? qz illi data est aia que eum viuẽtem faceret ꝛ agentem. Huic non solum aia data est: sed ꝛ spiritus dei viui. Nõ solum inquam aia vacua inanis: sed plena gratia spiritus septiformis: nimiꝝ qz vt aia corpus: ita rem nõ similem: sed dissimilem dico: spiritus sanctus viuificat aiam creatam ad imaginem dei: quoꝝ alterꝝ primo homini datus est: alterus scdo: vt qui ad primi hominis imaginem aiati sumus: viuificati ad imaginem secundi: gloriemur in specie glorie filioꝝ dei. Habes scriptuꝝ in Esaya de nouo homine Christo Jesu. Requiescet sup eum spiritus domini: spiritus sapientie ꝛ intellectus ꝛc. Non autem sic requieuit spiritus sanctus sup eum: vt prius eum creasse credendus sit: ꝛ postea introierit in illum: sed eum ipse prevenit: cuius ꝛ receptaculum factus est. Ideoq non immerito dictum est de eo: qꝺ ꝯceptus sit de spiritu sancto: qz prius affuit gratia in mente virginis qꝺ ꝯciperetur in ventre matris: nec tamen spiritus sanctus ingressus est in eum ſm̃ qꝺ in electos alios: qui in peccatis ꝯcepti sunt: sed ab initio ibi affuit simul cum verbo: sacrumqꝫ illud dei vasculum sibi pro suo velle aptauit. Quocirca: nec vnqꝺ fuit non plenus spiritu: sicut nũquam non fuit dei verbo vnitus. Et ficausa mysterij actuꝝ sit: vt non qñ ꝯceptus est de virgine: sed quando baptizatus est a Joãne descenderit spiritus sanctus corporali specie: sicut columba in ipsum: ꝛ manerut super eum: propter eos. ſ. in quos descendit qñ baptizantur in Christo. Non igitur incongrue dictus est Christus ꝯceptus esse de spiritu sancto: cuius corpus nõ immunda libido: sed virtus diuina operata est replens illud gratia septiformi ab ipso initio ꝯceptionis sue: vt iure diceret homo celestis: hõ nouus: homo specialis: tanquaꝫ si non esset caro: sed spiritus. Sic enim miro modo dei filius venit in carne: vt tñ legem carnis nõ imponeret: sed deleret: non illam dico legem quam venit: non soluere: sed adimplere. Sed illam de qua dicit Apostolus. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee: ꝛ captiuum ducentem me in lege peccati. Qez hoc idcirco diximus vt sciremus spiritum sanctuꝫ principium esse hominis Christi Jesu: qui ſm̃ qꝺ deus est: ipse spiritus sancti: vnuꝫ est cum patre principium. Et sciẽdum qꝺ si spiritus sanctus a solo verbo procederet ꝛ non a patre: nõ parum videretur absurdum: vt idem filius homo Christus Jesus diceretur missus a spiritu sancto: vel etiam esset vnctus a spiritu sancto: vel accepisse pmissionem piritus sancti: ꝛ si qꝺ simile. Qz qui semel assumptus fuit a verbo in vnitate persone tam non potuit non habere eum: qui procedit essentialiter ab ipso verbo. Quia vero idem spiritus: qui principaliter procedit a patre: dictus spiritus dei patris: iuxta illud euangelij. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Dictus est ꝛ spiritus filij: ſm̃ illud Apli. Misit deus spũm filij sui in corda nostra clamantia: abba pr. Recte a patris spiritu idẽ filius dr missus dicente eodem filio in Esaia propheta. Ecce dñs misit me ꝛ spiritus eius. Ut ideo specialiter ictꝫ spiritus intelligat̃ mittens filium: qz procedit a pre. Sic igit̃ pater principii filij: filius cum pre principium spũs sancti: ſm̃ qꝺ deus est: non ſm̃ qꝺ homo: ſꝫ vero qꝺ homo est: nõ ipse spiritus sancti: ſꝫ magis spiritus sanctus principiũ eius est: sicut ꝛ oiuꝫ que creata sunt. Non aũt hoc

Esa.

Esa.

sacramẽtuꝫ fidei: sicut nec quecũqꝫ alia vni vero deo: qui nescire seipsum negt necessarium erat: sed nobis: ne qua forte in nobis oriret suspitio non esse equalem spiritũ sanctum genitori ꝛ genito: ac per hoc minus essemus catholici: si non sicut oportet veneraremur deũ: qz qui minus deuotionis aut fidei: vni psone qꝫ alit tanqꝫ aliam alij preferẽdo tribuit: criminaliter errat: ꝛ in mente sua hereſim: ꝛ si ore nec dũ proferat nutrit. Ut aũt hec que fide tenemus: etiã atqꝫ etiã contẽplari possimus. Psallendũ est adhuc in decacordo psalterio: ꝛ ad eius misteria recurrendum. Si enim sic exponitur vas ipsuꝫ: vt principale eius cornu: qꝺ ascribi patri respiciat ortũ solis: psecto cornu illud quod respicit aquilonẽ: filio ascribendũ erit: qꝺ aũt respicit meridiẽ: spiritui sancto. Et hoc qdez cõgrue satis. Cui enim magis ꝯgruit pars orientalis: qꝫ illi psone ex qua semper natus est sol iustitie Christus: ꝛ ex quo omnis paternitas in celo ꝛ i terra nominat? Aut cui magis pars aqlonis: qꝫ illi qui ingressus est prouinciaꝫ aqlonis pugnaturus ctra principẽ mũdi huius: ꝛ per sinistram passionis quã sponte sustinuit ad tps superauit ꝛ vicit? Cui vero melius par australis: quam illi cui dicit in canticis. Veni auster ꝛ pfla hortũ meũ ꝛ fluent aromata illius? Certe Deus pater pncipiũ filij: pater simul ꝛ filius principiũ spiritus sancti. Vis istud agnoscere i sepe scripta figura? Incipe scribere a superiori parte ꝛ pcutere vniuersas lineas que cordaꝫ loco depicta sunt in ea ꝛ habebis profecto in principali cornu: principale principiũ tã ad illud qꝺ ascribi filio: qꝫ ad illud qꝺ ascribi spiritui sancto. Inde enim incipis scribere. Qz vero sic incipis a principali cornu: vt tñ per singulas lineas que infra sunt incipias ab illa pte q̃ ad aqlonẽ spectat: ita miro modo vtrũqꝫ cornu: (hoc est) ꝛ illud qꝺ ptinet ad patrẽ: ꝛ illud qꝺ ptinet ad filium: apparent esse simul vnuꝫ principiũ ad illud quod ptinet ad spiritũ sanctum. Ut magis ꝯtemplationi oculoꝝ subiaceat: qꝫ vt verbo oris (sicut est) sufficienter valeat enarrari. Si autez queritur descriptione hebreoꝝ qui incipiẽtes a dextra parte desinunt in sinistra: nec ipsuꝫ a principio misterio vacare posse credẽdum est: haud dubiũ pp illud: qꝺ dicit apostolus ꝺ verbo dei. Cũ in forma dei esset semetipm exinaniuit: formã serui accipiens in similitudinẽ hoiuꝫ factus: ꝛ habitu inuẽtus vt homo. Est autẽ pro vt supra digessimus principium eius spiritus sanctus: ſꝫ qꝺ homo est: non ſm̃ qꝺ homo: ꝛ ob hoc queniẽti misterio: hebrei incipientes a dextera peruẽniunt ad sinistram statuentes ibi finez vbi nos gentiles principiam non qdem qꝫtũ ad illud cornu qꝺ pertinet ad patrem: sed quantũ ad illud qꝺ videt pertinere ad filium. Sed quare a dextera incipit populus hebreoꝝ qui prior fuit: nisi quia apud illos humiliatus est filius vt ꝯciperet de spiritu sancto ex maria virgine: ita vt diceret ipse de spiritu sancto: ꝛ de se ipso. Spiritus domini super me eo qꝺ vnxerit me? Qꝺ aũt christianus populus incipiens a sinistra pergit ad dexterã: designat illud: qꝺ dñs ipse ait. Nisi ego abiero: paracletus non veniet ad vos. Si autẽ abiero: mittã euꝫ ad vos. Tale est enim ac si diceret. Propterea non mitto vobis modo spiritũ sanctũ manens adhuc in humilitate carnis: qz ſm̃ hoc nõ est meũ ostendere hominibus formã largientis muncra: sed accipientis quousqꝫ compleam cursum humiliationis mee: ꝛ doceam vos auditores fieri a principio ad accipiendam intelligentiam maioꝝ: qꝫ vt ipsi alios pudice: vꝫ sciẽtiolã ipartire velitis. Unde ꝛ de eodem humilitates magistro Joannes ait. Spiritus nonduꝫ erat datus quia iesus nonduꝫ erat glorificatus. Igit ꝛ qꝺ hebrei incipiunt a dextera: ꝛ qꝺ gentiles a sinistra: causa est aperti misterij in filio ꝛ spiritu sancto: quorum vna est cũ patre maiestas: cui est cuꝫ eis honor ꝛ gloria in secula seculorum. Amen.

Esa.

Joan.

Joan.

¶ Explicit distinctio quarta.

Incipit distinctio quinta.

Non est acutus superius cornu sicut duo inferiora: sed aliquantulum latū et euidens pre duobus: vt apte ab ipso vno duo reliqua cornua que infra sunt: trahere videant originē. Nec mirum. Pater enim deus a nullo genitus deo: habet in semet ipso sapientiam et amorem: filium. s. et spiritum sanctus: per quos pacificat sibi omnes electam creaturam: siue que in celo est: siue que in terra. Non enim eo modo filius et spiritus sanctus: mittunt ipsum patrē: aut solus filius sine patre mittit spiritū sanctū ſm deitatem: aut solus spiritus sanctus sine patre misit filiū: ſm qd filius homo est: vt in omnibus que dicunt de patre et filio et spiritu sancto: vna similitudo teneat. Et ideo primū cornu psalterij dissimile esse debet a duobus: vt vbi sit principium: vasis per id quod est dissimile intelligat. Nec aūt et filius in seipso spiritum sanctum: sicut et pater: sed hoc ipsum filius a patre habet: sicut ipse met filius demōstrat cuz dicit. Cū
Joan. venerit paraclitus quē ego mittā vobis a patre. Et alio loco. Sicut habet pater vitam in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Dedit autē hoc pater filio: non quasi voluntate propria aut gratie largitate: sed hereditate nature. Que cum ita sint: recte principale cornu respectu duorum inferiorum: artitudine caret: quia ab ipso procedunt et mittuntur filius et spiritus sanctus. Inferiora autem dixi duo cornua: nō quasi inequalia: sed quasi humiliora pe tentia: ad designandum illud quod dominus ait. Qui a semetipso loquitur: gloriaz propriam querit. Qui autem querit gloriā eius qui misit illum: hic verax est: et iniu
Joan. stitia in illo nō est: Et de spiritu sancto. Nō enim inquit loquetur a semetipso: sed quecunque audiet loquetur: et que vera sunt annuntiabit vobis. Igitur principale cornu non incipit ab artitudine ne in principio solus pater fuisse putetur. Duo vero inferiora desinunt in cacumine: vt vnus esse intelligatur filius qui natus est de patre: et vnus spiritus sanctus qui a patre filio que procedit. Non enim versa vice filius aut spiritus sanctus mittit patrem: aut a filio vel spiritu sancto procedit: aut mittitur pater: vt poni modo in omnibus cornibus statuamus principium: sed in vno tantum principale principiuz: in alijs duobus que desinunt in acumine consumationem intelligamus: nimirum quia vnus filius et vnus spiritus sanctus. Alioz enim a quolibet duo sunt: vt sicut filius et spiritus sanctus sunt a patre: ita pater et spiritus sanctus sint a filio: aut pater et filius a spiritu sancto: vt in quolibet trium indifferens principium statuamus: nz in vno principium in duobus finem: nequis quartaz: aut quintam personam querat in illa simplici trinitate: in qua vnus ab vno: et alius a duobus. Et quia pater simul et filius vnum principium sunt ad spiritum sanctum: ita qz vt hoc filius habeat a patre: a quo et mittit illum: non oportuit propter hoc secundum cornu a tertio dissimilitudinem habere: nisi in hoc tantum qz inde incipit scribere in inferiori linea: et grecus et latinus: ſm qz superius dictum est: quia aliud est esse principale principium: aliud principium de principio: et aliud esse principium vnum ad vnum: aliud esse duo simul vnum principium ad vnū: et ita quoqz vt vnus habeat hoc ab alio: et simul habeat hoc cum illo a quo habet. Licet ergo filius principium sit et ipse spiritus sancti: quia tamen et ipse a patre est: et a patre habet vt sit principium spiritus sancti: nec sine ipso patre: sed cum ipso: nec vt sint duo principia: sed vnum principiū: non debuit illud cornu quod retinet misterium filij omnino simile esse: nec quod retinet typū patris: ne vtrunqz videretur esse principale principium quum ad solum hoc pertineat patrem: sed ipsa duo cornua considerāda sunt simul: vt simul ambo ad tertiū vnum esse principium videantur: sicut pater et filius vnum sunt principiuz spiritus

sancti. Recte ergo duo cornua inferiora in acumine desinunt quia et filius et spiritus sanctus a patre sunt et non ab eis alij: nz tantum duo ipsi sunt. Est tamen et aliud sacramentum quod debeat in hac re vigiliter pensari. Id quod acutum est in aliqua mysteriali figura significat principium siue finem. Et principium quidem si sic esset designarent illud ex quo incepit ars. finez in quo consumatur. Cum autem constet qō initiale acumen principium significet tempore: vtpote in rebus creatis que ab ipso qui est principium sine principio nō de aliqua: iam existenti re: sed omnino de nihilo sunt creata: merito idem principale cornu acuminis artitudine caret: qz deus pr cuz filio et spiritu sancto: caret principio tēporum et dierum: qz non aliquando cepit esse sed semper erat quod est. Si enim principale cornu inchoaret ab acuminis artitudine: videretur esse simile illi rei que fieri cepit ex nihilo. Ut autē deus oipotens semp oñdatur esse principium sine principio: cō grue satis cornu ipsum sine acumine manet: ac si verbis suis aptis vocibus clamaret dicens. In dei oipotentis eternitate nō est querendū esse cepit. sed semper erat qō est. Si enim dicere psueuimus in pfessione cōi. Sicut erat in principio et nunc et semp
Apo. Et Joānes euangelista in libro Apo. Qui erat et qui est et qui venturus est. Et in ipso principio euāgelij sui. In principio erat
Joān. 1. verbum. Apte ergo principale cornu psalterij quod assimilatur patri. acuminis artitudine caret: qz eternitas illa que erat in deo ante tempora secularia: nobis omnino qui ex tēpore esse cepimus inperscrutabilis est et quo suo occulto consilio voluerit creare ex tempore: quod nō fuit ab eterno hebetatur sapientia hominum: defuit sensus et intellectus. Sic igitur erat ficut est. Nunc pium sine principio: ipse solus cuz filio et spiritus sanctus: qui in ipso sunt: et ab ipso procedūt. Verumtamen ipse pater reuelatus est hominibus primo tempore magis qz filius et spiritus sanctus: vt ipse quoqz in suis tēporibus manifestius apparerent. Sed num quia duo cornua inferiora desinunt in acumine filius et spiritus sanctus habituri sunt finem? cum etiam electis omnibus eternitas temporum promittat? Absit. Sed quia soli ipsi acceperunt res visibiles in quibus apparerent hominibus: licet et alio modo filius: alter spiritus sanctus: quia ille humanam naturam in vnitate persone: iste speciem columbe in figura sancte matris ecclesie. Non enim est vna persona ecclesia: vt posset simul ostendi que nec dum tota erat in mundo: quando vidit Joannes spiritum descendentem super Christum iesum: vt apparerent ibi simul sponsus et sponsa: cui. s. sponse dictum est in canticis canticorum. Una est columba mea: perfecta mea: Can.
vna est matris sue electa genitricis sue. Et ob hoc in typo huius ecclesie que vnita ē spiritui sancto: illa vz vnione de qua dicit apostolus. Qui adheret deo vnus spiritus est: ostensa est vna columba: sicut et in typo filiorum ecclesie apparuerunt aposto Acto.
lis dispartite lingue tanqz ignis: et in sedie (inquit) super singulos eorum. Et filius ergo et spiritus sanctus accepit corpoream creaturam: in qua demonstraretur hominibus: et in qua consumaretur opus: pro quo et missi sunt: vt perficerent illud. Unde et filius ipse in pfessione sua quam fecit ad patrem. Opus inqt psummaui quod dediſti mihi. Et de spiritu sancto idem filius. Cum venerit ille spiritus veritatis: docebit vos oēz veritatē. Non enim eo modo nō quolibet habere finem: quomodo nō poterat primoqz esse homo tempore habere principium: qz creatura temporaliter proficit et quādoqz vltra proficere desinit consumata: etiā si in momēto proficiat. Apud deū autē non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Dicit tū ipsa diuinitas principiū et finis ſm illud Apocalypsis. Ego sum. A. et. ω. principiuz et finis. Nz aliud est habere principiū vel finē aliud est

e principiū siue finē. Est autē deus principiū: qz ab ipso sunt oia que creata sunt. Sz si idcirco deus omnipotens vocatur principium: qz omnia que sunt ab ipso sunt z esse ceperunt: Num idcirco dī finis: qz in ipso esse desistunt? Absit. Sz quia opera que inceperunt ab ipso: per ipsum veniunt ad pfectionē: z in ipso qui est summa bonitas pfumationē accipiēt. Hoc ergo modo principiū z finis. Sed z pro eo qp in principio non erant treature: p qbus z cum qbus tēpora esse ceperunt: z nec filius nec spiritus sanctus aliquam assumpserat creaturā nequaqz nos temporales loquētes de deo vitio z vero qualiter erat in illa eternitate ita pgrue dicē possumus: fuit quomō erat vel esse cepit: qđ omnino esset impiū z iniquum: quomodo dicimus: erat z est: quia fuit: de illa re pgrue dici potest que esse desijt quod fuit: vt est: ille homo bonus fuit: sed desijt esse qđ erat: z esse cepit de illa re que aliqñ non fuit: z modo est. Quia ergo deus omnipotens nec esse cepit: nec desijt:

Joan. nec fuit quenit illi: nec esse cepit: sz aut erat aut est. Nō enim ait veritas iudeis sese perdere anhelantibus. Anteqz abraam fieret: ego sui: vel esse cepi: sed antqz Abraā fieret: ego sum. Et cum dicerent illi. Tu quis es. Respondit: principiū qui z loquor vobis. Si ergo verū est qp deus non esse cepit: sz semper est. Recte principale cognū qđ refert ad pz: qui est a nullo z a quo pcedūt filius z spūs sctūs: caret acuminis artitudine: vt non videat incepisse: semper esse qp est. De filio autez z spiritu sancto: nō eo modo dicere possumus: qp nō fm aliquid habituri erant finem: quomodo neqz pater neqz ipsi deitatis habuere principiū: qz z filius habuit finē vite huius tēporalis in assumpta carne: fm illud qđ ipse ait. Ea q̄ scripta sunt de me finem habēt. Vel certe habiturus est in pfumatione corporis sui: quod sumus nos. Et spiritus sanctus habiturus est in effusione donoz. Dictuz est

Psal. enim in typo solis de Christo. Sol cognouit occasum suum. Sane in typo dom spiritus sancti quod effundit in cordā electoruz. Repleta sunt vasa que habere potuit vidua illa mulier que clamauit ad Heliseum: z licet modico illo oleo qđ habere visa est p multa vasa effusum multiplicaret: z creseret: tū cum vas deesset: stetit oleuz: z tandem finē habuit effusio z infusio illa. Dicit autē apostolus de vera illa effusione: quam significat ista. Charitas dei diffusa ē in cordibus nostris p spiritū sanctū qui datus est nobis. Hec est illa virtus: que oiuz est mater virtutū: sine qua gregem virtutes reliquas: culmos vacuos z inanes ad tristem aream portare est. Ut enim humanitas christi plata est oibus creaturis: ita virtus charitatis: vniuersis virtutibus. Et sicut Joannes baptista preambulus fuit xpi ita virtus humilitatis puia est charitatis. De qua nimiz charitate que est precipuū donū spiritus sancti: dicit p psalmista. Omnis consumationis vidi finem latū mādatū tuū nimis. Et apostolus. Finis pcepti est charitas de corde puro z conscientia bona: z fide nō ficta. Licet autē homo Christus iesus magnus sit sup oēs homines: lz virtus charitatis magna sit sup oēs virtutes: neutruz tn horum sine q̄titate magnū est: neutruz n. fm aliqd nō fit: aut positus: aut ponēdus finis: nō vt esse desinat: sed vtter minum quantitatis pro mensura operatoris accipiat. Sola n. diuinitas sine q̄titate magna est sine qualitate bona: sola pro natura sui sine tpum varietate z volubilitate immesa. Qz vero illa eternitas que erat ante mundi principium: eo ino inscrutabilis est: vtpote in qua nō erant aliqne creature que manerēt in ea: q̄uis nesciamus q̄ longe vel prope ante mundi pstitutionem: aut si in ipso exordio mundi creati sint ordines angelorū. Adeerito cognu ipsuz principale carere principio demonstratur. ita vt videat representare principium sine principio: fm qp erat deus pater cum filio suo z spiritu sancto antecēz secula incepissent. Non autem eo modo inscrutabilis sunt: aut erūt nobis filius aut spiritus

sanctus

sanctus in operibus suis: siquid opera ipsa beatū sunt in illo seculo futuro in quo erimus z ipsi filij dei: sz erit intellectus noster cōsumatus in reuelatione ipsorum: sicut de se z de spiritu sancto: filius ipse

Joan. dicit. Multa habeo vobis dicere: sz nō potestis portare modo: cum aūt venerit ille spiritus veritatis docebit vos oēz veritatem. Quia ergo nec tpalis natiuitas pertinet nisi ad filiū: nec tpalis spiritus sanctimissio v el effusio nisi ad spiritū sanctū: excepto in eo qp vna est operatio triū pp ineffabile vinculū deitatis: nihilqz ptinet ppriе ad psonā patris: qđ eternū nō sit. Jure principale cognu iuuus est duobus: qz nimiruz patris eternitas cōmunis est filioz spiritui sancto: tēporalia vero filij z spiritus sancti que pscripsimus: ppria sunt filij z spiritus sancti. Illud ergo inscrutabile est vt timeatur istud noscibile vt amet. Illud eniz seruoz est istud amatoz. Nā ibi incōprehensibilis esse voluit: z hic cōprehēdi z agnosci. Ergo ibi principiū tēpoz nullū: qz diuinitas principio caret: hic finis ingressionis in filio z spiritus sanctus in assumptis creaturis cōprehēdi ab hominibus voluerūt. Quia post cōsumationē operū suoz qbus sunt in assumptiōe exhibilis z humilis creature reuelari dignati sunt: segtur eternitas seculoz: que z ipsa inextimabilis est: sed secundū qp dispositio cordaz initiū ipsius vasis z finē esse demōstrat: integritatez eius: z differentiā puidēter notamus: apparet qp latitudo ipsa que est inter duo cognata inferioza oppositā sint eregione sūmitati cognu pricipalis: nimiz qz sicut in cognu principali visus est pater incepisse opera sua: lz nō sint filio z spiritu sancto: ita quāuis nō sint eodē patre ostendūt simul in duobus cornibus cōsumare ea: ipsi in finibus seculoz. Inde est qp vetus testamētū videt ppriе ptinere ad patrē: nouuz ad filiū z spiritū sanctuz. Et qm̄ sicut illa eternitas dei que erat ante ipsa secularia: principium nō habuit sz principiū erat: ita illa que post finem tēpoz futura est: nō est habitura finez seculorum. Recte initium psalterij z finis acuminibus caret: ne qz filius z spiritus sanctus fines cōsumatorios habuisse ostēsi sūt fines etiā cōsumptorios: qđ falsum est habere putent. Sane in amplitudine spatij que est in exitu latioz designat abūdantia bonitatis dei quā ostēdit nobis in filio z spiritu sancto: qui sē prius ostenderat quasi dñz terribilē in seipso: qz nō solū natura illa incōprehensibilis z eterna sine fine manet qđ est: verūetiā electoz agmina cuz ipso sint sine fine manebunt. Et bene pfumatio totius operis in duobus cornibus data est: qz nō nisi in fine seculoz redimendum genus humanū filius z spiritus sanctus a patre visibiliter missi sunt: q̄uis aliter filius: aliter spiritus sanctus vt terroreż quē ostēderat in seipso: in eis misericorditer mitigaret: z saluos faceret per clementiā: q saluari nō poterant in operibus suis. Qui cum eodēm filio z spiritu sancto: viuit z regnat in secula seculoz. Amen.

¶ Explicit distinctio quinta.
Incipit Sexta.

Non ē alienus a supradicto mysterio ordo cōmunis orationis: qui quotidie solet fieri in ecclesia Christi: quotienscunqz cōpletis laudū solemnijs: eius clementiā postulamus. Nā semp inuocationem primā ad patrē facere pseuerimus: exceptо cū occurrit aliqd pro quo inuocatio fiat ad filiū: sicut in aduentu ipsius: z ficubi vt hoc fiat aliqua rationabili causa: vel pprietas exposcit. Non inq̄z preter ordinē rationis tā crebro istud fit in ecclesia Christi: nec preter misteriū vere fidei patrem in principio psonaliter inuocamus adiungētes circa finē. Per dñm nostrum iesuz xp̄z filiū tuum: z i fine: In vnitate spiritus sancti: qz nequaqz ita fieri in tot catholicoruz ecclesijs ipsa que cunctis presidet: pateret diuinitas: si magne cultus fidei z pietatis misteriū nō inesset. Ut igit tante fidei elucesceat archanum: statuamus si placet in pri

mo comu:orationis initiū. Omnipotens sempiterne deus. Quesumus omnipotēs deus:t his similia:ac deinde p cordaz lineas orationis speciē pcurrent ē in vltima cordaz decē:extremū versiculū pferamus ita vt in sebo comu incipiamus dicētes: p dominū nostrū iesuz christū filium tuuz in tertio quo cōcludit in fine:in vnitate spiritus sancti:ficqz oratione cōpleta cōfessio ortodoxe fidei in q̄ salus est oiuz:psumet frigolum quis esse cauabitur:nisi verba hec simpliciter dicta maiori auctoritate munimus. In omnibus scripturis veteris testamēti t in oi illa serie tēpoz que ab Adam: vsqz ad Joannem Baptistam longo annorum spatio decursa est inuenitur nomen diuinum:patriarchis t prophetis t cunctis fidelibus illoz tempoz fide solemniter innotuisse:nunqz tamen de coeterno dei filio q̄ esset deus:sicut t pater nunqz hoc de spiritu sancto manifesta traditio patefacit: nisi in hac nostra tantum plenitudine tempoz:qū p semetipsum dei filius visitare dignatus est mundū:t t pspiritū sanctū quē dedit nobis ad cōsummanda ea que ipse inchoauit:agenda. Mā q̄uis deus vnus t trinus semper esset qđ est:vtrū tamen esset trinus:non nisi raris pfectis innotuit a principio:nomen vero vnius pone.i. dei patris:tam seruis q̄z amicis annunciatum est oibus.s.illis qui dei plebs dicebant: ne populus ille adhuc pro tēpore rudis misterium trinitatis capere non sufficiens:vnitas dei culturam iudeozum conuertere pluralitem. Quoz cures considerare est:q̄ infinita illa multitudo fidelium:q abiecta pluralitate deoz:deum vnum viuum t verū colendum esse dicebant:t si nec dum capere poterant misterium trinitatis in vnius tamen confessione dei ac domini non errabant q̄ vere vnus est omnipotens: pius sanctus t verus habens in semetipso semē sanctum t vitam veram filium.s.t spiritū sanctum de quibus non est facta veteribus manifesta locutio ad hoc vt horum singulus diceret esse deus:ne incideret vt iam dixi in pluralitatem deoz. Si enim pueri illi(adhuc pro tempore)populo proponeretur confessio trinitatis nullo modo posset capere:nisi diuisam:tresq̄z magis diuisos q̄z vnum crederet deum verum:nec ei quis posset aliud verbo persuasibili itimare. Oz igitur in illa confessione: ipersectio quidem erat:non error credere.s. vnum deum patrem ex quo oia:sed nescire eum habere filium t spiritum sanctum:tres vero deos dicere iniquus est:nec possibile ē pueris sensibus habere discretionem rationis inter vnitatem t trinitatem:positum est illis quasi pueris fidamētū fidei in vnoDeo. Nobis autem vt senioribus euo archanū trinitatis mysterium patefactum est: nō.s. a principio:sed i hac senili plenitudine tēpoz:qū misit deus filium suum in mūdū: illuminare his q in tenebris t vmbra mortis sedebant:ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Nec igitur causa est: cur per tot preterita secula:vna persona tantū t non etiam tota trinitas innotuit populo illi terreno t animali:me nos.s.deum trinum:sed magis tres deos credere cogeretur:presertiz cum paganoz cultura in pluribus numeribus letaret. Sed neqz q̄ nescirent archanum mysterium trinitatis: solum vt iam dixi:deum patrem coluisse illius temporis fideles credendi sunt:t nō etiam in patre filium t spiritum sanctum: cum vna sit substantia trium:t maxime cū frequens sit apud hebreos vocabuli trinitatem iplam. Adonay t Eloym:sed manifesta tunc patris erat cōfessio: occulta filij t spiritus sancti. Qđ patenter de filio expiimit Esayas dicēs. Domine quis credidit auditui nostro:t brachium domini cui revelatum est? Et ascendet(inquit)quasi virgultum coram deo:t sicut radix de terra sitienti. Sic igit in principio sine principio erat deus pater cū filio t spiritu sancto:nec tamen a mundi principio voluit reuelare brachium t charitatem suam: sed voluit occultare inextimabiles diuitias quas habebat apud se:vsqz ad plenitudinem tempoz

porum t fines seculoz:filium.s.suum q̄ est eius virtus,t eius sapientia:t spirituz oris sui:qui eius ē charitas:t bonitas eius: ita vt solis prophetis eos detegere dignarek: qui t plura de eis p enigmata in suis voluminibus locuti sunt. Jaz qui vellet ipa oracula colligere ex propheris: grandi volumine idigerer. Sed necesse non est:quia a multis inuenitur digestum. At q̄tumcunqz esset illa manifestatio:nulla tamē soze visa est. comparatione eius que facta est in tēpoze suo. Tunc enim q̄ esset deus filius: t deus spiritus sanctus:aliqbus quidem:nō omnibus qui fidēm vnius dei videbantur habere. Nunc autez generaliter omnibus illoz reuelatio facta est. Facta est aūt vt iam dixi per visibiles creaturas:vt per ea que facta sunt visibilia:illoz inuisibilia nosceremus. Quibus vz:creaturis visibilibꝰ a filio t spiritu sancto tēporaliter assūptis consummatum est:vt iam dixi qđ in acutis cornibus designatur. Acuta quippe decebat esse cornua: que has exhibitates duarū personarum designant. Distinguendū est autem inter primuz cornu t alia duo:t qđ habeat veritas:pro vt ipsa donauerit:inquiramus. Primum t principale cornu sic fibi videt esse proprium:vt tamē sicut supra iam diximus:tanqz fons t origo cōmune appareat esse duoz. Duo vero alia cornua esse propria sibiipsis:ipse quoqz extremitates testantur: q̄ nimiruz sic deus pater est id quod est. vt tamen coeternum sibi dei filiū t coeternū sibi spūz sctū ad electos ex seipso dign t mittere creaturas. Il nō aūt vnigenitꝰ dei filius sic ē id qđ ē. vt suū mittat ad aliquem genitorem: aut spiritus sanctus patrez ipsum a quo procedit: sicut nec filiū cuius est spiritus:nisi in eo qđ homo est ipse filius:q̄ nimirum pater sic est deus: vt a nullo sit:filius vero sic est deus: vt tamen non ex eo pater sit:sed ipse ex patre:t spiritus sanctus sic est deus:vt tamē non ab eo pater t filius sit: sed ab vtroqz: ipse q t si pater t filius t spiritus sanctus vnus sit deus;vnus dominus:vna t coeterna maiestas:solus tamen pater genitor est:solus filius genitus:solus spiritus sanctus ab vtroqz procedens. Solus autē pater sic mittit filium t spiritum sanctum: vt a nullo mittatur: t ideirco eterna patris diuinitas communis est filio t spiritui sancto. Incarnatio vero filij:propria filij est. Assumptio columbe vel ignis ppria spiritus sancti:t si vna sit operatio trium. Augu. De hoc Augustinus in libro de trinitate. Quamuis pater filium genuerit:t ideo filius non sit qui pater est filiusqz a patre sit genitus:t ideo nō sit pater qui filius:spiritusqz sanctus:nec pater sit nec filius:sed tā tum patris t filij spiritus patri t filio etiā ipse coequalis t ad trinitatis pertinēs vnitatem:non tamen dicimus eandem trinitatem natam de virgine Maria:t sub pōtio Pilato crucifixam t sepultam tertio die resurrexisse: t in celos ascendisse: sed tantummodo filium:nec eandem trinitatem descendisse in specie colūbe sup Christum baptizatum:aut in die pentheccostes post ascensionem domini de sono facto de celo quasi ferretur flatus vehemētis t linguis diuisis velut ignis:sed tātūmodo spiritum sanctum. Nec eandem trinitatē divisse de celo. Tu es filius meus dilectus:hiue cum baptizatus est a Joanne:siue i mōte quando cum illo erāt tres discipuli aut quando sonuit vox dicēs. Et clarificaui t iterum clarificabo:sed tantūmodo patris vocem fuisse ad filiuz factam:q̄uis pater t filius: t spiritus sanctus sicut inseparabiles sunt:ita inseparabiliter operentur. Igitur nomen paternum quod principaliter t proprie patris est:filium t spiritum sanctum a se non excluſit vtroqz quia t filius pater dici potest:t spiritus sanctus pater dici potest:qz vterqz creator: nunqz aūt deus pater aut filius dz:aut spiritus alicuius: Ille.n.rē satis simile i exēplū adducaz: qz dignitas pātriarchatus quā decebat si nō peccasset Adā data ē Abrae:sic accipiēdus est Abraam patriarchaz primus: ac si patrem hominem non haberet: vt typum

vei patris retinere ꝓ oībus videat. Primus ergo patriarcha Abraam nullius patriarche existimet filius: ⁊ apparebit quod querit. Non aūt eo modo Isaac nullius est dicēdus filius patriarche quomodo Abraam: sed ita ē dicēdus filius patriarche: vt tamē ⁊ ipse ficut ⁊ Abraā patriarcha dicatur: ⁊ nihilhominus Jacob: ficut Isaac ⁊ Abraā. Sic fic deus pater t fīi: qz a nullo ē: filius vero: nō fīi filius dicendus est: sed ⁊ pater: ⁊ si dissimiliter: pater est tū oiuz nrz. Similiter ⁊ spiritus sanctus ꝑ pater dicendus est: qz ab illo renascimur Quantū igitur spectat ad creaturas: vnus deus pater oiuz: pater ⁊ filius: ⁊ spiritus sanctus. Quātuz ad deitatē: nō filius: nō spiritus sctūs: ꝫ solus pater: pater est filij: vnus. ſ. vnius: ⁊ neuter eoz habet ꝑm. Quo circa ꝓsiderādum est: qz in illa omni secit tempoz: quo deus vnus est pater oiuz: ꝓdicabat esse ꝑ colēdus: nō solū in hoc nomine persona ꝑis incultu illius populi permanebat: verum etiā ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Quo circa nec iniuriā facit filio: aut spiritui sancto: qui patrē primo loco ⁊ quasi specialiter inuocat. Quia sicut laboriose ꝓlatū est: quicqd sub hac fide paterne impendit maiestati: inpēdit etiā filio qui cōsubstantialis est patri: inpēdit ét spiritui sancto: qui ꝓsubstātialis ē vtriq;. Cū vero addit circa finez. Per dominū nostrū iesum christū filiū tuū: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus. specialia illa recolimus que de filio ⁊ spiritu sancto in fine tempoz clarueruntquatenus ⁊ in illa inuocatione quam ad patrem facimus: excellentie differamus diuine: dū nos suos inutiles: ⁊ dignos supplicijs cōfitemur: ⁊ tādez consortati i xpo qui nobis fieri ꝓmus dignatus est: ⁊ nouissime in spiritu sancto esse nos ꝓ eos liberandos ⁊ liberos gaudeamus. Hoc est enim qđ ꝑ semetipsam veritas dicit. Simā scritis in sermone meo: veri discipuli mei eritis ⁊ cognoscetis veritatem ⁊ veritas liberauit vos. Quis est enim qui manet in sermone domini: nisi is qui patienē expectat quousqz doceat eū veritas: que est sapientia patris: ⁊ ꝑ eā puenīat ad spiritū sanctum: de quo dicit apostolus. Ubi spiritus dei: ibi libertas. Ubi est aūtez libertas: nisi vbi dilectio? Est enim deus bonus: dulcis: amabilis ⁊ suauis: ⁊ ab hoc qui agnoscunt illum: diligunt eum: ⁊ qui diligunt liberanī a timoze: qꝑfecta charitas foras mittit timorē. Scriptum est enim de timore ⁊ sapientia in libro psalmoꝝ. Initiū sapientie timor domini. Antigrus aūt deus timor ob reuerentiam dicēbat: sicut legitur dixisse Jacob ad Laban socerum suū Nisi deus patriemei Abrae: ⁊ timor Isaac affuisset mihi forsitan modo nudū me dimisisses. Et paulopost. Jurauit iacob ꝑ timorē patris sui Isaac. Dictus ē aūtē deus timor: ꝓp illud qđ habetur in psalmo. Venite ⁊ videte opera domini: terribilis i cōsilijs super filios hominum. Intelligit etiā timor: nomine potētie: siue nomine timoris: accipiēdus sit propie deus pater: sicut nomine sapientie filius: recte principiuz sapientie confitemur timorem: qz principiū filij pater est. Sicut autez timoris nomine patrem sapientie filium: ita charitas nomine intelligimus spiritum sanctum. Sz qđ de charitate dicit apostolus. Plenitudo iquit legis est dilectio. Quod si ita ē: liquet qz initium sapientie in timore est: finis autem in charitate. Sed hec tria noia: cōia sunt tribus ꝑsonis: ita vt nō solū pater: timor dicēdus sit: verūetiā filius ⁊ spūs sanctus: qz timendus est non solum pater: verumetiam filius ⁊ spiritus sanctus. Et nō solum filius sapia: ꝫ ⁊ ꝑ ⁊ spūs sctūs. Et nō solū spiritus sanctus charitas: sed ⁊ pater ⁊ filius. Hac i re queritur: nō absurde: ꝫ ex parte aliqua superius dictum sit: eiusmodi proprietate: rationis pater timor: filius sapientia: spiritus sanctus charitas scripturadicatur: ita cum dicitur. Initium sapientie timor domini. Et illud qđ superius dictum est: non filiuz intelligamus: nō spiritum sanctum: sed tantum patrem cū dicitur sapientia dei: actum est hoc vel illō non

Joā. 8.

Psal.

Gen.

Psal.

Psal.

neris inter choros conuiuantium iugiter assistere nequeas. Bonus est dominus omnibus qui sperant in eum. Si coniugatus es: esto corde monachus obseruans te pro posse tuo: vt absq̄ crimine viuas. Uxore tua vtere sed honeste: aut sola causa prolis: (si talis es tu ⁊ illa:) aut cum timore ⁊ modestia reddens debitum: ne se qui infirmior est: temptetur a sathana. Curre ad ecclesiam horis statutis: esto ibi cum silentio excepto cum causa exigit iuste necessitatis. Lauda cum laudantibus deum: ⁊ si non quantum vis: quantum potes. Si clericus es ⁊ emularis: quis te prohibebit intrare? Sed si forte propter charitatem eoruz qui per te proficiunt detineris: esto saltim corde ⁊ continentia monachus: ⁊ vtere honeste rebus tuis quas nec dum causa dei abijcere potuisti: vt totus ⁊ integer sequeris Christum. Es tamen vicinus eis: qui omnia reliquerunt quia caste viuis: ⁊ in voluntate habes derelinquere omnia. Jam ergo duas perfectiones habes: iam secunduz significatum viginti psalmos deuotionis exibere probaris. Qui autem nō habens occasionem iuste necessitatis: consumauit hec tria: ad illorum participationem secretoruz perductus est. De quibus dicit Paulus. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim: siue in corpore: siue extra corpus: nescio deus scit: raptus huius vsq̄ ad tertium celum. Et scio huius hominez siue in corpore: siue extra corpus: nescio: deus scit: quoniam raptus est in paradisuz: ⁊ audiuit archana verba qne non licet homini loqui. Lucratur ergo primus in die: quasi decem numismos aureos. Secundus quasi viginti. Tertius quasi triginta. Sed ⁊ primus cuius longior est via veluti diebus quindecim peragit cursum suum. Secundus decem. Tertius quinq̄. Hoc de tribus generibus monachorum: quorum alij inter laycos militant deo: alij inter clericos: alij in mansionibus suis.

¶ De canticis graduū qualiter pertineāt ordines electorum.

ILla ⁊ enim duo genera extra sunt: ꝯ non ex toto. Istud in integrū intus est. Primi est enim dicere. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Secundi leuari oculos meos in montes vnde veni et auxilium mihi. Tertij letatus sum in his que dicta sunt mihi in domum domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hyerusalem. Porro quatuor horum de quibus supra locuti sumus: qui ⁊ viciniores sunt deo: terni ⁊ terni psalmi deputandi sunt: eo q̄ vnusquisq̄ illorum quatuor diuidatur in tres. Horum primi qui manet ab oriente dicere est. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Misi quia dominus erat i nobis: dicat nūc israel. Qui confidunt i domino sicut mōs syon: non commouebitur in eternum qui habitat in Hyerusalem. Secundi qui habitat ab aquilone consolari semetipsuz ⁊ dicere. In conuertendo dominus captiuitatem syon: facti sumus sicut consolati. Euntes ibant ⁊ flebant mittentes semina sua. Uenientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Misi dominus edificauerit domum in vanum laborauerunt qui edificant eaz. Beati omnes qui timent dominum qui ambulant i vijs eius. Labores manuum tuarum quia manducabis beatus ⁊ bene tibi erit. Tertij qui manet ab occidente dicere est. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea dicat nunc israel. De profundis clamaui ad te domine domine exaudi vocem meam. Domine nō est exaltatum cor meuz: neq̄ elati sunt oculi mei. Neq̄ ambulaui in magnis: neq̄ in mirabilibus super me. Quarti qui locatus est ab austro. Memento domine Dauid: ⁊ omnis mansuetudinis eius. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundum habitare fratres in vnum. Ecce nunc benedicite dominum omnes serui domini. Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri. Tres igitur primi pertinent specialiter ad tres ordines generales duodecim ad quatuor speciales: eo q̄ vnusquisq̄ eoz distinguat in tribus.

¶ Ob ordo ipse monachorum qui ꝛ corde ꝛ corpore reliquit seculum vt sequatur Christum in tribus speciebus consistat.

Ascendentibus nobis in hoc opusculo de tribus ordinibus electorum: vsq; ad hoc deuenimus est sermo vt contingeret tractare de illis coniugatis ꝛ clericis: qui quo minus cognoscunt per affectum inspirationis: gaudia Hyerusalem: eo minus desideraret peruenire ad eam: quin potius defleant amicos suos etiam transeuntes ad illam. Sed nunc de illis coniugatis ꝛ clericis dictum est: qui scientes quid amiserint lamentantur ꝛ dicunt. Quomodo cantabimus canticū domini in terra aliena. Si oblitus fuero tui Hyerusalem: obliuioni det dextera mea. Et si bene reminiscimur eoꝝ de illis laycis ꝛ clericis ageremus: qui homines ꝛ iumenta dicti sunt i tertio gradu: egimus de monachis: non quidem de illis qui solo nomine monachi sunt ꝛ non etiam fructu sed de illis qui se dolent esse peregrinos ꝛ suspirant quottidie ad patriam suam. Volentes autem in secundo loco agere de solis monachis: inuenimus tria esse genera monachorum: duo in spe: vnū in re. Sed ꝛ hoc ipsum, monachorum qō in re esse dicimus in tribus speciebus distinctum est. Nam alij a pueritia transeūt ad hanc vitam: alij dormientes vsq; ad secundam vigiliam: alij vigilant in iuuentute alij vero in senectute. Et de his quid dicēdum? Jam superius dictum est. Qui plus laborauerit plus mercedis accipiet. Vnus quisq; enim propriam mercedem accipiet ꝑm suum laborem. Qui enim a pueritia coꝝ gerentes senile ꝛ etatem moribus transeūtes: perfectionem accipiunt seniorum: quasi qui per triginta annos: tria talenta auri singulis annis lucrarentur. Qui vero i iuuentute sua: suaue christi iugum accipiūt: discentes ab eo qꝝ mitis sit ꝛ humilis coꝝde: ac si a decimo vsq; ad trigesimum facerent illud idem: (hoc est:) per continuos annos viginti. Qui autem in senectute: ac si a vigesimo vsq; ad trigesimum. Verumtamen nonnunqꝝ accidit: vt humilitas ꝛ prudentia eoꝝ qui tarde venerunt: preiudicet accidie coꝝ qui precesserunt. eos vt non solum accipiant mercedem sicut ꝛ illi: verumetiam fiant nouissimi primi: in hoc seculo ꝛ in futuro. Non enim qui monachus dicitur: habet premium: sꝫ qui monachus ē. Et sciendū qꝫ preueniens mors etatem seruorum in his qui in pueritia cōuertuntur. Non ademit meritum: quia cum deus ipse in talibus articulis necessitatem imponit: non tam de fructu operum: qꝫ de corde quisq; iudicatur. Non enim accipit quis sacrum habitum vt seruiet domino ad horam ꝛ ad momentum: sed etiam si liceat vsq; in eternum. Oō si is qui vocauit eum in vineam suam misertus laboris eius dicit. Quiescat: nūmisericordia dei auferat ab illo mercedem suam? Et hec quidē dicta sunt velut occasione ruineris obiecta oculis mentis nostre: ne ea que moto verbo obijci: aut queri posset intacta relinquere videmur. Ceterum intentionis nostre impetus: circa tres illos ordines directus erat ꝛ est: qui quantum fragilitas humana permittit rationabiliter viuunt.

¶ Jtez de tribus ordinibus sepe scriptis.

Si enim sic viuunt christiani sicut viuere debent: oportet singulos trium ordinum habere illa tria que i auro: myrrha ꝛ thure designata sunt. Aurum videlicet obedientie in operando quod bonum est: sicut ꝛ apostolus iubet: myrram compassionis fraterne que resistat putredini peccatorum. Thus deuotionis ꝛ laudis ad confitendum omnipotenti deo. Verum tamen vt iam dixi amplius incumbit layeis operari qꝫ ceteris duobus: amplius clericis instare doctrine: amplius monachis insistere oration: ꝛ laudibus vacare diuine. Quo. n. plus deo hominī qd debetur suꝫ est eo plus infirmatur ꝛ deficit in his que deorsum sunt. Et hoc iuste satis. Nam iustitia que de terra est: in longum protenditur merces eius. Que autem agitur (vt ita dixerim) inter terram ꝛ celum: media incedit inter vtrunqꝫ. Que autez de celo est iustitia mox perducit ad regnum dei. Certe tria tempora esse didicimus. In quibus tres ordines isti consummationem accipiēt. Ecce enim populus ille antiquus qui perseuerauerit in fide vsq; ad Joannem baptistam expectat remunerationem suam a domino in resurrectione futura. Similiter sequens populus qui credidit in aduentu christi. Similiter ꝛ populus tertius q in fine crediturus est. Ecce qꝫ longe ille: qꝫ prope iste. Nam nec exempla desunt mysterij: si ea p. quide querimus in diuinis scripturis. Legimus enim Abraam in senectute genuisse Joānem baptistam cum triginta esset annorum predicasse: sicut Ezechiel propheta: ꝛ ipsemet mediator dei ꝛ hominum christus iesus. Benedictum vero monachorum patrem ꝛ ducem sicut ꝛ multos alios a pueritia sua deo consecratus fuisse. Ex quorum euidenti mysterio luce clarius datur intelligi q diuturnior est ad percipiendum fructum mercedis sue vita cōiugati: vita clerici: diuturnior vita clerici: vita monachi. Quo enim quis longius recedit a deo per desideria vite huius: eo tardius perducitur ante faciē eius: ꝛ quo magis appropinquat illi per affectum amoris eo citius staturitur in conspectu illius. Qui ergo occasione coniugalis vinculi carnalibus amplexibus astricti sunt: vix possunt in extrema etate vite sue fructum bonis operis competenter afferre: cum saltem continentie bonum imperat defecta senectus. Qui autem amore propinquorum vix media etate cum se ab illoꝝ funibus: diuisis possessionibus absoluunt. Inde est q patriarchis: vt iam diximus in senectute filij dati sunt: cum magis amore prolis qꝫ libidinis conuenirent cum vxoribus suis. Inde q exemplo domini triginta annorū ad minus esse debet qui ministerium assummit predicationis. i. cum libera tam potest homo vti sententia rationis: vt habēs discretionem inter sanctum ꝛ prophanum: sciat reprobare malum ꝛ eligere bonum. Qui autez a pueritia sua spretis omnibus que possident: adherent deo: eo possunt liberius seruire illi: quo calcantes huiusce/modi necessitudines pestilentes: que ingerūt importune mortalibus: ꝛ tuxta iter scādalum ponant electis dei: aut parum: aut nihil sentiunt de carnali affectu. Horum itaqꝫ primum coniugatorum est proprium Secundum clericorum. Tertium monachorum. Ceteruꝫ quia sicut non omnes monachi equales sunt meritis: ita nec omnes clerici: nec omnes layci equales sunt: omittentes quid faciant illi: ꝛ illi pro defectu sua: quid facere debeant qui volunt esse beati in exemplum teneamus: quinimmo: ꝛ quid faciant multi quorum memoria in benedictione est.

¶ De tribus exercitijs quorum singulꝫ pertinet ad singulum trium ordinum.

Tria sepe scripta exercitia commēdata sunt nobis in tribus ordinibus sepe scriptis pertinentia ad imaginem trinitatis: opus doctrina ꝛ laus. Quia tamen i patre est filius ꝛ spiritus sanctus: in filio pater ꝛ spiritus sanctus: in spiritu sancto pater ꝛ filius: nihil sic attribuitur imagini vnius persone: vt non continuo inueniatur in eo similitudo duarum. Igitur ꝛ in opere solo similitudo trinitatis habetur: ꝛ in doctrina sola: in psalmodia sola. Aliud est enim operari ad vtilitatem propriam: aliud ad subsidium proximorum: aliud ad gloriam ꝛ laudem dei. Similiter ꝛ in doctrina obseruandum est. Aliud est enim legere ad vtilitatem propriam: aliud ad edificationem ꝛ institutionem: institutionez proximorum: aliud ad gloriam ꝛ laudem dei. Similiter ꝛ in psalmodia. Aliud ē psallere ad consolationem propriam. Aliud ad salutem proximorum. Aliud ad gloriam ꝛ

Psal.

laudem dei. Ad vtilitatem ꝛ enim propria operari videmur: cum nobis ex his q̄ agimus: prouidemus stipendia vite temporalis: ad subsidium proximorum aliquid agimus: cum eis necessitatem habentibus in quibus p̄sumus: ministramus. Operat autem quis ad gloriam dei cum edificationi basilicarum impendit curam: vt in illarum magnificētia honoretur deus. Eodē modo ad propriam vtilitatem legimus cū nos ipsos edificamus querētes in diuinis paginis que propue saluti necessaria sunt. Ad vtilitatem proximorum cum p̄parantur ad responsionem eorum qui nos interrogant de verbis dei: vt audientes a nobis verbum solatij: edificentur vt salui fiant. Legimus nihilominus ad gloriam dei: cū querimus itelligere misericordias eius ꝛ memoriamur iudiciorum eius que a seculo sunt. ꝛ pro nostra etiaꝫ ꝛ per proximorū vtilitate psallere comprobamur cum psallentes in cōspectu altissimi: pro nostris excessibus exoramus dicentes. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Et illud. Comprehenderunt me iniquitates mee ꝛ non potui vt viderez. Multiplicati sunt super capillos capitis mei ꝛ cor meum dereliquit me. Complaceat tibi domine vt eripias me: domine ad adiuuandum me respice. Quid dico cū pene tertia pars psalmorum oratio pro peccatis esse videatur. Inde est q̄ pro nostris ꝛ pro aliorum peccatis dicere psalmos consueuimus orantes ꝛ pro propria ꝛ pro proximorum salute. Ceterum quod maius est ad gloriam ꝛ laudem dei debemus sine intermissione psallere ꝛ cātare dicētes: quotidie cum psalmista. Benedicam dominuꝫ in omni tempore: semper laus eius in ore meo. In domino laudabitur anima mea. Et his similia. Ecce q̄ distincte probatuꝫ est quod p̄diximus haberi. s. tres modos in singulis tribus. Et sciendum q̄ primū singulorum pertinet proprie ad populum qui fuit sub lege: qui suam vtilitatem potius q̄ aliorum populorum querebat. Secūdum ad populum christianuꝫ qui se ipsuꝫ tradere iubetur vt plures lucrifaciat. Tertium magis pertinet ad populum spiritualem qui erit tertij status. Cū data vndiq; pace ꝛ letitia: conuertetur p̄ solito a laudem dei: dicens assidue cum psalmista. Cōuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum ꝛ circundedisti me letitia. Vt cantem tibi gloriā meā ꝛ non cōpungar domine deus meus i eternum confitebor tibi. Que cum ita sint: liquet q̄ in opere ꝛ doctrina sicut ꝛ in psalmonia trinitatis mysteriuꝫ reperitur. Mēpe ꝛ psalterium decem cordarum: Sicut scripsimus in primo libro triangulatū est: ita vt trinitatis mysteriuꝫ in vnitate: ꝛ vnitatem in trinitatem quibusdam naturalibus vocibus exclamare ꝛ exprimere videatur. Nunc autem locus est exsoluere nos: si possumus a p̄missō quod de mysterijs quindecim graduum nos supra fecisse cuz de illis ageretur: meminimus.

Psal. Psal. Psal. Flor

¶ Quod tante perfectionis sit quindenarius numerus vt sub ipso cōtineatur ois perfectio misteriorum dei. Et q̄ idē numerus in ternariū quinarium: ꝛ septenarium distinguatur: ꝛ q̄ ipsa sit causa tante perfectionis.

NOnnulla dicta sunt de quindecim gradibus ꝛ de superna illa ciuitate Jerusalem ꝑm numerum psalmorum ꝛqn decim decadarum: sed adhuc alia viciniora luci seruata sunt vsq; huc: vt tenebre q̄s luminare minus fugauerat ex parte: superueniēte sole altioris intelligentie remicāte serenius deleatur Quod vt fieri possit ternarius ꝛ quinarius necnon ꝛ septenarius numerus qui simul coniūcti: quindenariū ꝓstituūt numerū: multis modis: vt apparebit inferius considerādi sunt: siue sub eodem sensu: tricenarius: quinquagenarius ꝛ septuagenarius: qui illud idem designāt. Neq; enim pro alia causa: decem pro vnoviginti pro duobus: triginta pro tribus: ꝛ sic de ceteris accipi puto: q̄ vt res ille de q̄bus loquimur: perfecte esse intelligantur. At de his in sequentibus. Oportet enim nos in loco suo seriatim ostendere quibus modis accipiendi sunt ipsi quindecim gradus ꝑm q̄ plures sunt intelligentie: q̄bus hec ꝛ alia accipienda sunt. Nunc igitur cōtēplandi sunt ipsi numeri in illa celesti ciuitate: vt exinde ad contemplandum cū qui fecit omnia sublimari possimus: eo enim q̄ dei est proprium eo subtiliori diligentia inquirendum est ꝛ tenendum: quo constat: q̄ ipse deus finis est inquisitionis ꝛ desiderij nostri In eo quippe ꝛ apud eum manet illa felicitas de q̄ dicit scriptura. Oculus non vidit: deus absq; te: que p̄parasti diligentibus te. Vt igitur ad contemplandum ipsum: qui solus est amandus ꝛ venerandus: oculus mentis nostre eleuari queat in sancta illa ciuitate de qua gloriosa dicta sunt. Numeri ipsi de quibus agitur: assignādi sunt: immo vt assignati sunt a deo reuelandi: quemadmodum ad totam illaz ciuitatez pertineat ternarius numerus ad totam quinarius ꝛ septenarius. Primo. n. considerāda sunt tria: vici sub vbana ꝛ vbs: deinde in structura murorum considerande sunt duodecim partes: que distinguuntur portis ꝛ fundamentis. Et eniz ex que ꝛ septem duodenarium numerum cōfistere manifestum est: quibus addita tria: quindenarium perficiunt. Differt autem inter tria prima ꝛ duodecim sequentia: q: illa tria generalia sunt: ista duodeciz specialia. Ut autem hoc totum factum esse liquet ad imaginem dei: iam nunc lipidius cōsiderare libet q̄ in his tribus numeris cōtineatur mysterium deitatis: ꝛ ita vt videatur posse sufficere ad omne: quare ꝛ enim ternarius: pertinet ad tres proprietates personarum: ꝑm quas vnaquaq; persona intelligitur per se subsitre: ꝛ non esse alia. Quinarius ad quinq; relationes. Septenarius ad septem modos: quibus dicitur: deus ad se. Siquidem per tres proprietates intelligimus tres distinctas personas. Per quinq; relationes intelligimus qui a quo: vel quis a quibus. Per septem modos quibus dicuntur ad se: ipse persone intelligimus perfectionem vniuscuiusq; persone: ꝛ duarum siue trium perfectissimam vnitatē. Et hoc quidē q̄z Anagogen. Aliter autem ternarius ad illa tria exercitia q̄ pertinēt ad tres ordines suprascriptos. Quinarius ad quinq; virtutes: quarū suprafecimus mentionē. Septenarius vero ad septē virtutes animē naturales. Sed de hoc in sequentibus. Primo autem ostendi oportet quomodo ternarius vel potius tricenarius numerus pertineat ad trinitatem. Quinarius vel quinquagenarius: ad quinq; relationes: Septenarius vel septuagenarius ad septem modos quibus dicitur: deus ad se: Quatenus intentum quinquaginta psalmis ostendatur nobis iter veniēdi ad perfectionē catholice confessionis: ꝛ in quindecim gradibus memoratis in hoc opere ingrediendi additum ad sancta sanctorum. Amen: Primo itaq; in fundamento fidei nostre statuenda est trinitas ipsa: que est id quod est: deus. Abraam: ꝛ Deus Isaac: ꝛ deus Jacob: ꝑm q̄ significatuz est in tribus illis angelis qui apparuerunt Abrae: (hoc est:) vt ante omnia credamus esse tres personas personas: non diuisas: sed distinctas proprietatibus suis. Deinde esse vnam personam ab vna ꝛ aliam a duabus: ꝛ ab ipsis tribus septem spiritus ipsius domini missos in omnem terram: ꝑm q̄ in quinq; relationibus continēri subsequens tractatus ꝛ imagines docent. Deinde esse singulam personam verum deuz: ꝛ duos simul vnum deum: ꝛ tres pariter vnum deum. Igitur locus est: vt agentes de trinario numero: premissis competentibus figuris: ad intellectum trium personarum mentis oculum dirigamus: querentes pro res visibiles intelligere inuisibiles: Item ꝛ per res creatas rerum omnium creatorem.

¶ Dicte Rei exemplum.





In hac figura oſtenduntur relationes.

In hac figura oſtendi/tur ſimplex vnitas.

Dicte rei exemplum.





Pater ⁊ filius hñt relationem ad ſpũꝫ ſanctum: quia ipſi miſerunt ⁊ ipſe miſſus eſt.

Trinitas vnus deus hꝫ relationẽ ad ſeptẽ ſpũs q miſſi ſũt ab eo ad oẽm ſubditam creaturã.

¶ De mysterio trinitatis.

Gene. Manenti Abrae sub arbore in feruore diei apparuerunt ei(vt ait scriptura)tres viri. Dixerat autem superius: apparuisse deum Abrae sed cum ageret de modo apparitionis:tres viros apparuisse sibiunxit:quia vero interius illustratus é vidit ⁊ intellexit. Vidit tres ⁊ ipsos tres: quasi tres ⁊ quasi vnum adorauit. Sed cũ illos tres quos vidit Abraam: celestes spiritus indutos corpore:sub specie:prout deus melius nouit:fere teneamus. Quare non angeli a principio sed viri dicti sunt. Ad vltimum autem vnus eorum qui steriti mõte:non angelus: sed dominus dictus est. Duo vero qui descenderunt Sodomam: primo quidem angeli:deinde dominus dicti sunt:nisi q; vbi dicti sunt tres viri vnitatẽ trin ⁊ eqlitatẽ intimari voluit psonarũ: vbi ãt duo eoz dicti sunt angeliq interpretant nũtij:manifestevoluit inotescere:filiũ ⁊ spiritũ sanctũ mittendos esse ab vno patre pro salute generis humani. Et vbi vnº qui ⁊ dominus dicitur stetisse in monte: a quo missi sunt duo:ostensum deum patrẽ: non habere patrem:nec esse ei principium a quo mittatur. Et vbi duo qui descenderunt:dominus dicti sunt:aperte innotuit in vnitate eos manere paterni dominij ⁊ diuine glorie maiestatis. Unde ⁊ benedictum est ibi. Pluit domino a domino: q

Gene. ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus vnus sunt dominus qui pluit:⁊ pater solus vnus est dominus a quo pluit. Igitur i hac figura apte ostenditur trinitas personarum. Sed quia trinitas ipsa dicit in apocalipsi. Ego

Apoc. sum Alpha ⁊. ω. q;. o. duobus his modis scribitur apud grecos:quod sparsim ⁊ distincte dicturi sumus in sequentibus: vt manifestius quod dicitur:capiat: In his tribus figuris sũmatim ⁊ distinctius exhibetur. Ecce enim in prima figura que dicitur Alpha:aperte ostenditur esse deũ tres personas:⁊ in tribus illis personis que apparuerunt Abrae:⁊ in gestis earum aperte ostẽditur q; filius ⁊ spiritus sanctus mittantur ab vno patre. In secunda autem q; eleuatis tribus virgulis:respuit superius: ⁊ in tribus patriarchis:quorum vltimus egressus a duobus abijt in Aram duobus manentibus in montibus israel:manifeste innuitur:q; vnus spiritus sanctus procedit pariter a patre ⁊ a filio. Porro in tertia que est rotunda esse vnum deus ⁊ vnũ dominum intimatur. Et bene vnum ẽ elementum:sed duplex figura quo relatio psonarum designetur ⁊ vnitas:quia eo ipso quo intelligimus filium semp esse a patre genitum:⁊ spiritum sanctuz ab ambobus indesinenter procedere necesse cogimur illorum perfectam intelligere vnitatem: q; q nõ semel sed semp ab alio pcedit:nõ põt ab eo:a quo exire nõ desinit:separari.

Esa.

Apoc. ¶ De quinq; relationibus personarum.

Licet in prefignatis figuris ostendantur ⁊ relationes ⁊ vnitas personarũ quia tamen de ternario numero: qui proprie pertinet ad trinitatem:plenius disputauimus:parum vero de quinque relationibus:⁊ quinq; modis quibus dicitur ad se. Locus est vt de ipsis relationibus paulo diffusius disseramus:inuenientes donante deo:qualiter vna persona dicatur ad alteram aut due persone ad vnam: aut vna ad duas:aut tres ad subditam creaturaz. Habbet enim pater quandam propriaz relationem ad solum filium quia vnus ẽ ibi pater vnius filij:⁊ quandam propriam solus filius ad solum patrem: quia vnus est ibi filius vnius patris:⁊ quandam simul pater ⁊ filius ad vnum spiritum sanctuz: quia duo sunt ibi tantum qui mittũt vnũ spiritum sanctum:⁊ quandam simul filius ⁊ spiritus sanctus ad vnum patrem: quia duo sunt ibi tantum qui mittũtur ab vno patre ⁊ quandam simul tres ad oẽm creaturam:quia ipse tres persone sunt vnus deus ⁊ vnus creator:de quo dicit apostolus. Ab ipso ⁊ p ipsuz ⁊ in ipso sunt omnia:ipsi gloria ⁊ imperium in secula seculoz. Amẽ. Quod qui forte minus intelligit lectum. Ex pñti põt leuius inuestigare figura.

Prima Relatio	Patris	Ad filium	Quia solus pater genuit
Secũda Relatio	Filij	Ad patrem	Quia filius genitus est
Tertia Relatio	Patris ⁊ filij	Ad spiritũ scũm	Qz simul ambo mittũt vnuz
Quarta Relatio	Filij ⁊ spũs sancti	Ad patrem	Qz simul ãbo mittũt ab vno
Quinta Relatio	pris ⁊ filij ⁊ spũs sci	Ad creaturam	Qz ipsi tres vnus creator sũt

¶ Eodem modo ⁊ si non eque consimili possumus dicere q; vnus Abraaz habet relationem ad vnuz Isaac:⁊ vnus Isaac ad vnum Abraam:⁊ versum Abraam ⁊ Isaac ad vnum Jacob:quia vnus iste a duobus illis:⁊ Isaac pariter ⁊ Jacob ad vnũ Abraam:q; duo isti ab illo vno. Et simul tres ad totum populum filiorum israel quia totus ipse ab illis tribus patriarchis:⁊ est ad hoc aliquid in eodez mysterio: quod paulo acutiozem intellectum requirit: ꝑs q; a communi relatione nulla eximitur personarum: quin aut vnus habeat relationem ad duos:aut duo ad vnum: aut tres ad aliquid. In quo tamen modo relationis:sola missio manet in causa:nimiruz q; vnus ẽ q; mittit duos:⁊ duo sunt q; mittũt vnũ:⁊ duo sunt q; mittunt ab vno:⁊ vnus ẽ q; mittit a duobus:⁊ tres sunt q; testimoniũ dãt in celo:a qbus pcedũt septẽ spiritus missi in omnem terraz. Quia veronulo modo duo procederent indefinenter ab vno:aut vnus a duobus:si non duo essent vnum:⁊ vnus cum duobus vnuz: Ut hec facilius capi queant: recurrendum est ad imagines preparatas a deo:vt quod forte nudo verbo appareret obscurum: opposito lucris speculo:fiat perspicuum ⁊ manifestum. Querimus autez intelligere quomodo aliquando pater accipiendus sit solus cum dicitur mittere filium ⁊ spiritum sanctum:aut quomodo spiritus sanctus accipiatur solus:cum dicitur mitti a patre ⁊ filio:aut quomodo pater ⁊ filius credantur simul vnus deus cum dicuntur simul mittere spiritum sanctum:aut quomodo filius ⁊ spiritus sanctus credant simul vnus deus cũ dicũt mitti ab vno pre:aut quo si

Apoc.

Epo.

mul tres credãt esse vnus deus cũ dicunt mittere septẽ spũs i oẽz terrã:ad vtrificãdã: quã ipse pdidit creaturã:me (qdabsit) manus aliqd extimet duo simul quã singulus aut min aliqd singulus q; duo simul vel tres. Sane ad designãdã excellentiã tã archani mysterij:electi sunt i exordio prioris testamẽti ab ipso de quo ⁊ logmur creatore:gnq; venerabiles viri: i qbus gnq; iste relationes:ita ineffabili modo pnotate sũt vt nil superfit vel desit a perfectione mysterij. Sunt autem viri isti:Abraam:Isaac:Iacob:Ioseph ⁊ Effraim:Nempe Abraam specialius pre ceteris patribus accipi consueuit:in designatione patris. Isaac aliquando in designatione patris:vt i eo loco vbi benedicit Jacob filium suum: aliquando in designatione filij. Jacob aliquando in designatione patris:vt in eo loco vbi benedicit Manasen ⁊ Effraim: aliquando in designatione filij:vt in eo loco vbi amouit lapidem ab ore putei:aliquando in designatione spiritus sancti:vt cum dicitur. Ego sum Deus Abraam:⁊ Deus Isaac:⁊ Deus Iacob. Joseph quoq; aliquãdo significat filium:vt in eo loco vbi venditus est a fratribus:aliquando spiritum sanctum: vt vbi conatus est transferre dexteram manum patris super Manasen. Porro Effraim qui interpretatur fructificatio significat spiritum sanctum qui fructificauit in gẽtibº: sicut ⁊ manasses vnigenitũ dei. Igit Abraã significat patrem. Isaac significat filiũ. Jacob spiritum sanctum. Rursuz Isaac significat patrẽ. Jacob significat filium. Joseph spũz scũz. Rursuz Iacob significat pnez. Joseph significat filiuz. Effraim spũm scũm: sm q; in hac figura apertius demõstrat.

Gen. Exo. Gen. Gen. Gen.

Pater	Filius	Spūs scūs
Abraam	Isaac	Jacob

Pater	Filius	Spūs scūs	
Isaac	Jacob	Joseph	

Pater	Filius	Spūs scūs
Jacob	Joseph	Effraim

CONsidera lector ter trinā figuraz: ꝛ discе quare cantet ecclesia ter añ missam ter trinum Kirieleison: quoz ipsi qui invocantur non sint nisi tres. Et enim ex hac figura colliguntur illi quinqz modi relationum qñ quidem aperte ostenditur in ea: qꝫ in Abraam solo designatur pater. In Isaac solo designentur simul pater ꝛ filius. In Jacob solo pater ꝛ filius ꝛ spiritus sanctus. In Joseph solo filius ꝛ spiritus scūs. In Effraim solo spiritus sanctus. Quare autez istud? Ut ostendatur: nec minus aliquid esse solus pater: aut solus filius aut solus spiritus sanctus: qꝫ tota trinitas: nec plus aliquid simul tres qꝫ singulus trium sed ita perfectus deus: solus deus genitus: vel ingenitus: vel procedens: quomodo tota trinitas vnus deus: ꝛ maxime vt ex hoc apertius ostendatur veritas relationuz in deitate: qualiter. ſ. vnus mittāt duos ꝛ duo mittantur ab vno: duo mittāt vnū ꝛ vnus mittatur a duobus ꝛ simul tres habeāt relationem ad septez dona spiritualia: que dicuntur septem spiritus domini missi i omnem terram. Sane ab ipsis septem spiritibus non fit reciproca relatio ad tres personas ꝑm equalitatem personarum: quia nō sunt nisi tres tantum persone deitatis aquibus sunt septez illa dona sicut ꝛ cetera opa. Neqz enim de substantia sunt diuine nature ipse diuisiones gratiaz: ꝫ profecto vnus est spiritus sanctus qui manens integer in singulis: dat de suis donis: non quantū volunt illi in quibus manet: ꝫ sicut ipse vult. Cum enim diceret apostolus. Diuisiones gratiarum sunt: idem autem spiritus: ꝛ subiungeret. Alij ꝑ spiritum datur sermo sapientie: alij sermo scientie ꝛc. adiecit ꝛ ait. Hoc autem omnia operatur vnus atqz idem spiritus: diuidēs de suo singulis ꝓut vult. Nam ꝛ prophetа cuz diceret singulariter. Requieſcet super eum spiritus domini: postea adiecit ꝛ ait. Spiritus sapientie ꝛ intellectus ꝛc. quatenus ꝛ vnus spiritus: ꝛ plura intelligerentur esse dona eius: quetñ ꝛ ipsa spiritus scriptura cognominat vt Johannes in Apocalypsi. Et a septem (inquiens) spiritibus qui in cōspectu throni eius sunt. Igitur similitudo patris in Abraam: Isaac ꝛ Jacob. Similitudo filij in Isaac: ꝛ iacob: ꝛ ioseph. Similitudo spiritus sancti in iacob ioseph ꝛ Effraim. Ita enim miro modo in quinqz perfectionibus istis: ac si i quinqz literis vocalibus: sacri huius mysterij continetur archanum: vt aperte ostendatur quid ſpecialiter pertineat ad patrez vel ad spiritum sanctum: ꝛ quid communiter ad patrem ꝛ filium: siue ad filium ꝛ spiritum sanctum ꝛ quid communiter ad simul tres. Solum enim patrem significat Abraam: quia a solo patre mittuntur filius ꝛ spiritus sanctus. Solum spiritum sanctū significat Effraim: quia solus spiritus sanctus mittitur a patre ꝛ filioz quibus ꝛ procedit. Solus isaac significat duos: patrē. ſ. ꝛ filium: nec tamē duos deos: sed vnū deū quia ipsi duo qui sunt vnus deus designatus in isaac mittunt vnum spiritum scūz designatum in iacob. Solus ioseph filius iacob significat similiter duos simul: filiuz scilicet ꝛ ꝛ spiritum sanctum: non tamen duos sed vnum deū: quia ipsi duo q simul sunt vnus deus designatus in ioseph: mittuntur simul ab vno patre. Neqz enim de missione illa visibili qua dei filius factus ē homo: aut de aliquo huius sermo est: sed de illa missione spirituali: qua mittit qꝫtidie ad beandas ꝛ illustrādas alias fideles

Esa.

Apoc.

Joa. Primus Decē cordaꝝ 259

ꝑm quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sꝫ ꝛ vnus Jacob significat simul tres patrem. ſ. ꝛ filiū ꝛ spūm sctūm: nec tñ tres deos: sed vnū deū qui est creator omnium bonorum: visibilium. ſ. ꝛ invisibiliū a quo omnia per quem omnia in quo omnia quia ipse ē creator totius visibilis ꝛ invisibilis creature. Adhos quinqz modos relationum pertinent ille quinque virtutes de quibus superius locuti sumus. Quod melius apparebit si eisdē qnqz relatiōibus qnqz sua tpa coaptamus.

De differentia quinqz temporum.

Primū tempus

TIm primo sane tempore quod fuit añ legem: assumpsit deus Abraam ꝛ cōstituit illum patrem multarum gentium. Erat Abraam (quod nullus ante eum fecisse legitur patruz:) satis admodū ꝛ quasi supra modum sollicitus de herede: dicens ei qui cum eduxerat de terra sua. Domine deus quid dabis mihi? Ego vadam absqz liberis: ꝛ filius ꝑ uratoris domus mee: iste damascus eliezer. Addidit qꝫ Abraam. Ecce mihi autem non dediſti semen: ꝛ ecce vernaculus meus heres meus erit. Tantam vero benignitatem ostendit deus eidem Abrae ꝛ Isaac ꝛ Jacob tribus. ſ. patriarchis: vt non tam eorum dominus: qꝫ pater esse putaretur: respectu dumtaxat aliorum patrū: qui legis oneribus grauati sunt. Sed ꝛ taz aperta iudicia veritatis eis a domino facta sunt: vt non possent dubitare de promissione dei: sed crederent firmiter promittenti ꝛ reputaret eis ad iustitiā. Et lz de Abrā solo scriptum sit verbū istud: dubiū tamen non est qꝫ de omnibus fidelibus accipiendum sit. In tempore vero quod fuit sub lege: eductum populum de egypto: induxit dominus in desertum: ꝛ dictuz est qꝫ angelus domini precedent israel. Qui vꝫ angelus apparuit filijs israel: postmodum ꝛ ait illis. Eduxi vos de Egypto ꝛ introduxi in terram ꝓ qua iurau patribus vestris: ꝛ pollicitus sum vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiter

Secūm tempus

Beu.

num: ita dumtaxat vt non feriretis pactū cum habitatoribus terre huius: ꝛ noluistis audire vocem meam. Ecce ꝗstus erat angelus iste domini: Qui se dicit eduxisse populum israel de egypto ꝛ introduxisse in terram ꝓ qua iurauerat patribus suis. Hoc i libris ꝟ Doyſi ipse sibi ascribit: deus vnus ꝛ verus: ꝛ ipse se hoc iurasse testatus est. Quis igit erat iste angelus: nisi ille de quo dicit pater. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis: ꝛ angelus testamenti quem vos vultis. Hinc est qꝫ in hystoria Sanson: ꝛ deus ꝛ angelus dictus est. Apparet autem qꝫ ex eo tempore quo locutus est Deus ꝟ Doyſi seruo suo: filius qui est verus legis lator ꝛ dominus magister inceperit sub occulto enigmate: hoc sub specie angeli: ostendere maiestatem suam ꝛ facere iudicia in nationibus ꝛ increpationes in populis: ꝛ etiam in ipso qui dicebatur populus eius: vt se ostenderet esse simul cum patre dominum vniuerse terre. Secutum est tertium tempus sub regibus ꝛ prophetis a diebus Samuelis prophete in quo tempore edificata est Hyerusalem ꝛ vncti sunt reges qui preessent populo illi: dictumqz est primo eorum. ſ. Sauli qꝫ cum videret gregem prophetarum: insilieret in eum spiritus domini ꝛ prophetaret: ꝛ de Dauid dicit scriptura qꝫ vnxerit eum Samuel in medio fratrum suorum: ꝛ directus fuerit spiritus domini in eū in die illa ꝛ in reliquuz. Igit ex eo tempore manifestius ꝛ frequentius prefolito locuta est scriptura de spiritu domini incipiente reuelari: ꝛ not⁹ fieri in regibus ꝛ prophetis: licet enim ꝛ in tempore iudicium ꝛ ab ipso principio loquatur scriptura de spiritu domini: non tamen ita certa indicia dare volunt sui ipsius: quomodo a tempore prophetarum ꝛ regum. Subeodem quoqz tempore: due tribus regales ꝛ leuitica aliis discedentibus a domo Dauid: facte sunt vna tribus: vt essent i Hyerusalem ꝛ iuda perfectum mysterium trinitatis: in qua ꝛ prophete domini multi-

Tertiū tempus

i. Reg.

plicari ceperunt: qui ꝛ irruẽte super se spiritu domini: aperte de fide trinitatis locuti sunt: ꝛ tam de aduentu filij in carne q̃z de effusione spiritus sancti pari voce pphetauerunt ꝛ que viderunt ꝛ predixerunt: re posuerũt in libris: ꝛ pro futura posteris reliquerunt. Quia igitur in primo tempore reuelauit se deus pater: sicut voluit: ꝛ quibus voluit patribus qui fuerũt ante legẽ. Secundo adiuncta est demonstratio filij in angelo domini: qui ꝛ Deus ꝛ dominus vocatus est. Tertio subsecuta ẽ exhibitio spiritus sancti loquentis in regibus ꝛ prophetis. Apparet q̃ in tertio tempore: iz sub obscuro enigmate: tota trinitas q̃ vnus deus ẽ simul se oñderit opari: ꝛ q̃ nõ vna tantum persona esset deus: sed pater ꝛ filius ꝛ spiritus sanctus. Considera nũc si potes mentis oculis: quale erat tempus illud in quo non erat lex: quale illud in quo data est lex: quale illud in quo apparuerunt prophete. i. tempore patriarcharum. tẽpus iudicum: tempus prophetarum ꝛ regũ: ꝛ agnosces quanta inter tempus ꝛ tempus differentia fuerit. Et bene in corpore ciuitatis Rex simul ꝛ iudex extimandus est Deus: quia ꝛ Rex Dauid qui teneret locum eius constitutus est ab ipso super syon montem sanctum eius: ꝛ non lõge post subsecutus est Helyas qui accensus igne zeli dei vniuersam terram israel afflixit ficcitate ꝛ estu: ꝛ etiaz igne iudiciario cõ

Quartus tps cremauit superbos. Sed transeundum est ad tempus quartum: in quo filius ꝛ spiritus sanctus qui nõ ita aperte reuelati erãt in preteritis temporibus: quomodo pater manifesti apparuerunt ita vt alius vsq; ad ascensionem: alius multo tempore per apostolos (iz non alius sine alio: sicut nec sine patre:) operaret manifeste opera sua: sicut ꝛ operantur vsq; ad presens: vt consummarent opera que ceperunt. Hac in re monendus est lector: ꝛ ne forte alibi iam commonitus: dormitet: studiose pulsãdus: quatenus vbicunq; vna persona dicit operari: nõ intelligat (quod absit:) operari ipsam solam: aut me hoc alicubi intellexisse: etiam si in aliquibus locis non noteꝫ amet: qui vtiq; non infidelibus sed fidelibus loquor: ꝛ dicũt valde sit: in omnibus locis: eadem dicta: semel bis ꝛ tertio. iteruz atq; iterum per singula momenta notare: iz ita plane intelligendum est: ita tenendum: q̃ idcirco pro loco ꝛ tempore tacet scriptura de duabus personis: ꝛ loquitur de vna: vt opus illud de quo agitur ascribatur ei pro proprietate mysterij: ad hoc vt intelligat q̃ alia sit persona patris: alia filij: alia spiritus sancti. Q̃ autem in hoc tempore quod quartum est: respectu eoz que supascripta sunt simul ostensi sunt operari filius ꝛ spiritus sanctus: quandoquidem ꝛ ipse filius baptizatus est a Joanne vt sanctificaret aquas: ꝛ spiritus sanctus descendit in eum in specie columbe: vnum simul deum se intelligi voluerunt ꝛ ad redimenduz genus hominum ambos missos esse a patre: Jaz vero si de humilitate agitur: quod humiliusq; dei filium apparere in carne: spiritũ vero sanctum in specie simplicissime volucris que nec paruissimos vermiculos ledere cõsueuit? Quare autem in specie columbe ꝛ non sicut postea in specie ignis: nisi q̃ q̃ signficat: iam tũc incipiebat ꝛ apparebat: quod autem significat ignis: futuruz erat? Hinc est q̃ Jacobus ꝛ Joannes volentes zelare exemplum Helye: ab ipso humilitatis magistro audierunt. Nescitis cuius spiritus estis? filius hominis non venit animas perdere: sed saluare. Igitur Filius ꝛ Spiritus sanctus simul sub eodem tempore missi sunt a patre: dicẽte angelo ad Mariam. Spiritus sanctus superueniet in te ꝛ virtus altissimi obumbrabit tibi: vt appareret q̃ ambo procederent ab vno patre. Ego (inquit) filius a deo pcessi ꝛ veni. Et hec differentia. Omnis qui nascitur procedit: sed non conuertitur. Sed iam nũc agẽdum est de tempore quinto in cuius initio sumus nos: in quo oportet adhuc spiritum sanctum missum a filio operari opera sua: multo altius q̃z hactenus operatus est: vt

omnes discant honorificare spiritum sanctum: sicut patreꝫ ꝛ filium. In quo? Haud dubium quod in euangelio eius. Non enim sicut decet honorificat illum: qui non subiectus ꝛ deuotus: recipit euangeliũ eius. Et quod est euangeliuz eius? Illud de quo dicit Joannes in Apocalypsi. Vidi angelũ dei volantem per medium celum: ꝛ datuz est illi euangelium eternum. Quod ẽ euãgelium eius? illud quod procedit de euangelio christi. Litera enim occidit: Spiritus autem viuificat. Propter hoc enim veritas ipa dicit. Cũ venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. Et vt ostenderet q̃ de euangelio Christi ꝛ de scriptura eius acciperet: ꝛ commutãs quasi aquam i vinũ inebriaret electos: adiecit: ꝛ ait. Non enim loquetur a semetipso: sed quecunq; audiet loquetur: ꝛ que ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit quia de meo accipiet ꝛ annunciabit vobis. Hoc ergo opus operabitur i nobis spiritus sanctus: vt docens nos omnem veritatem: erigat mentes nostras ad celestia desideria: ꝛ faciat expectare diem illũ ad quẽ suspirauerunt omnes sancti: ꝛ gloriari in spe glorie filiorum dei. Oportet enim illuz immutare mentes nostras: quod potest facere quando vult ꝛ prout vult sicut deus ꝛ transferre corda nostra a carnalibus desideriis: ad amorem celestium: vt quodammodo non simus quod fuimus: sed alij esse incipiamus. Ecce si reminiscimur eoruz que dicta sunt. In primo tempore opera tus est deus: fidem. In secundo patientiã. In tertio zelum. In quarto humilitatem. In quinto spem. Verumtamen quia in vita ista non est in veritate regnum sed exiliuz: nec operãdũ in iudicio sicut fecit Helyas: sed in mansuetudine sicut docuit Jesus. Illud quod de tempore medio dictuz est: (hoc est) de tempore Regum ꝛ Prophetarum: ad ostensionem magis factum est eorum que futura sunt in patria post finem mundi: q̃z vt tunc causa tanti mysterij consumata esse credatur. Igitur in futuro seculo consumandum est: quando iudicatis ab omnipotente Deo omnibus impijs in igne zeli sui circunstantibus etiam iudicibus in sedilibus suis: regnabit solus ipse in Hyerusalem ꝛ replebit in ea gaudio ꝛ letitia corda totius populi habitantis in ea: sicut (inquit.) Letantium omnium habitat o in te. Vt autem conferamus mysteria cuz his que veraciter gesta sunt Unus Abraam significat solum patrem. quia ipse vnus pater mittit Filium ꝛ Spiritum sanctum. Unus Isaac significat: simul Patrem ꝛ Filium: quia simul pater ꝛ filius vnus deus sunt: ꝛ ipi duo pariter mittunt spiritum sanctum. Unus Jacob significat simul tres personas: quia ipse tres persone vnus deus sunt. Et ab ipso vno deo: qui ẽ trinus ꝛ vnus missi sunt septem spiritus in omnem terram. Unus Joseph significat simul filium ꝛ spiritum sanctum: quia simul ipsi duo vnus Deus sunt: missiq; sũt simul ab vno patre. Unus Effraim significat solum spiritum sanctũ: quia ipse vnus spiritus sanctus mittitur a patre ꝛ filio. Miro autem modo deus pater habet in re dissimili: simile aliquid cuz spiritu sancto. Pater ꝛ filius cum filio: ꝛ spiritu sancto. Trinitas vero non habet cuius similis sit: quia ipsa est ꝛ nõ rẽ altera. Nam vnus pater habet mittere filium: ꝛ spiritum sanctum. Unus spiritus sanctus habet mitti a patre ꝛ filio. Pater ꝛ filius habent simul mittere spiritum sanctum. Filius ꝛ spiritus sanctus habẽt simul mitti a patre. Sane simul tres habent dare ꝛ mittere dona sua ad beatificãdos electos factos participes plenitudinis sue.

¶ Dicte rei exemplum.



QUia vidimus in primo loco de mysterio trinitatis in secundo de quinq; relationibus quibus persona distinguitur a persona vel etiam ipsa trinitas a rebus q̄ sunt ab ipsa create. Nunc laus est agere de septem modis quibus dicitur od se quicqd dicitur deus: aut quod colitur: Singula. s. persona: due pariter: ⁊ tres simul. Sz vt hoc vt facilius capiatur recurrendum est similiter ad exempla.

¶ Quibus modis dicantur ad se persone deitatis siue singule: siue due pariter: siue tres simul.

QUod est sanctarum scripturaruz: vt nomine carnis accipiatur homo: vt
i. Esa. est illud. Et videbit omnis caro pariter salutare dei. Ex leuitico etiaz ⁊ ex alijs locis scripturarū dari potest qꝫ omnes ꝓpinqui sint vna caro: sicut ⁊ vir ⁊ mulier: Quodsi ita est non solum caro vnius hominis dicenda est vna caro: verumetiam simul caro viri ⁊ caro vxoris: caro patris ⁊ caro filij: caro patrui ⁊ caro nepotis: ⁊ sic de ceteris. Igitur Abraam solus vna caro est. Jsaac solus vna caro est. Jacob solus vna caro est. Deinde Abraam ⁊ Jacob simul sunt vna caro: Abraam ⁊ Jsaac simul sunt vna caro. Jsaac ⁊ Jacob similiter vna caro: ⁊ simul tres ipsi vna caro. Hoc sane dicitur ⁊ intelligitur. ⁊ si omnino longe distet vnitas carnis ab vnitate spiritus ⁊ maxime illius spiritus cuius mirum est qcqd est. Ꝺ si aliquid: qꝫ sit bonum ⁊ amabile de rebus infimis dici potest quanto magis de domino deo omnipotente bonorum omnium creatore. Quam vero sit amabile hominibus habere in heredem carnez suam: potius q̄ extraneam: exemplo ipsius Abrae probari potest qui desiderauit ⁊ habuit.

Exemplum dicte rei.



Ut ergo vtar verbis Augustini loquentis de maiestate illa que excedit omnez sermonem in libro de trinitate. Et singulus pater vnus deus ē: ⁊ singulus filius: vnus deus est: ⁊ singulus spiritus sanctus vnus deus est. Sed pater ⁊ filius simul vnus deus sunt. Datur ⁊ spiritus sanctus simul vnus deus sunt. Filius ⁊ spiritus sanctus simul vnus deus sunt. Pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus simul vnus deus sunt. Siue ergo ergo dicatur deus: siue sapientia siue bonitas: ⁊ siquid simile pari modo accipiendū est. Et sub istis septem cōfessionibus equali sententia coartandum. Ubi ⁊ illud quoqꝫ vigilanter obserua: qꝫ simili modo accipiendum est: quicquid dicitur deus relatiue ad creature: vt deus creator omnipotēs rex pastor magister: ⁊ etiam pater cum relatiue dicit ad creaturas. Si enim ꝓstatoio: qꝫ non mō deus pater dicendus est pē

fidelium populorum verumetiam filius ⁊ spiritus sanctus:liquet q̄ isto modo nec solus pater dicēdus est pater:nec tres patres dicēdi sunt simul tres:sed singula persona: pater:⁊ simul tres:vnus pater.Cum vero relatiue ad filium dicitur pater:tunc solus ipse dicendus est pater:sicut solus filius dicendus est filius.Ut autem non pigeat replicare:que de relationibus dicta sunt.Ut q̄ ibi minus diximus addi queat. A solo patre missi sunt filius ⁊ spiritus sanctus:q̄ ab eo a quo sunt mittuntur.Et secundum hoc dicitur deus pater relatiue:non solum ad filium:sed ⁊ ad spiritum sanctum.Sed ⁊ pater simul ⁊ filius dicūtur relatiue ad spiritum sanctum:in hoc q̄ eum mittunt ⁊ donant.Sed ⁊ filius simul ⁊ spiritus sanct⁹ relatiue dicunt ad patrē:q̄ ab ipso mittunt.Silr ⁊ spūs scūs relatiue dr ad p̄es ⁊ filiū:q̄ ab ipsis mittit ⁊ donatur. Quis enī qui mittitur ab aliquo relatiōem habet ad eum qui mittit illum. Porro simul tres relationes habent ad illa septē dona:que dicuntur septem spiritus domini missi in omnem terram:⁊ ad omnem electam creaturam:specialius autem ad omnes nuntios suos.Hec missiones ex tempore esse ceperunt:exquo esse ceperunt creature ad quas mitterentur:q̄ missi sunt filius.s.⁊ spiritus sanctus ⁊ ab ipsis etiam illa septem dona: que dicta sunt septem spiritus domini missi in omnem terram ⁊ omnes qui missi sunt alio p:opter eos qui hereditatem accipiūt salutis.Unde ⁊ sancti angeli dicti sunt.Neq̄ enim in relationibus istis eterna illa natiuitas filij ⁊ processio spiritus sancti intelligende sunt:sed q̄ ex tempore esse cepit: non (q̄ absit.) q̄ mutabilis est illa natura apud quam non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio:sed q̄ non erāt creature p quibus hec omnia dicta sunt. Nec ita intelligendus est filius:qui est verbum dei:⁊ spūs sanctus qui est charitas dei trāsire de loco in locum qūo corporales creature:aut saltem qūo ipse quoq̄ spirituales que cogitando hec vel illa accedunt ⁊ discedunt:cuz vbiq̄ sint filius ⁊ spiritus sanctus sicut ⁊ pater per diuinitatis presentiā sed quia non vbiq̄ sunt per inhabitantez gratiam:quemadmoduz si cecus aut quartanarius poneretur ad solem:⁊ nec ille lucem videret presentem : nec ille pre frigore calorem sentiret:diceretur autem peruenisse ad eos virtus solis:cum ceci aperirentur lumina:⁊ egroti frigiditas pertrāsiret:Sic ergo relationes iste temporales fuere:⁊ tamen nec dissimiles:nec aliene sunt ab illis que eterne sunt:q̄ ille fuerit causa istarum ⁊ ꝑm illas accesserunt ⁊ iste:q̄ enim pater ⁊ filius proferunt ex se(ut ita loquar)spiritum sanctum:⁊ ipsi ambo mittunt euz a q̄ bus sine fine procedit.Quia a patre procedit filius ⁊ spiritus sanctus:licet aliter filius:aliter spiritus sanctus a patre simul ambo ad redimēdum genus hominum missi sunt.Unde ⁊ angelus ad mariā. Spiritus (inquit)sanctus superueniet in te:⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi.Et bene sic missi ambo ad operandum:vt tamen vnus eorū nasceretur ex virgine:q̄ vnus non ambo: genitus est semper de patre:quia vero idē spiritus qui procedit a patre procedit:procedit nihilominus ⁊ a filio ; ab ipso quoq̄ filio mittitur ad homines ⁊ donat. Quia simul in seipsis tote tres persone habēt posse dare septem spiritus:qui sunt septem dona ipsius spiritus : mittunt illos in omnē terram:hoc est in omnem electam ⁊ preelectam ad dño creaturam. Igitur eterne relationes extitere quodammodo temporaliuz causa faciente domino:licet ipsa ad imaginem(vt ita dixerim:)⁊ similitudinem suā. Denicq̄ ⁊ ille quinque virtutes de quibus supra locuti sumus tēporales sunt quo ad laborem:licet quo ad fructum eterne . Nā neq̄ seruitus hūilitatis:neq̄ pena patiētie neq̄ argumentum fidei : neq̄ desiderium spei:neq̄ ardor reliquo zeli:ꝑ iustitia eterna est. Et tamen fructus eorum sine fine manebit. Nimirum q̄ in patria illa nemo erit superbus:nemo impatiens: nemo infidelis:nemo desperans:nemo amās iniquitatem. Sz propterea desinent illa omnia:q̄ obtinebunt illas beatitudines pro quibus diutius certauerūt. Quamuis charitas nō eo modo quo alie quatuor transitoria sint: ⁊ si eius tpale exercitium nequaq̄ maneat in eternum.Habēt itaq̄ aliquid simile iste quinq̄ virtutes cum quinq̄ relationibus istis:sicut ⁊ septem dona spiritus sancti cū septem illis modis quibus dicuntur ad se persone deitatis:siue vnaquaq̄ sigillatim: siue cōiter due vel tres.Que:vz septem dona dr̄ sint verissime totius trinitatis:ꝑ preterea tamen specialius eidez spiritui ascribuntur:ne sicut filius est a patre ⁊ nō a spiritu sancto:ita putari posset esse aliqua dona a solo patre vel a solo filio : que non essent a spiritu sancto.Alias autem sicut verbum dei filius:filius est summi patris:spiritus vero sanctus:spiritus patris ⁊ filij : ita ista septem dona patris sunt:⁊ filij : ⁊ spūs sancti. Et notandum q̄ illarum virtutum que supra scripte sunt:due inferiores videntur pertinere ad humanitatem Christi:humilitas.s.ad animam: patientia ad carnez: relique tres ad ipsam(que deus est) trinitatem:fides.s.ad patrem:q̄ ipsa est fundamētum virtutum.sicut ⁊ pater principium in deitate:spes ad filium:qui veniens in mundum promisit nobis regnum:⁊ futuram vitam:charitas ad spiritum sanctum qui datus est nobis:vt diffunderetur ipsa charitas in cordibus nostris.Qui autem radicatus ē in quinq̄ virtutibus istis:dignus existimatur apud deum:vt accipiat illa septez specialia dona:que sunt septem spiritus domini missi in omnem terram.

Similitudo dicte rei



Igitur hec septē dona a tota trinitate mittuntur ⁊ donantur:⁊ si spiritui sancto ascribantur proprie:sicut ⁊ charitas : q̄ ab ipso singulis diuiduntur.Si autem queris quo modo sit hoc:aut qūo dicatur idem spiritus diuidere de proprio prout vult:aut qūo dicitur deus pater vel filius dare de spiritu sancto:aut qūo intelligatur illud psalmiste. Accepisti dona in hominibus?non est huius tpis differere.Hoc tātum scimus q̄ ipse spiritus sanctus:est summuz donum dei spiritus.s.⁊ filij:in quo ⁊ sub quo continentur omnia ista dona sicut ⁊ alia multa . Et notandum q̄ sicut aliter intelligitur vnaqueq̄ persona trinitatis cum dicit ad alia: aliter cum dicitur ad se:ita ⁊ dona ista. Et enim quo ad patrem ⁊ filium ⁊ spiritū sanctum dicuntur dona:⁊ nisi quo ad se autez septem spiritus:vel etiam septem virtutes. Videtur autem q̄ sicut ille quinq̄ virtutes pertinēt ꝑm aliquid ad illas quinq̄ relationes:ita iste septem ad illos septem modos:quibus dicitur deus ad se: quamuis similitudo id faciat intellectuum magis q̄z aliqua propria causa:nimiruz:q̄ vt in superiori intellectu:qui dicitur anagogicus tres denarij psalmorum. videntur pertinere ad notitiam trium personarum:quinq̄ denarij:ad notitiam quinq̄ relationum: septez denarij ad septem modos : quibus dicunt

ad se persone deitatis:ita in intellectu con templatiuo:tres denarij designant tria illa exercitia:quorum supra fecimus mentionē graciam.s.preuenientem gratiam cooperā tem z gratiam perficientem quinque dena rij:quinq; suprascriptas virtutes:septez de narij:septem dona spiritus sancti. Sed vt hoc facilius intelligi queat:oportet nos de plenitudine ipsa specialium intelligentia rum aliquid inferere in hoc opusculo:vt p pauca que notamus ipsi in fide illius sum mi magistri:qui habet clauem Dauid:pre sumat lector cui vacat: etiam maxima ex plicare. Habemus adiutorē ip̄m q est dux eaz intelligētiaz spūm scūm in quo nobis facta est rei huius p̄missio:q̄ cōplenda est: ꝑm plenitudinem in tēporibus suis:nā ab aliquo ꝓpheta aut apostolo q̄z ab ipsa met veritate que dicit cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.

¶ De plenitudine intelligētiarum que in numero ternario:quinario z septenario cō tinentur.

IN his que vsq; modo domino pro tegente tractauimus:ostensa sunt ar chana misteria summi dei:cuius est totum quod est optimum:quemadmodū trigin ta psalmi pertineāt ad notitiam sancte: z individue trinitatis:quinquaginta ad gn q; relationes quibus dicuntur persone ad personas:z ad vltimum ipse tres ad dona sua. Septuaginta ad septem modos: q̄bus dicūtur ad seipse persone deitatis:siue vna queq; sigillatim:siue due z due simul: siue etiam simul tres. Nunc autem dicendū est aliquid de plenitudine ipsa intelligentiaz: ꝑm ea que hactenus dicta sunt:vt multipli catis testimonijs veritatis:cōuertantur to to corde z tota fide ad eum qui de tenebris nos vocauit ad admirabile ne mē suū. Sci endum quippe est q̄ duodecim sunt intel ligētie speciales externo fonte litere miro modo manantes:non quidem ex tota scri ptura noui aut veteris testamenti:sed ex il la que historice scripta est:z hoc ipsum ꝑm partem. Non enim omnes intelligentie in omnibus locis historiarum assignari que unt:sed in multis. Est autem fons ipse lite re:quem trinuz esse dicimus. Vetus ac no uum testamentum:z institutiones sancto rum patrum inter quas continetur mist rium ecclesie:q̄ z multiplex est:ad magnū aliquid designandum a viris apostolicis in stitutum. Igitur ex hac trina litera: duode cim intelligentie spirituales procedūt. Ha rum due inferiores sunt z humiliores:z ta mē per eas in humano genere fructus vbe rior reperitur. Prima harum dua: um dici tur historica:eo q̄ ad exemplum historie in stitutum aliquid esse docet:vt cum ad ali quod nouum monasterium mittitur Ab bas cū duodecim monachis Christi z apo stolorum. Secunda vocatur moralis:eo q̄ per ipsam componantur mores:vt cum re bus visibilibus:bonis z malis:vitia virtu tesq; signantur. Sed melius ostendimus ꝑ prietates singularum:historice.s.z moralis: si ea que nudis verbis protulimus: robore mus exemplis. Est aliquis homo habens vxorem verbosam z lasciuam:z nolens cō tristare illā:assentit ei in omnibus sequens voluntatem illius. Hunc si presbyter suus arguere querit super confusione sua:z cum Adam miserum esse dicit: qui secutus est Euam. Sanson miserabilem z enervatum qui per amorem impie mulieris:prius sin gulari illa fortitudine sua:ac deinde lumi nibus priuatus est. Est z alius bonus vir: qui habet mulierem castam timentem do minum ac fidelem:custodiens illam amo re dei pot°:q̄z libidinis sicut Joseph Abra riam:qui tamen pro eo q̄ illa mulier est ip se vir dedignatur forte sequi in aliquo vo luntatem ipsius. Hunc ergo dicendum est quatenus sic discat posse vxori sue:vt tamē illam que prudens mulier est z timēs deū: extimet Sarram:h autem reputet Abraā: sciatq; q̄ vt ejiceret ancillam z filiuz eius: non propriam voluntatem secutus est Abraam:sed vxoris quemadmodum z Isaac

volens benedicere Esau: superatus est ab vxore:vt benediceret Jacob:pia pie vxoris deceptione deceptus. Diligebat enī Isaac quez dñs non amabat. Rebecca vero ama bat quez dominus. Et idcirco vicit illa:cu ius vna erat cum deo in amādo voluntas. Haud dubium q̄ spiritu inspirata diuino. Dicamus hoc apertius:vt facilius intelli gatur. Sarra non solum vxor sed z soror di cta est abrae. Est autem aliquis bonus vir qui habet sororem nolētem virum: sed ma gis eligentem viuere in castitate: vt sit (iu xta apostolū) libera z sancta z seruiat deo mente z corpore. Videns aut em ille deuo tionem sororis:non vult eam contra votū eius tradere viro qui pascat z regat eā: sed ei ipse vite viri decernit in omnibus obli gari:que videns tandem q̄ sic expediat:cō fulit fratri vxorem ducere filios procrea re. Sed z ipsa quia filium carnalem nō ha bet:querit quomodo habeat spectalem (ni hilominus volēte fratre:) z ei in omnibus assentiente. Videt enim aliquem orphanū z miseretur ipsius:quem assumens in do mum suaz:ipsa simul z frater eius:adoptāt in filium z metuunt deo. Huic autez q̄ d̄ ac cidere solet incipit inuidere is qui natus ē de vxore (si forte sapientior illo est) z querit quasi ludendo opprimere: z subijcere sibi eum:matre vidente z assentiente. Hoc que modo qui natus est ꝑm carnez de opere ser uili:persequitur eum qui natus est ꝑm spi ritum. Pertinet autez ad virginem dei op ponere partem suaz pro filio spirituali:z di cere fratri suo. Ejice ancillam hanc z filiuz eius.i.sic habeto in opere exteriori vxorem z filium qui natus est tibi ꝑm carnez: vt tamen istum qui spiritualiter viuit solum in terioribus manere constituas:q: iste magis q̄z ille heres est:huic magis q̄z illi hereditas iusti patris debetur. Huiusmodi ergo exempla z similia historice intelligētie ascri benda sunt. Pertinet etiam ad hanc intel ligentiam consolari pusillanimes tempore afflictionis propositis exemplis iustoruz q̄ similia passi sunt. Quod tunc recte fit si patienti exilium per inuidiam propinquo rum reuocetur ad memoriam Joseph. Si fugienti a facie inimici:ꝓponantur exem pla Jacob:exēpla Moysi Dauid z Helye: vt discat si bonus est:fiduciaz habere in eo qui non deserit sperantes in se dicens quot tidie in orationibus suis. Si dominus mi hi adiutor est:non timebo quid faciat mihi homo. Si flagellatus a deo respiciat Job. Si afflictus a subiectis Moysen z Aaron. Si depositus a dignitate Samuelem pro pheram. Si attritus pro iustitia eos qui p iustitia passi sūt. Huiusmodi ergo doctri na:que assignatur in superficie litere histo rica dicta est:eo q̄ assimilatis rebus de qui bus agitur:similibus suis ostenditur p eaz simplicibus quid debeāt cupere quid cave re. Secunda intelligentia que vocatur mo ralis:nō sicut historica in solis exterioribus agitur:q̄zuis z ipsa historica tangat aliquā do interiora:sed velut inter vtrunq; ince dens:modo interiora:modo exteriora com plectitur:z non in multis personis assigna da est:sicut hystorica:sed alio quodaz subti lioꝝ modo. Verbi gratia:Abraā habuit duo os filios:vnum de ancilla z vnum de libe ra. Querimus quid ista significent ꝑ intel ligentiam moralem:z inuenimus significa ri in Abraam:hominem nuper conuersuz a vanitate seculi ad seruitiū dei. Et huius quidem vxor legittima est conuersatio bo na quaz elegit. Ancilla vero sollicitudo car nalium quam prohibet dominus in euan gelio dicens. Nolite solliciti esse dicentes: quid manducabimus:aut quid bibemus: aut quo operiemur. Et hoc quidem prohi bet dominus:qui z alibi dicit. Estote ergo vos perfecti:sicut z pater vester celestis p fectus est. Verum q̄z plerunq; velut ex ne cessitate comitatur hominem ascendentez de egypto propter sterilitatem spiritualis vxoris que nōdum meretur videre fructū de labore suo:tolleranda est ad tempus z se cundanda prole:vt saltem opus eius profi tentibus ad salutē. Sed quia fructus hu iusmodi exercitij non bene consueuit lu-

Gen.

Scda intelligē tia

Gen.

dere cum fructu spiritualis conuersationis d. unitus inspirate: q; profecto vtilitas tē/ poralis cōmodi querit subijcere z conculcare vtilitatem eterni: audienda est aliquā do scriptura que pro parte libere loquitur dicens. Ejce ancillam hanc z filium eius: non enim erit heres filius ancile cuz filio libere: quid est non erit heres filius ancille cuz filio libere nisi id qđ ait apostolus. Nemo militās deo implicat se secularibus negotijs. Et bene eo tempore dixit hoc Sarra quo se legitimū heredem accepisse gaudebat: q; tunc quisq; securus esse potest de promissione illa domini dicentis. Respicite volatilia celi: que non serunt neq; metūt neq; cōgregant in horrea z pater vester celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Sicut enim pater vester celestis quia his omnibus indigitis. Cum ex longa conuersatione spiritualis exercitij: iam iam se perpendit a dño fructuz institit consecutum. Et hoc quidem exempli causa. Ostensis autē fundamētis hz que lacte historie pascit paruulos z duarum intelligentiarum quarum prima exemplis patrū instruit adolescentes. Secunda verbis misticis butiri pinguedine saginat iuuenes proficientes in deum: transeunduz est ad illas intelligentias que senem desiderant spūalem: eo q; in illis contineatur plenitudo fidei z sublimitas notitie sacramentorū dei. Nempe in his que assignate sunt totuz qđ dictum est: aut dici potest pertinet ad institutionem vite humane. Reliquis vero decem ostenduntur magna opera dñi exquisita in omnes volūtates eius: z qđ his maius est etiam inuisibilia misteriorum dei. Illud aūt non est prętermittēdum q; ita due iste intelligentie manent in numero aliaz ad completionem quindecim graduum: siue ad suppletionē duodenarij numeri qūo quadraginta diebus vel septuaginta senioribus additi sunt duo z duo: z tū dies quadraginta: z seniores septuaginta potius q;z dies quadraginta duo: aut seniores septuaginta duo scripti sunt: quatenus z alterius causa misterij extra fiant: z alterius additi esse videantur. Nec mirum si iste due intelligentie segregate sunt a numero aliarū decem: q; in natiuitate sua Christus Jesus ad quam pertinet moralis intelligētia z in passione ad quam pertinet historica: ita infirmus apparere voluit: z abiectus in medio iudeorum: vt magis se ostenderet esse hominem q;z deum: licet semetipsum verbis z signis negare nequiuerit: q; veritas est: quae tamen q; animales homines pensare non poterant: purum hominem putauerunt z occiderunt: vt complerētur ea que scripta erant in lege z prophetis de ipso. Natus ē autem de muliere: vt doceret nos humilibus cōsentire passus est in cruce: vt nobis patitur exhiberet exemplum. Et quidem in historica intelligētia: datis exemplis veterum roboratur patientia: in morali vero solidat humilitas. Sane resurrectio: ascensio: z aduentus spiritus sancti: ad que pertinent superiores intellectus: segregate fuerunt a lege ista: q; iam mortuus fuerat qui consumaturus erat legē: z qui accepto aceto in cruce dixerat. Consumatum est. Pertinent autem ad tria ista: tres ille virtutes sicut iam sepe diximus: quas cōmēdat apostolus dicēs. Manēt aūt: fides: spes: z charitas: tria hec fides. s. ad resurrectionē: spes ad ascensionem: charitas ad aduentum spiritus sancti. Non solum autem ipsa charitas: sed z alia dona cuz ipsa s;m q; z lingue que vise sunt z auctoritates testantur. Nō solum inq;z charitas dei diffusa est in cordibus fidelium per spūm sanctum qui datus est eis in die illo. Verum ēt z dona alia que essent singulis propria de quibus psalmista longe ante prędixerat: ascendisti in altū: cepisti captiuitatem: accepisti dona in hoib⁹. Et apostolus: ascendens in altum captiuā duxit captiuitatem: dedit dona hoib⁹. Ubi z mox sequit: z ipse dedit quosdā quidem aplos: quosdam aūt prophetas: alios vero euangelistas: alios aūt pastores z doctores ad cōsumationem sanctoz in opus ministerij in edificationez corporis Christi: donec

occurramus oēs in vnitatem fidei z agnitionem filij dei in viz perfectum in mensuram etatis plenitudinis Christi. Jgit non vnum donum dedit tū fidelibus: sed plura: quorum tū septem spūalia sunt. Inde est q; septem diebus celebrat in ecclesia solēnitas ipsius festi: vt ostensioni linguaz z auctoritatibus sacra solēnitas pueniret. Quo circa si in tribus illis operibus fides: spes: z charitas cōmēdata sunt nobis: in dispersione vero linguaz que facta est ipsa hora: qua venit spūs sanctus ad aplos: septē dona ipsius que nobis taz soleniter scriptura cōmendat liquet q; decem sunt virtutes q; ptinent ad tps paschale s;m q; decem sunt corde psalterij qbus non est de iure psallēdum nisi in tpe gaudioz: cōpletis dumtaxat tractibus lamētationis z luctus. Qđ aūt z in alio tpe dñi psalmi ad initia gaudioz que pueniunt tps gaudij s;m partez referendum est: lz. n. quindecim sint virtutes que ptinent ad quindeciz gradus: decē sunt tū ex eis que ptinent ad decē cordas fides: spes: charitas: z septē dona spūs designata in linguis: z q; vidimus de duabus intelligentijs que ptinent ad patientiā z humilitatē ad institutionē exterioris hois z interioris. Siqdem historica ad exteriorem p/tinet: moralis ad interiorem: non q; dē vbiq; s;m totum: sed s;m partem: superest vt de decē intelligentijs que ptinēt ad decē cordas: que deus donauerit: videamus.

¶ De decem intelligentijs que pertinent ad decem corda psalterij.

Gen.

Primus superius in agar s;m historiā cum intellectū significari aliq; mulierē pugatam in Sarra aliq; feminam timentē deum a pugio liberam que seruiat dño in corde pfecto: s;m vero moralem intelligentiam: sollicitudinem rerum carnalium in ancilla: piamvero conuersationē z ad bonū voluntatem in libera. Nunc de reliqs itelligētijs q; de⁹ donauerit videam⁹.

¶ De tropologica intelligentia.

Tropologica intelligentia: illa est in qua de diuersis modis sermonuz dei spāliter agit. Que recte vno gradu superecedit moralem: q; in illa agitur de carne z anima: in ista de ira z spiritu: in illa de his que infra sunt: in ista de his que supra. Tropos enim grece: latine modus vel logos. i. sermo. Inde tropologia. q; s;m eam agitur de diuersis modis sermonum dei. Significat aūt Abraam in hac spē: doctorem ecclesie cuius vxor legitima spiritualis intelligentia est: concubina vero litera: quiq; cuz filijs abijcienda. Sunt. n. filij litere sensus carnales: filij spirituales intelligentie meditationes spirituales.

¶ De contemplatiua.

Post hanc sequit intelligentia contēplatiua que quarta est ab historica: a tropologica secunda que z ipsa vno gradu excedit tropologicam eo q; magis pre illa viz desideret spūalem contēnentem vtiq; mundū: z ea que sunt mundi z extendēte se ad ea que sunt spūs dei: vt sit iuxta illud apostoli Spūalis qui iudicet omnia z ipse a nomine iudicet: qui comedat butirum z mel: vt sciat reprobare malum z eligere bonum: vel qui sciat prouidenter subtrahere se metipsum a minori iustitia: vt possit apprehendere potiorem. Secundum hanc intelligentiam Abraam significat virum spūalem: vt pote: perfectum monachum vel heremitam. Ancilla vitam actiuam. Sarra vitam contemplatiuam: filij ancille sunt corporales exercitationes: filij libere virtutes spūales. Quamuis aūt bonum opus sit cibare esurientem: potare sitientem: vestire nudum z his similia: pro nihilo tamē sunt componenda omnia corporalia exercitia: respectu spiritualium virtutum: quia pauperes (inquit) dominus semper habebitis vobiscum: me aūt non semper habebitis: q; maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea. Quia corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas vero ad omnia esse vtilis promissionem hūs eius vite que nunc est z future.

¶ De Anagogica.

QUinta intelligentia:tertia est atropologica:Anagogica propꝛie dicta est. Dicta est autem anagogica eo qꝫ supra ipsam:nulla alia intelligentia sit. Nempe anagogen:superior intellectus interpretatur. Quid enim potest esse altius deo? Secundum hanc intelligentiam Abraam significat deum patrez:ancilla Hierusalem terrenam:que abiecta est cum filijs suis:Libera vero illam que sursum est Hyerusalem.i. illam perfectam visionem pacis:ad quam suspirant anime electorum:cuius filij:neqꝫ nubent neqꝫ nubentur:sed sunt sicut angeli dei in celo:z filij sunt dei:cum sint filij resurrectionis. Hec de tribus intelligentijs que pertinent ad fidem:spem z charitatē. Siquidem tropologica pertinet ad fidez: qꝛ fides ex auditu:auditus autem per verbum Christi. Contemplatiua pertinet ad spē:qꝛ illud querimus videre:qđ amamus z speramus. Anagogica:pertinet ad charitatem:qꝛ deum quem querimus per eam. Charitas est:z qui habet charitatez:habet in ea totum simul qđ querit. Si enim dona spiritus sancti que data sunt electis in die pentheceostes:z danda omnibus electis in nouissimo die designata sunt in filio libere: z ipsorum donorum primum z summum:ipsa charitas est:liquet qꝫ sicut charitas finis precepti est:ita anagogica intelligentia: finis quinqꝫ intelligentiarum que prescripte sunt eo qꝫ ea altior nulla sit. Ut autem quinqꝫ intelligentiarum que prescripte sunt:nō pigeat producere clauee:sciēdum est qꝫ prima earum que vocatur hystorica designata est ꝓprie in duobus filijs Thare. Abraā .s.z Loth nepote suo qui egressi sunt cū eo de hur caldeorum:vt peruenirent in terrā chanaam:qui tamen nō peruenit nisi vsqꝫ in Aram:z mortuus est. Secunda que vocatur mozalis:designata est in duabus vxoribus abrae. Peruenit autem Abraaz vsqꝫ ad terram promissionis:qꝛ ad hac intelligētia in antea incipiunt intelligentie spiritua-

les. Significatur enim i Agar seruitus operis:in Sarra libertas que est in fide p quā certificatus est Abraam. Tertia que vocat tropologica designat i duobus filijs ysaac: quorum iunior accepit benedictionem maioris:significat enim in Esau doctrina carnalis:que est ꝑm literam:que occidit in iacob doctrina spiritualis:quam non sagacitas humana:sꝫ mater gratia ispirat. Quarta que vocatur contemplatiua designatur in duabus vxoribus iacob:quarum prima: que vocata est lya significat vitam conuentualium monachoꝝ. Secunda cui nomē Rachel:vitam heremitarum qui sola celestia intuentur. Quinta que vocatur Anagogica significatur in duobus filijs ioseph: quorum primus qui vocatus est manasses: significat vitam temporalem. Secundus qꝫ vocatur Effraim:beatam illam celestem vitam:qua fruuntur sancti angeli z anime iustorum:non iam per speculum in enigmate:sed imperfecta visione dei:desinit gemina annotatio huius sancte progeniei in effraim qui fuit quintus ab Abraam: desinit z ascensus intelligentiaruꝫ istarum in agogen qui est quintus ab hstoꝛico:z est superior intellectus. Mirabile vero quid accidit in mysterijs istis:vt vicissiz sibi succederent mulieres z viri:ita vt in primo gradu preirent duoviri:in secundo succederēt due mulieres:in tertio duo viri:in quarto due mulieres:in quinto duo viri:quare autem istud:nisi qꝛ mozalis z contemplatiua intelligentia:illis magis conuenit qui edificari querunt:qđ qui edificare .i. subiectis qui institutoꝛibus indigent:potius qđ prelatis? Porro in primo gradu:tertio z quinto:virilis significatio necessaria est:qꝛ z cōiugatus cui conuenit hystoria habet sub disciplina vxoꝛum z familiaz:z doctoꝛ cui cōuenit tropologica:habet sub doctrina quā insozmet ecclesiam:z qui egrediens ex hoc mundo vadit ad patriam eozum quos dimittit in seculo:incipit quodammodoꝫ esse pater. Idcirco autem commixte sunt intelligentie iste vt z requies contemplantium:

operātiū

operantium sollicitudine arguatur:si forte aliquando desidia est in causa:z sollicitudo operantium in primo z tertio gradu: contemplantium otio temperetur. Et de his pro loco satis dictum est. Ueniendum é autem ad typicam intelligentiam:cuius esse diximus species septem:quas missi celitus septem spiritus operantur in terram.

¶ De septē speciebus intelligētie typice.

IN prima specie intelligentie typice Abraam significat pontifices iudeoꝝ Agar significat israeliticaz plebem. Sarra tribum leui cui constitutum est viuere de labore filiozum israel. In secunda Abraam significat episcopos. Agar ecclesiam laycorum. Sarra ecclesiam clericoꝝ. In tertia intelligentia Abraam significat prelatos cenobiozum. Agar ecclesiam conuersoꝝ. Sarra monachoꝝ. Porro vnaqueqꝫ istarum ecclesiarum habet natos suos similes sibi:eos.s.qui instituūtur per eas. In quarta specie Abraam significat pontifices iudeozum z episcopos grecozum. Agar synagogam iudeozum. Sarra ecclesiam grecorum. Unde z per apostolum dicitur. Uirtus dei est euangelium in salutem oi credēti:iudeo primum z greco. In quinta intelligentia Abraam significat pontifices iudeozum z episcopos latinozum. Agar significat synagogam vt supra. Sarra ecclesiam latinozum. Secundum quem intellectum accipiendum est z illud apostoli. Hec enim sunt duo testamenta:puto autez idcirco voluisse dicere duplicez esse ecclesiam: vt isti duo intellectus ad similitudinem formarēt̄ur:vel potius vt in rebus creatis:creatoris similitudo z perfectum mysterium cōpleretur. In sexta intelligentia Abraam significat prelatos scōi z tertij status. Agar ecclesiam laboꝛantiuꝫ que presens est. Sarra ecclesiam quiescentium que futura est in tertio statu: cum dabitur sabbatismus populo dei. Necesse est enim vt transeat figuficatum petri:z maneat significatū Joannis. Neqꝫ enim quicquid dicitur reprobum:ꝑm totum:reprobū dici potest:sꝫ ꝑm partem. Alioquin si pro eo qꝫ synagoga iudeozum que in seruitute generauit: reprobata esse dicitur:ꝑm totum accipiendum est z non potius (vt ait apostolus) ꝑm partem:quid dicemus de patriarchis z ꝓphetis:qui z ipsi ꝑm tēpus in seruitute genuerunt? Sed reprobatur precedens quod bonum secundum partem vt statuatur subsequens quod perfectius est:non qꝫ illi q bene militauerunt ꝑm tempus non accipiāt in regno mercedem suā:sed vt deficiat imitatio eozum que bona fuit in tempoꝛe suo: quatenus transeunte minoꝛi bono: statuat illico quod maius est. Ut enim inferamus aliquid exempli causa. Edificanda erat domus dei z decozanda:re:argento:z auro: ita dumtaxat vt primum locum obtineret in eam:s:secundum argentum:tertium aurum. Hec tria necessaria pariter:sed qꝛ modus impositus est rebus:si hi qui consueuerant offerre es:obtulerunt ad sufficientiam z receperunt mercedē suam. z leti remearunt ad propria:quid adhuc querent: qui veniunt post eos:inuitati ad offerēdū argentum:iterum offerre es:cuius consummatum est opus:z sabbatizatuꝫ ab eo: aut hi qui succedunt vice tertia offerre iteruꝫ argentum consumato opere ipsius: z non potius aurum z lapides pꝛecioso:s: qđ suo loco z tempoꝛe necessarium est. Nō igit̄ reprobatur es:quod positum est in templo:sꝫ reprobata est oblatio erto:non oblata in tēpoꝛe suo:z reprobati sunt offerentes eo:a quibus exigebatur argentum. Nec reprobat argentum quod positum est in templo:sed necesse est vt desinat oblatio eius: ne negligatur opus auri:quod in fine necessarium est. Hac p causa aptū est:vt seruitus z libertas ꝑ tēpus z tēpus accipiende sint: quez admodum si seruitus ascribatur ferro respectu eris:eri respectu argēti:argēto ēt respectu auri .nimirum quia vnumquodqꝫ ꝑm qꝫ est vilius:magis manet in vsu:z ꝑm qꝫ est charius:in loco optimo custoditur.

Circa hec enim tria versant ꝑm id quod significant sex species intelligentie typice q̄ supra notate sunt. Nam tres earuꝫ que prime sunt simpliciter sunt intelligende: vna quequ in statu suo: ita tñ vt ꝑm plus ꝛ minus in singulis statibus extimet necessaria oblatio trina: dummodo splēdidius sit ea secūdi status: ere primi: splēdidius ea tertij ere secūdi. Similiter ꝛ argentū ꝛ aurū: ita vt non extimetur reprobatū generaliter ea tempore secundi aut tertij status: sed ea primi. Nec argentum generaliter tēpore tertij status: sed argentum secundi. Ut eni tā gamus causam (abſit) vt in secūdo statu dicamus reprobatam vitam coniugalem: in qua fuerunt primi parentes: sed reprobata est plane in hac parte imitatio Abrae qui habuit simul duas vxores: ꝛ Jacob qui habuit duas sorores consobrinas suas ꝛ duas pariter concubinas: ꝛ Dauid qui habuit simul plures ꝛ vxores ꝛ concubinas ꝛ sacerelibellum repudij: ꝛ si quid simile. Sz sorte in ecclesia non est passus apostolus: q ꝑ deus infunderet gratiam: imo ꝛ infundit ꝛ infunder plenius preferendum sit: vt inueniantur multi in populo christiano qui nō causa libidinis accipiant vxores: sed causa prolis: habentes vxores quasi non habētes vt non voluptate carnis sed voluptate spiritus recreentur ꝛ seruiāt domino in corde perfecto: Hoc si impossibile videtur hominibus: sed non deo. Sustineant paululum donec ꝓcuriatur babilon: qñ preciosior erit in auro: ꝛ homo: mūdo obrizo. Manet ān septima species in qua finis est omnium: ꝛ in ipsa summa pax: eo q̄ es argentum ꝛ aurum complectatur simul faciens vnitatez: vt non sit scisma inter ea: eo q̄ vnūquodq̄ in loco suo necessarium sit. Igitur ꝑm hāc speciem Abraam patriarcha significat deū patrem cum omnibus prelatis qui fuerūt ab initio seculi vsq̄ in finem. Scōm quez intellectum in Ancilla designatur tota electoꝛ ecclesia a principio vsq̄ in finem. In Libera illa que sursum est Hyerusalez que est mater nostra. Ut enim in quarto ꝛ qui, to intellectu iungitur ecclesia synagoge: in sexto ecclesie clericoꝝ: ecclesia monachoꝝ: ita in septimo iungitur peregrinanti ecclesie: illa que sursum est Hyerusalem: cuius filij: sunt filij resurrectionis: sicut eius que peregrinatur in terris renati ex aqua: ꝛ spiritu sancto. Nec putandū hanc ipsaz esse vitam contemplatiuam que est vna de quinqz: q̄ aliud est consideratio quam habent sancti de illa ciuitate: aliud ēt ipsa ciuitas. Ibi enim ostenditur qualis sit vita eoꝝ qui cogitant de illa ciuitate: hic qualis sit ipsa ciuitas: que est mater nostra.

¶ Itē ꝑm hanc speciem Abraam patriarcha significat omnes prelatos ab initio seculi vsq̄ in finem. Ancilla significat synagogam cum ea parte ecclesie secundi status: que pertinet ad Petrum. Libera eam partem que pertinet ad ioannem cum tota ecclesia tertij status: que ꝛ ipsa simul pertinet ad ioannez. Et eniz in primo statu sola fuit ecclesia laborantium. In tertio sola erit ecclesia quiescentium. In secundo pars vna laborantium est. Altera vero quiescentiuz.

¶ Hec sunt duodecim intelligentie: que de trino fonte litere miro modo procedūt in quibus finem impositum esse puto inq̄sitionibus nostris: si tamen sufficientes sumus assignare illas: vbi necesse ē: q̄uis nemo possit esse sufficiens ad minimam istaz: per se: sed ꝑm q̄ deus diuidit vnicuiq̄ mēsuram gratie tribuens singulis ꝓut vult.

¶ Assignatis autem duodecim intelligētijs in litera veteris testamēti: que pari modo in litera nouissimo altiori ꝛ nobiliori modo: iterum atq̄ iterū assignari possent: In Zacharia. i. sacerdote ꝛ vxore eius Helisabet ꝛ matre domini iesu. Superest vt ꝑz eas quindecim gradus ꝛ decem cordas assignare queramus: ita tamen vt in horum assignatione non attendatur honoꝝ: nec numerus. Non enim domini gradus in hoc loco: quia alius alio altior est: sed quia is q̄ transit per illos ꝛ profuit se ipso quottidie maior fit. Quindecim sane gradus sunt: q̄ quindecim sunt modi quibus loquitur hoc in diuina scriptura: Decem sunt corde quia decem sunt intelligentie: que specialiter pertinent ad notitiam dei: ꝛ ad magna opera eius que operatus ē ꝛ operatur vsq̄ in finem ꝑm consiliuz voluntatis sue. Mā due uiscerales que procedunt de litera ad institutionem vniuscuiusq̄ vt supra diximus pertinere noscuntur. Per istas enim duas docemur quid agere debeamus: per illas docemur agnoscere ea que adeo facta sunt. Multum igitur interest inter ea que fecit deus in sapientia sua: (inter que ꝛ ipse cognoscitur:) ꝛ ea que vnusquisq̄ nostruz facere aut cauere debet (vt viuat). Sicut multum interest inter ignem materialem qui diuiditur in partes vt uetur singulis: ꝛ lucem istam generalem que illuminat orbem. Hoc idcirco dico vt notentur diligētius que dicturi sumus: ꝛ intelligamus altitudinem sacramenti: quod in centūquinquaginta psalmis: (de quibus loqui cepimus:) continetur. Siquidem quindecies quindecim portiones inueniuntur rerum significantium simul ꝛ significatarum: in quibus quindecim gradus assignari queant: ex quibus tamen quinq̄ seorsum a decem considerande sunt ratione prescripta: vt siue per decies quindecim portiones: siue per quindecies: decem: ad centesimum quinquagesimum numerum peruenire possimus.

¶ De quindecim ꝛ quindecim viris segregatis in mysterium sepescriptum: ꝛ de duodecim intellectibus qui procedunt de trino fonte littere.

PRimo itaq̄ assignādi sūt ipsi gradus ꝑm hystoriam ꝛ ꝑm concordiam trium statuum in tribus statibus ipsis q̄uis in primo ꝛ secundo: eos ꝑm concordiaz assignare possimus: in tertio adhuc nequaq̄ q̄ nec dum peruenimus ad diem ꝛ horam in qua populus iudeorum cōuerteretur ad deum. Si autez sicut tenet opinio. Enoch ꝛ Helyas: (ꝛ apud aliquos: Moyses: siue aliquis alius in spiritu Moysi: reuelandi sunt:) qui melius q̄z ipsi accipi possent in concordia: Abrae: Ysaac: ꝛ Jacob: siue Zacharie sacerdotis: Joannis baptiste ꝛ hominis Christi iesu qui baptizat in spiritu. Constat enim q̄ Enoch pater sunt omniū filioꝝ: Noe atq̄ in hoc similitudinē habuit cum Abraam: qui est pater omnium credentium: ꝛ Zacharia patre Joannis baptiste. Sed ꝛ Moyses similis fuit Joānis baptiste: quia ille in martiſte i flumine baptizauit: vterq̄ vt preiret euz qui baptizat in spiritu: Helyas quoq̄ habet similitudinem cum Christo iesu: quia ꝛ Helyas suꝑ ignem potestatem accepit: ꝛ de Christo dicit Joannes. Ille vos baptizabit in spiritu sancto ꝛ igne. Apparuit eniz species ignis: quando missus est ad apostolos spiritus sanctus. Puto autem q̄ cum venerit Helyas: etiam alij atq̄ alij eligentur a spiritu sancto qui mittantur predicare euangeliū regni: sicut factum est in exordio secūdi status: quando dei filius venit in mundum. Si enim quindecim homines fuerunt: Abraam: Ysaac: ꝛ Jacob: ꝛ filij eoꝝ duodecim. Quindecim Zacharias: ꝛ Joānes baptista: ꝛ homo Christus iesus: ꝛ apostoli eius duodecim: siue eo modo quo diximus: siue alio. In exordio tertij status qui decim eorum similes sunt futuri. Liquet q̄ ꝑm hystoriā tres gradus assignari queunt: quia aliud est qđ factum est in primo statu: aliud quod in secundo: aliud quod in tertio: futurum est. In primo itaq̄ gradu accipiendi sunt ꝑm literam illi quindecim viri de veteri testamento. In secundo quindecim de nouo: inter quos dominus iesus ad complendam omnem iustitiam: quasi vnus eoꝝ (sicut ipse sibi testimoniū perhibet:) factus ē. In tertio quindecim alij qui suo tempore reuelādi sunt: ꝛ ꝑm q̄ deus nouit melius i libro spiritus sancti: scribendi. In quarto gradu obtinet locum hystorica intelligentia: que prima ē inter duodecim procedentes de fonte litere. Est autem hystoricus intellectus cū ali

primus gradus

Secundus gradus.

Joan.

Tertius gradus

Quartus gradus.

quid sit aut agnoscitur esse factum ad similitudinem eorum que ordinata sunt a deo: vt dum tenetur similitudo: appetantur ⁊ merita. Inde est q̄ ad instar duodecim patriarcharum ⁊ duodecim apostolorum: obtinuit consuetudo: vt duodecim monachi regulares ad nouum monasterium dirigãtur: quod beatus etiaꝫ Benedictus i duodecim monasterijs sigillatim fecisse describitur. Sed si hoc de duodecim ⁊ duodecim quid de tribus patribus sentiendum? Nũ ⁊ eorum similitudo vari potest? Potest in q̄ꝫ: Nam abbas qui preest monasterio: debet episco reuerentiam filialeꝫ. Episcopus patri suo qui genuit eum ſm carnem. Sic enim congruo satis mysterio extimantur ipsi patres: si primus eorum laycus est. Secundus clericus. Tertius monachus. vt nequis in alterutrum glorietur. Siquidē eũſimul agit de tribus patriarchis. Abraã significat patres carnales in ordine coniugatorum. Isaac episcopos in ordine clericorum. Jacob quoscunq; prelatos in ordine monachorum. In quinto gradu obtinet locum intelligentia moralis: ſm quã Abraã significat hominem exteriorem. Isaac hominem interiorem qui tegit carne. Jacob liberum voluntatis arbitrium: Quinq; patriarche quinq; sensus exteriores. Ysaac. i. auditus: odoratus: gustus: ⁊ tactus. Septē reliqui: septem motiones mentis: quibus mouetur animus ad obtinenda septem dona spiritus sancti. Sunt enim ipse septem motiones quasi septem quedam aptitudines: quibus possint comprehendi ipsa dona: ſm q̄ oculo capitur lux: ⁊ aure verbuꝫ ⁊ naribus odor: ⁊ gutture cibus. Deniq; ⁊ illi quinque sensus exteriores: quasi quedam vascula quinq; virtutum sunt: quoniam quidem in tactu horridarum rerum exercetur humilitas: i gustu amare potionis ⁊ insipidi cibi exercetur patientia. In auditu fides: in visu spes: quia per hoc q̄ꝫ videtur: speratur quod non videtur. Et in odore amor: q̄ nihil est q̄ꝫ ita afficiat mentem hominis ad amandũ quomodo odor bonus ⁊ suauis. Inde è q̄ licet aliqua res videatur pulchra: licet sit in ore dulcis ⁊ gustu delectabilis: si tamen fetida est: amari nequit: si autem odorifera: etiaꝫ si deformis sit ⁊ amara diligitur. Unde ⁊ in canticis ex voce sponse dictum est. Trahe me post te curremus in odorem vnguentorũ tuorum. In sexto gradu obtinet locum tropologica intelligentia: que est tertia ab hystorica: ſm quam Abraam significat legis peritum: Isaac sermonem dei: Iacob spiritum intelligentie: duodecim filij: duodecim species ipsius spiritualis intellectus. i. quinq; intelligentias quas superius scripſimus q̄ꝫ quas ⁊ loquimur ista ⁊ ⁊ ⁊ ⁊ septem intelligẽtias spetiales que in precedenti capitulo assignate sunt. In septimo gradu obtinet locum intelligentia contemplatiua que quarta est ab hystorica in qua non agitur de sermone qui auditur auribus: sed de vite perfectione que mentis oculis infigatur. Aliud est enim audire doctrinam apostolorũ aliud considerare conuersationem illorũ. Secundum hãc igitur intelligentiã Abraam significat virum spiritualeꝫ: Isaac donũ spiritus sancti: Iacob effectus ipsius doni.

¶ Quamuis hic intellectus ⁊ aliter assignari queat. Et enim q̄ electi dei: filij omnipotentis dei nominantur ⁊ sunt: ⁊ maxime in illa superna patria vbi nõ est adhuc opus seruile tam beate quam libere constituti. Ita quidem in Abraam: Isaac ⁊ Iacob intelligende sunt tres persone deitatis: vt tamen in duodecim filijs intelligamus illa centum quadraginta quatuor milia signatorum cum cetera sanctorum multitudine: que pertinet ad muros ciuitatis Jherusalem: maxime cum in eodeꝫ loco habentur scriptum. Audiui numerum signatorũ centum quadraginta quatuor milia ex omni tribu filiorum israel. Quod autem idem numerus pertineat ad muros ciuitatis in loco alio ostenditur vbi dicit ioannes. Mensus est angelus muros ciuitatis centũ quadraginta quatuor milia cubitorum: mensura hominis que est angeli. Et q̄ numerus duodenarius sit in causa qui diuiditur in quinq; ⁊ in septem duorum in se solemnium numerorum continet perfectionem: Paulo superius idem Joannes intimauerat dicens. Mensus est ciuitatem de arundine aurea: per stadia duodecim milia. Sed iste intellectus anagogicus est: ⁊ ille quem paulo posuimus similiter anagogicus est: videtur q̄ plures habeat species iste intellectus sicut ⁊ typicus. Sed sciendum est q̄ vnus ⁊ idem intellectus est q̄ vocatur anagogicus: sed non solum deum tangit: verum etiam plerunq; sanctos angelos ⁊ etiaꝫ sanctorũ animas in illa eterna patria cõstitutas. Denique ⁊ vltima species typica intellectus populos trium statuum simul comprehendit in vnum. Et tamen ipsa species vna est. Qua in re considerare est q̄ sicut Joseph ⁊ duo filij eius honore patrio similiter p̄diti sunt: ⁊ tamen duodecim tribus scriptura sacra ponere consueuit: ita ⁊ si tria dicuntur quibus assignatur intellectus anagogicus: itellectus ipse tamen est vnus de duodecim: haud dubium q̄ propter summam vnitatem que est ibi inter deum ⁊ sanctos angelos: siue homines: dicente apostolo. Qui adheret deo: vnus spiritus est cũ eo. Denique apud homines: aliud est tria regna ⁊ tres possessiones: aliud plures homines regnare cũ vno qui presit oibus in vno regno. Quocirca vbi non est morum siue voluntatum seu etiam possessionũ temporumq; varietas diuersitas totum est vnum: quicquid est: ⁊ si non desit ibi mansionum discretio.

¶ In quinq; patriarchis filijs Iacob significatur quinq; dona generalia. i. humilitas: patientia: fides: spes: ⁊ charitas: de q̄bus in hoc opusculo sermo frequens. In septem reliquis: septem specialia. i. septem dona spiritus sancti: de quibus secundario locuti sumus. In octauo gradu qui ceteris felicior est: obtinet locum anagogica intelligentia: que super omnes est. Secundum hanc intelligentiam tres patriarche: significant tres proprietates personarum: ſm quas vnaquæq; persona intelligitur esse p se: ⁊ non esse altera. Quinq; patriarche filij Iacob. Quinq; modos quibus dicitur deus relatiue. Septem alij: septem modos quibus dicitur deus ad se. Ostensis autez octo gradibus: qui distinguuntur in tres: ⁊ quinq; danda est etiam pars sua alijs septem gradibus: dicente scriptura. Da partes: nec non ⁊ octo. In nono itaq; gradu qui est primus inter septem: Abraam significat patriarchas. Isaac pontifices. Jacob prophetas. Duodecim autem filij Jacob: duodecim tribus: hoc est: quinq; ⁊ septez: ita enim diuise sunt quando acceperũt hereditatem. In decimo gradu qui est secundus inter septem: Abraam significat apostolos: Isaac episcopos: Jacob doctores. Duodecim patriarche qui distincti sunt: i quinq; ⁊ septem. Quinq; generales ecclesias: ⁊ septem alias que scripte sunt in libro apocalypsis. In vndecimo gradu qui est tertius inter septem: nonduꝫ possumus assignare: nisi forte ex parte: ⁊ hoc ipsum in enigmate: quia de opere inchoato: ⁊ nec dum vel in toto vel in maiori parte cõpleto: non potest quis de facili iudicare: etiam si aliqua iudicia eius presumptionem facere videantur. Puto tamen in tribus illis virtis significari: tria genera prelatorum in ordine nouissimorum monachorum sub regula beati Benedicti: quorum aliquos p̄cessisse arbitror: alios secutos esse: altos in proximo secuturos. Sane vt quiq; tribus ⁊ quinq; ecclesie generales claruerũt a principio: ita ⁊ in ordine cisterciensi quinq; domus prime: aliarum omnium capita facte sunt: in quibus pars mysterij huius videtur esse completa: quod tamen deus melius nouit: qui facit alia post alia in temporibus suis. Quia vero septem tribus minores in senectute Josue acceperunt hereditatem: ⁊ post obituꝫ Petri ⁊ Pauli ⁊ aliorum apostolorum: in quorum diebus fundate sunt quinq; prime ecclesie: quarũ vna que occasione Augusti: vocata est processu temporis. Constantinopolitana sub nomi

Lauꝫ

Sextus gradus

Septi. gradus

quitus gradus

Octauus gradus

Nonus gradus

Deci. mꝰ gradus

Undeci mꝰ gradus

Nota

ne alterius ecclesie fundata fuit a Paulo: sicut ꝛ alie multe. Septem ecclesie que scripte sunt in Apocalypsi: sub beato Joanne euangelista clarusse noscuntur: non est mirum si septem cenobia similia: septem tribuum ꝛ septem ecclesiarum necdum claruerunt in mundo: quia manente adhuc tempore Petri: non potest (eo superstite) seras vires (vt ita dixerim) exercere ioannes. Ubi autem pertranserit quod significat Petrus sequens deum cum cruce sua succedet manifeste quod designat Joānes.

Duodecimꝰ gradus

In duodecimo: ꝛ decimotertio: ꝛ decimo quarto gradu iungendi sunt status duo: ꝛ duo populus. s. cum secundo: ꝛ hoc bis propter geminam ecclesiam. Et secundus cum tertio: ita plane vt in primo accipiantur simul israel ꝛ populus Asie vbi requiemt toannes. In secundo populus israel ꝛ populus latinus. In tertio populus latinus: ꝛ populus qui creabitur: quem fecit dominus. In duodecimo ergo gradu accipiendi sunt in Abraam patriarche ꝛ apostoli: in Isaac pontifices ꝛ episcopi: in Jacob pphete ꝛ doctores Grecorum. In quinque filijs quinq; tribus cum quinq; ecclesie. In septem reliquis septem tribus cum septem ecclesijs. Et bene hoc: quia prima septem tribuum fuit Beniamin: ꝛ Paulus qui fuit de tribu Beniamin: genuit i christo filios epheſine ecclesie: que fuit prima inter septem: ita vt tribus Beniamin' ꝛ ecclesia Ephesina: vna tribus in spiritu esse videatur: quod ꝛ de reliquis in spiritu sentiendum est. In decimotertio gradu i abraam ꝛ Isaac sicut supra: in Jacob prophete ꝛ doctores latinorum. Quinq; tribus ꝛ quinque ecclesie sicut supra: septem vero tribus cum septem episcopatibus: qui specialiter pertinent ad Romanam ecclesiam. In decimoquarto gradu Abraam significat apostolos ꝛ quosdam prelatos cenobiorum. Isaac successores vtrorunq; in secūdo gradu. Jacob successores in tertio. Postro quinque filij: quinq; ecclesias patriarchales cū quinq; cenobijs: septem vero reliqui filij: septem ecclesias que fuerunt in Asia cum septem monasteriis circa finez futurie. In quintodecimo gradu qui generalis est: eo q; colligat in vnum totum genus humanum: Abraam significat prelatos primi status. Isaac prelatos secundi. Jacob prelatos tertij: quinq; patriarche significant quinque tribus cum quinq; ecclesijs ꝛ quinq; cenobijs. Septem reliqui: septem tribus cū totidem ecclesijs Asie. ꝛ totidem cenobijs circa finem futurie. Hec de quindecim gradibus breuiter dicta sunt: vt scimus: vel quibus indigeamus bonis: vel que ꝛ quanta donata sint nobis ab eo qui facit omnia secundum consilium voluntatis sue.

Decimꝰ tertius gradus

Decimus sextus gradus

Decimus septimus gradus

C Dicte rei exemplum.

Assignatio trium literarum ꝛ duodecim intellectuum
Qui confidunt in domino mutabunt fortitudinem assument pennas vt aquile volabunt ꝛ non laborabunt.



De significatione Sarre: Rebecche: ⁊ Rachelis.

Inter magna mysteria que dicta sunt de quindecim gradibus. Occurrit aliquid qđ nō sit pretereundū silentio: ne aliquid minus dixisse vel aliter qđ oportuit: videamur: sed reddentes singula singulis p tres ⁊ duodecim patriarchas: nō ēt triū illaꝝ magnaꝝ mulieꝝ vxoꝝ triuꝫ patriarcharum. Sarre. ſ. Rebeccheꝫ Rachelis: damus significatū: maxime cūvt filios pcedūt matres: ita tres ille matres fidelū populoꝝ habeāt tria quedā designare p singulos itellectus: q̄ sint i singlis gradib⁹. 12: vt ita dicā filijs pcreāda: Sꝫ ad rēveniam⁹ Hystoria i Sarra: accipiēda ē aliq̄ bōa matrona. In Rebecha aliq̄ bona ptinēs: i Rachele aliqua sanctimonialis. Moraliter in Sarra accipiēda est bona operatio: in Rebeccha lectio: i Rachele iubilatio. Tropologice: in Sarra litera priozis testamēti: in Rebeccha nouī: in Rachele regula vel institutio monachoꝝ. Cōtēplatiue i Sarra gratia pueniēs: i Rebeccha grā coopans: in Rachele grā pſumans. Anagogice: in Sarra pars illa supne ciuitatis q̄ designat in vicis israel: in Rebeccha pars illa que designatur in suburbanis: in Rachele ipa ciuitas. Nec de quinq̄ intellectibus: Sarre: Rebeccheꝫ ⁊ Rachelis. Lya vero ⁊ due ancille in alijs accipiēde sunt significationibus. Scēꝫ typicā intelligentiā: distinguēda ē plebs: p. 14. ⁊. 14. generatiōes: (hoc est:) ab Abraā vsqꝫ ad Dauid: ⁊ a Dauid: vsqꝫ ad trāsmigrationē babylonis: ⁊ a trāsmigratiōe babylonis vsqꝫ ad Xp̄m. In prima distinctione: significatū Sarre: in secūda Rebeccheꝫ in tertia Rachelis. Similr in secūdo ⁊ in tertio statu. Porro in q̄rta ⁊ quinta: ⁊ sexta specie: duplicanda sunt tpa ꝫ pcordiā: siue tpa p̄mi status ⁊ tpa scī: siue tēpora secundi ⁊ tempora tertij. Verum lꝫ tm̄ vt sciaſ: nō vt vbiq̄ pferatur: qrifirmi intellectus portare nō possunt. Sufficit ād de septē spūbus typice itelligēre: si qñ agēdū ē tū inter fratres: assignare tres p̄mas: q̄ ptinent ad pp̄ietatē triū psonaꝝ ⁊ vltimā q̄ spectat ad vnitatē sbe. Igit in septia specie Sarra significat totā synagogā: non quo ad reprobos: lꝫ quo ad electos. Rebeccha totā eccleſiā secūdi stat⁹. Rachel similiter eccleſiā tertij. Et hoc qđꝫ de mysterijs triū piaꝝ multipx: ipſaꝝ. ſ. simul nō cuz alijs in significatione assumptis. In his āt que de quindecim gradibus in typo psalterij dcta sunt: illud sūmope notari opꝫ q̄ litera quā trinā esse diximus: nō est accipienda in numero intelligētiaꝝ: qr lra simplex res est ⁊ breuis. Intelligētie vero spirituales hūt se ad multa. Quapp trina ipa litera q̄ est fons intelligentiaꝝ: ⁊ ita valēs quo ad hoc in singulis: quē admoduꝫ ⁊ in tribus: singula. n. plene hꝫ intelligētias ipſas: haud minus qꝫ tres simul: p̄m q̄ non minus potest vna psona deitatis: qꝫ simul tres: segregāda est in significatione psalterij. Nec inequaliter videri debet: vt quindecim trū psonas ad eā generalia mysteria ō signāda: a cetera multitudine fideliū segregatas esse dicamus: siue in exordio primi status: siue in exordio secūdi: siue (quod suturū arbitramur:) in exordio tertij: qñ quidē pstat: q̄ ⁊ p illos q electi sunt in principio primi status populus israel p̄m carnē: ⁊ p istos q electi sunt in principio secundi ois populus christianus p̄m spūz dissemiatus sit: ⁊ nihilominus p illos q vocandi sunt in exordio tertij: vocādus arbitramur ad fidē reliquias iudeoꝝ ⁊ gētiū. Igit tur trina lra segregata a duodecim intelligentijs: in hoc trīmodo questio manet: q̄ corde decem sunt intellegentie duodecim. Sed sciendū est q̄ sicut duo seniores additi sunt septuaginta: lꝫ nō essent de numero eoꝝ q ascenderunt in montem: ⁊ sicut Barnabas ⁊ Paulus supadditi sunt duodecim apostolis: ⁊ tamen non ptinent ad numerum duodecim: quos elegerat dominus a principio: ita due inferiores intelligētie: hystorice. ſ. ⁊ moralis: addite sunt ceteris intelligentijs: propter eos qui hereditatem capiunt salutis. His autem duabus segregatis: ad institutionez fidelium: ceteræ omnes intelligentie decē sunt: tres. ſ. superiores: quarū prima est tropologica: secūda contemplatiua: tertia anagogica: ⁊ septem species intelligentie typice: de quibus hactenus tractatū est: ⁊ in ipsis pſumatum ē speciale mysterium: ⁊ tres qđꝫ earū significate sunt in tribus filiabus Job: septem verō: in septē filijs: Unaqueq̄ autem istaꝝ sicut supra ostensum est: habet quindecim proportiones: Simul omnes centumquinquaginta. Et in istis quidem decem ostenduntur magna opera dñi exquisita in omnes voluntates eius. In illis autem duab⁹ que supaddite sunt: oñditur homini quid agere debeat: ⁊ quid cauere. Sed si decem intelligentie distinguunt a duabus: cū ita sit: duodecim intelligētie: quomodo sunt duodecim patriarche: ⁊ duodeciz apostoli: nunquid nō duo patriarchaꝝ ⁊ duo apostoloꝝ: nō pertinent ad mysteriuz decacordi psalterij? ptinent inq̄ ⁊ ipſi duo: ⁊ altius aliquid pre decem significant. Certe ⁊ enim superius dictum est: q̄ aliq̄n quinq̄ viri accipiendi sunt in mysterio trinitatis: propter quinq̄ modos relationis: ⁊ maxime vt principium oñdatur esse pater: principium filius: principiū spūs sanctus. Qđ si hoc teneri necesse est: minus qꝫ quindecim viri non sufficerent ad pſumationem psalterij. Si enim in Abraam designaſ pater an Isaac filius: in Jacob spūs sanctus. Et rursum in Isaac pater: in Jacob filius: in Joseph spūs sanctus: rursum in Jacob pater: in Joseph filius: in Effraiz spūs sanctus: siue vt hic exigit causa concordie. In Jacob pater: in iuda filius: in Joseph spiritus scūs: liquet q̄ nō sunt nisi decem q̄ bus sacrum cordaꝝ mysteriū oporteat adaptari. Quo circa si primū tenere volumus segregandi sunt a numero aliozuz. Leui: ⁊ dan. Si secundum. Dan ⁊ Joseph: Si tertium Judas ⁊ Joseph. Qđ enim leui segregandus sit aliquando a numero duodeciz nō est questio. Qđ autem aliquādo debeat pretermitti dan: ostendit manifeste Joannes in eo loco vbi ait. Audiui numerum signatorum ex omni tribu filiorū israel: vbi cum veniretur ad causam: eo pretermisso scriptus est Manasses. Ergo ⁊ in nouo testamento eodē modo accipiendū est aliq̄n mysteriuz trinitatis in Christo iesu ⁊ duobus magnis apostolis: Petro. ſ. ⁊ Joāne: quatenus in ipso vero homine Christo iesu: accipiamus similitudinē patris. In Petro ipsius filij: in Joanne spūs sancti: in reliquis autem decem apostolis: mysteriū decez cordarū. Tlet certe vt in veteri testamē to: aliq̄n in Beniamin similitudo filij. In Joseph spiritus sancti. Ita in nouo: in Jacobo similitudo filij: in Joāne spiritus sancti: nimirū q̄ ⁊ ibi decem emulati sunt duos: ⁊ hic similiter decē idignati sunt aliq̄n de duobus. Tlt ergo Joseph ⁊ beniamin filij Rachelis ſ gregati fuerunt quodāmodo a se cietate alioꝝ p̄m quid: ⁊ sicut Jacobus ⁊ Joannes (nescio) quā priuatā gloriā seorsum a ceteris postulasse a domino: vtsi sunt: ita vt audientes decem indignarent de duobus: ita aliud est quod exigit similitudo ipsa psalterij: aliud quod pertinet ad decem cordas. Si autem Jacobus ⁊ Joānes, accipiendi sunt hoc modo cū Christo in similitudinē psalterij: decem vero reliqui discipuli in similitudinem cordaꝝ p̄m q̄ tria sunt genera doctoꝝ: decem veto intelligentie ptinentes ad decem cordas qs non videat qꝫ decēter ad similitudinē duaꝝ illaꝝ itelligētiaꝝ q̄ nō ptinēt ad psalteriuz: electi sunt duo nouissimi apli extra numerū illū solēnē. 12. apl̄oꝝ. Quere altitudo sapie ⁊ sciētie dei: qꝫ icōprehēsibilia sūt iudicia eius: ⁊ inuestigabiles vie eius. Jmmari (inqt Dauid:) vie tue dñe ⁊ semite tue in aqs multis ⁊ vestigia tua nō cognoscent. Deduxisti sicut oues populū tuū in manu Moysi ⁊ Aarō. Sꝫ opꝫ nos hꝫ ea q̄ dicta sunt de q̄nq̄ viris ⁊ trina assignatione psalterij: p̄ more nostro coaptare figurā: vt adducta imagine ipa psal. coā oculis carnis: spūales meātis oculi (extra posito:) vt ita dixeriz:) luto apiant ad intellectū.

Psal.

Apoc.

Triplex figura seu immago psalterij dicte rei exempluz.



¶ De centumquinquaginta proportionibus spiritualium intelligentiarum.

NOn fuit propositi nostri intrare per tot angustias viarum dei: ⁊ assumere pennas velut aquile ad cōplenda ea oīa que dicta sunt: quia ⁊ plura mihi occurrerunt in via: que antea nesciebam. Non inq̄ꝫ ꝓpositi nostri fuit: vt hec de quindeciz intelligentijs seriatim diceremus. Sed q̄ clauem dauid quam hebet his qui apit: ⁊ nemo claudit: tetigimus vel ex parte visi
Apo. sumus aperto hostio intrasse in tabernaculum eius: ⁊ peruenisse vsq; ad loca thesaurorum sapientie ⁊ scientie dei: ⁊ tñ protulisse parum id quod afferre potuimus. Nūc ergo referentes gratias ei qui electis ⁊ seipsum libere largit̄ ⁊ sua: reuertamur ad nos ⁊ electa vna breui semita peragamus de reliquo iter nostruz: maxime cū in alijs opusculis nostris: quibus intenti sumus: grandis nobis adhuc restat via. De nūero psalmoruz agere cepimus in hoc secūdo libro simul ⁊ propter eum de quindecim gradibus ⁊ decez cordis pro quoꝝ occasione: ad cōtemplandaz persectionē denarij: ⁊ quindenarij numeri (innuente eo qui nos inuitauit ad conuiuium suum) aduolare p̄sumpsimus: ⁊ vidimus quid ad psalteriū: quid ad decem cordas seu etiam ad quindecim gradus pertineat: quemadmodum Jacob cū duobus filijs ⁊ decez alijs ꝓatriarchis: seu etiam homo Christus iesus cum duobus discipulis ⁊ reliquis decem apostolis: habeant in seipsis: huius plenitudinem sacramenti: vt ipsi quoq; videantur esse quasi que dd̄a spirituale psalterium ad vniuersa que diximus designāda: iuxta illud psal
sacerdos magnus qui simul cū Zorobabel edificauit templum domino deo suo. Nomina autem eorū qui significāt id qđ decē corde sunt ista. Primus Eliachim: secundus Azor: tertius Sadoch: q̄rtus Achim: quintus Eliud: sextus Eleazar: septimus Mathan: octauus Jacob: nonus Joseph: decimus Christus. Sane in hoc gradu q fuit septimus a primo: Zacharias sacerdos qui exultauit vt haberet heredem: deus patrem designat. Joannes qui noluit esse pater: vnigenitum dei: ipse vero vnigenitus dei filius homo Christus iesus: qui in terra nec patrem habuit nec filium ſm carnē illius in trinitate persone typum tenet: q nec filius nec pater est: spiritus vtriq; sancti: qui a patre filioq; procedit. Igitur i Christo defecit ex toto linea carnis: in eo. s. gradu qui fuit septimus a primo: vbi t qp̄ cesserat in figura ostensum est in veritate: q̄ius t post ipsius (ex virgine) natiuitatez nō defuerit aut desit similitudo vsq; ad extremum iudiciuz. Finis est legis Christus ad salutem omni credenti. Sed nobis iam sufficere debet taliter hucusq; dinumerasse cordas: t vsq; ad septimuz gradū assignare psalterij sacramentum. Tempus est: vt hic' omittis: cātare t psallere debeamus. Durum est enim t laboriosum querere id ipsum in nouo testamento per singulas decadas generationum: t si extimem non deesse. Sufficit nobis scire qp in quatuor decadis generationum spiritualium: sub breuioris satis temporis spatio consumandus est cursus huius status secundi: ac si in sex hebdomadis quadragenarij: t si in q̄dragintа diebus. Que vz generationes comūcte illis decem que inceperunt a Cyro: inuenimus ſm pentheccosten: ſz q̄nquagenarium: ſm iubileum: in quo percutienda est noua babylon: t mater ecclesia que est noua Hyerusalem ab eius tyrannide liberanda. Nam sicut ibi percussa est vetus babylon: ita t hic percutiēda est noua: sicut scriptum est in libro Apocalypsis: vbi agitur de ea in specie magne meretricis: in cuius

Septimꝰ gradus

expositione omnes (pene) doctores conco: dare noscuntur. Quamuis diem t horaz: Non est tuum neq; meum. Queris tēporis vicinitatem? Scito qp ab Abiuth filio Zorobabel: sub quo vz Zorobabel percussa fuit vetus babylon: complete sunt generationes quadragintanouem: t maior pars quinquagesime que t presens est. Si autez hec ipsa est generatio quinquagesima: Cō sulto his qui manent in medio babylonis: vt fugiant de medio eius. Sed t sicut in fine quadraginta dierum celebratur memoria passionis Christi: ita in fine quadraginta generationum timendum est fidelibus a facie arcus. Prima t enim tribulatio delebit imperium babylonis. Secūda castigabit peccata delinquentis ecclesie. Exinde quod restat temporis: velut a pascha vsq; ad penthecosten: ac si in qnq; decadis spiritualium generationum cōsumabit opus dei. Et sic per quindecim gradus vel decadas: intrabimus in sancta sanctorum. Sigdem in centum quinquaginta psalmis continetur psalterium: t in centū quinquaginta generationibus vniuersitas temporuz: (hoc est) ab Adam vsq; ad consummationez seculi. Caue tamen ne longum annorū spatium tibi proponas in his extremis quinq; decadis generationum: nimirum qz ab Adam vsq; ad Sem generationes decem sunt: t a Sem vsq; ad Abraam decem: similiter generationes: t tamen numerus annorum inter duas illas etates in tantum dispar est: vt maior fuerit sola generatio Noe q̄z tota illa vna etas sub decez generationibus: a Sē filio Noe vsq; ad abraam. Utrum ergo generationes iste future dierum sint: an mensiuz: an annorū: t quot annos fuit menses per singulas: scient illi: qui ibi futuri sunt: nunc autem illud quod de tribus generationibus quas numerum decadarum excedere supra diximus: remaneat indiscussuz: scito esse magni mysterij: vt ita tres ipse generationes excederēt numerū decadarū: nec aliud q̄z illud quod i centū quinquaginta tribus piscibus pascha

lis t vltime piscationis Petri: designatuz est enim supra singulos quinquagenarios presidet vnusquilibet trium: patens est t p sp cuia causa rationis. Unus ē enim deus pater ad quem ptinet quinquagenarius primus. Unus est deus filius ad quez ptinet quinquagenarius secūdus. Unus deus spiritus sanctus ad quē ptinet quinquagenarius tertius. Et qz vnus est omnipotens deus q presidet super omnia in tribus personis: pater t filius t spiritus vnus est: t Dei populus a puncipio vsq; in finem: t vnus liber psalmoz qui continet in seipso quinquagenarios tres. Qz vero non vnū tm̄ sed plura psalteria decacorda David t Salomon: ad pfitendū domino fecisse scribūtur: liquet qp ſm numerum graduum decadumq; psalmoz t quindecim psalteria decacorda sub vno psalmoz libro accipiēda sunt: vt vz vnaqueq; iustoz mā̄io psallat pariter in ordine suo: ſz qp eas superius cum de celesti illa ciuitate memorabimus: distinximus. Quinq; ergo ptinēt ad primum statum: quinq; ad secundū: qnqz ad tertium. Et in minori diuisione euidentissima (vt iam dixi) trinitatis est similitudo. Si igit volumus t possumus: optamus t pmittimur bū psallere deo nostro: tunc nos sciamus exaudiri ab eo: tūc scimus accepta fieri in p'spectu eius sacrificia laudū nostraz: si eum laudamus secuti est: si qua laus debeatur singulis psonis: t tribus cōiter intelligimus: hoc exhortabatur psalmista electos dei: qū dicebat. Rex omnis terre deus est: psallite sapienter. O q̄z p̄aue psallebat Sabellius: qui vnū tm̄ denarium: t hoc ipsum nō intelligens decantabat dicens. Una psona deus est pro velle suo pater: pro velle filius: p velle spiritus sanctus. O q̄z peruerse organizabat Arius q dans patri vnū denarium filio t spiritui scō minorē portionē faciebat dicēs. Pater maior est: filius minor: spiritus sanctus minimus: t minister duoz. Tale enim erat ac si patri offerreret denarium: filio quinarium: spūi scō inferiorem numerum. O q̄z p uerse modis oibus emēdauit vtrunq; qui dixit vnā ſbam esse quandam summā rem communē tribus personis: t singulā personā esse illā ſbam. Tale est. n. ac si pro ſba ponat centenarius numerus: p personis aūt denarij tres: aut si non vult illaz dicere maiorem cuiuscunq; persone: ac si tres denarij ponerent pro psonis t quartus denarius pro ſba: tanq̄z si non esset deus trinitas sed quaternitas. Qui aūt eo modo nituntur palliare vesaniam istam: vt dicant vnam quāq; psonā esse illam ſbam: ac si dicerent tres denarios esse vnū denarium: t vnum denariū esse tres: vtrunq; ut iniquū ē. Sz denarius vnus ptinet ad pie: denari° vn° ad filiū: denarius vnus ad spūz scūz: trinarius simul ad trinitatē. Qđ si dicis. Ergo plus aliqd sūt tres simul q̄z duo vel singuli: falsuz est. Si dicis Plures: Uerū est. Ibi enim notat singulus: hic simul tres. Non autem plus aut minus: quia singula persona sine quātitate est magna. Denarius ita q̄z numerus positus est pro designanda psectione persone: non pro significanda q̄ztitate. Ternarius pro designanda trinitate: non pro significanda q̄ztitate: vbi finis nō est: nulla significatio dari potest. Et vide. Si quero quot persone sunt? Secure respondebis tres. Si quero de quantitate: deficies. Magnus. n. dñs t laudabilis nimis: t magnitudinis eius non est finis. Tres ergo denarij: tres personas designāt: quaz quelibet psectus est deus. Unus trinarius qui est collectio denariorum: vnius ſbe trinitatē: q perfectus deus trinitas: p fectus de° singula personaz. Respice finē questionis in isto sacro nomine dei quod est. JEUE. JE. Unum nomen est t refertur ad patrē. EU. Unū nomen est t refertur ad filiū. UE. Unū nomen est t refertur ad spiritum sanctum. JEUE. Unuz qdem nomen est: sed nō qp simpliciter possit referri ad patrē solū aut filium solū: aut spūz scūz solū: sed simul ad tres: misi forte ſz illud qđ dicit apostolus. Ab ipso t p ipsuz t in ipso: quatenus sic i tribus ppositionū

bus notet mysterium trinitatis: vt tamen in hoc qđ ait. Ab ipso ⁊ per ipsum ⁊ in ipso: tam trium personaruꝫ vnitas: qꝫ singulaꝝ simplicitas inuiolata ꝓfitat. Pater. n. lꝫ ⁊ de singulis ⁊ de tribus cõmuniter dici quéadmodũ ⁊ illud. Ego sum deus abraã ⁊ deus Isaac ⁊ deus Jacob. Nos ergo qꝫtum ipse dederit: psallamus ei sapienter dicentes quottidie cũ sanctis animalibus ⁊ Seraphin. Scũs Scũs Scũs: dominus deus omnipotens: qui erat ⁊ qui est: ⁊ qui venturus est: ⁊ cum eo cui data sunt sacra ista mysteria. Benedicat nos dominus deus noster: bñdicat nos deus ⁊ metuent eũ omnes fines terre.

Exo.

¶ Explicit liber Secundus psalterij decem cordarum.

Incipit liber tertius de institutione psallentium.

Ulia veri ⁊ eterni dei qui ẽ mirabilis in scis suis ⁊ longe mirabilior i seipso i accessam ⁊ ineffabilem maiestatem in qua solus ipse gloriaꝫ semp ⁊ regnat trinus ⁊ vnus deꝰ: ꝓ modulo capacitatis nostre: imo ꝓ dono sui muneris ꝓtemplãtes que capere de gloria eius cõcessi sumus: siue ẽt de magnis opibus ipsius exq̃sitis vt ait psalmista in oẽs voluntates eius. In duobus superioribus libris: stili subtili diligentia annotare curauimus: opꝫ nos in hoc tertio libro ageꝝ breuiter ⁊ succite de modo psalmodie ⁊ institutione psallentiũ: vt ei quez regẽ magnũ esse cognouimus: psallamus: (sicut legimus:) sapienter. Quid ẽ ãt sapiẽter psallere: nisi verba ipsa psalmoꝝ discrete ⁊ intẽte ꝓferre? Melius est enim paucos psalmos ordinate ꝓferre: qꝫ multos inordinate ⁊ sine custodia disciplineː qꝝ nõ tã qꝫ titas nũerosa verboꝝ: qꝫ affectus ⁊ deuotio cõmẽdat a deo. Quo circa ⁊ si qꝫtitas i diuersis diuersa: affectus tñ deuotionis ibidẽ in oibus esse debet. Aliogn si nõ suppetũt vires: cedẽdũ ẽ potius qꝫtitati. Qz enim nõ ẽ equa virtus: ⁊ nõ oibus vt eque possint similiter vacare: diuersas sup hec sãcti patres exẽploꝝ traditiões suis posteris reliquisse noscũt: ita vt q potius sint imitãdi a qꝫ pluribus dubitet: dũ sint aliqui volũtate seruidi: deuotione rudes: q dũ arcẽ pfectionis apphẽderevolũt: aliqd supra vires nõ vsq; ad finẽ pseueraturi: ꝓsumũt: putantes ipossibile ceteris: qđ ipsi strenue cõplere nõ pñt. Quibus iure illud obijci potest. Si oculꝰ tuus dexter scãdalizat te: erue eũ ⁊ ꝓjce abs te. Quagni itaq; patres q vitaz heremiticã figillatim ducebãt: totũ p dies singlos psoluebãt psalterũ. Alij vero plus aut minus: ꝯz q eis sca deuotio diuinitus inspirata suggerebat: volẽtes hoc mõ complere qđ in eodẽ volumine scriptũ ẽ. Adij ciam sup oẽm: laudẽ tuã. Et hoc quidẽ bonũ satis. Nobis ãt vt ait pater noster scũs Bñdictus: q ista scimus ⁊ nõ facimus ruboꝝ ꝓfusionis ẽ. Sz qz non mõ centesimus ⁊ sexagesimus fructus acceptus ẽ apud deuz verũ etiã qđ paruuloꝝ ẽ tricesimũ terra ꝓfectis cõmendat. Et qz bonus ẽ ⁊ pius dñs: vt corda magis q̃rat qꝫ dona: ꝓferens oblationẽ paupercule abũdãtie diuitũ: videt nobis ꝓ diuersis accidẽtijs ⁊ assiduis occupationũ curis que inꝑate emergũt: nõ parue esse deuotionis dicere quottidie monachũ sup horas debitas ⁊ ꝓsuetas: triginta psalmos ad honoꝛẽ scẽ trinitatis: q̃tenus in tã pfecto numero fides muniat i tẽtione ⁊ in psoluẽdis illis retributio multa. Sed ⁊ clerico dicere viginti in die: non est inhertis deuotionis: qz vt monachi est tenere quo ad hoc: ad tertiũ gradũ: ita est clerici tenere secũdũ. Qđ si literatus aligs de ordine laycoꝝ: cupiẽs ⁊ ipse laudare deuz suũ: zelatus fuerit eos q vacãt lectionibus ⁊ psalmis: nec tñ causa rei familiaris ꝑmiserit eũ imitari ad itegrũ qđ zelat: videtur nobis ⁊ hoc bonũ: q̃tenus ⁊ ipse dũ potest: impleat tribus diebus qđ hi q vacant monachi: iplere sataguꝫ vno die: vt saltem in quindeciz diebus cõplere studeat qđ nõ absurde i qndeciz illis gradibus qbus ascẽdebat in tẽplũ crediderim designatũ: qz ⁊ illud ꝓ electis oibus veraciter scriptũ est. Sacrificiũ laudis honorificabit me: ⁊ illic iter quo ostãdã illi salutare dei. Neqz enim ad solos monachos ptinet psallere ⁊ laudare: qz nõ de illis solis dictũ ẽ. Passer iuenit sibi domũ ⁊ turtur nidũ. Et beati q habitãt in domo tua dñe i secula seculoꝝ laudabũt te. Sed alterũ ꝓ virgatie: alterũ ꝓ eis qui voto castitatis astricti sunt. Si ergo ꝓ assiduis curis occupationũ suaꝝ: nõ potest q eiusmodi ẽ ad integrũ psalmoꝝ numerum q ex tribus cõstat qnquagenis sufficere diebus qnqz: qđ est ꝑm id qđ significat libero ⁊ festinato cursu appropinquare ad regnũ dei sequat morosius: vt vel sero pueniat vt saltem in etate serotina: cũ vite transitorie termino ꝓsument ⁊ pagat cursum suũ. Debet ergo ois xpianus diligere psalmodiaz: presertim cũ sicut seruitus opis: ꝓpria fuit primi status. Studium doctrine secũdi status tribulatio psalmoꝝ que trahit hominez ad ꝓtẽplationẽ dei, ꝓpria sit tertij status: q in ianuis est: ⁊ ipsa sit clauis Dauid qua datũ est hostiũ aptũ ãgelo philadelphie: ita vt sine claue ipsa difficile sit aliter itrare i scta sctoꝝ. Siue ãt decẽ psalmi eo modo quo in libro supioꝛi dictũ est: qđ mystice referẽt ad laycos: siue qndecim vel viginti: quod mystice refert ad clericos: siue triginta qđ mystice refertur ad monachos: vnicuiq; ꝓ gradu suo: dũ vacat ⁊ viros suppetunt offerre libeat: siue alio modo prout cuiq; ispirauerit deus. Hoc summope caueri monemuz: vt nemo habeat vel aliquam aliam institutionem psalmorum: veluti ex debito seruitutis persoluendam suscipiat: sed magis ex libertate spiritus: ⁊ affectu deuotionis quia scriptum est. Vbi spiritus dei: ibi libertas. Et in alio loco. Timor nõ ẽ in charitate: sed perfecta charitas: foras mittit timorem. Si ergo deuotus frater qui hoc vel alio modo priuate psalmodie duz ꝓ posse licet ⁊ libet: operam dare decreuerit: aliqua forte corporis infirmitate grauatus: aut q̃ sepe solet accidẽ parti Mar the subiectus alicuius obtinentie sarcina ipeditus: aut non potest omnino: aut absq; tedij passione explere non sufficit quod monet: non se quasi reum iudicet quia persoluere nequit: sed tanꝫ minus deuotum arguat: qui fructum tanti premij per negligentiam perdit. Non enim legitur dominus condemnasse discipulos quia erant pre tristitia oculi eorum ꝓ grauati ⁊ orare nequibant: sed tantum monuisse atq; dixisse. Vigilate ⁊ orate vt non intretis in tentationem. Sic ficut malum accidie blanda est adhortatione palpandum: non timoris spiritu a mente miserabili expellendum: ne forte vitium nouum non patiantur vires veteres: ⁊ per assumentum panni noui in veteri consutum: maior scissura fiat. Non ergo ex tristitia aut ex necessitate exsoluendum quis extimet quod monetur: sed tanquam libertate donatus: laudet ⁊ glorificet deum suum. Et siue plus laudet siue minus: saluum esse credat per misericordiam dei: ꝓpter quam ⁊ modis omnibus psallere ⁊ laudare tenetur: quia ⁊ non nunquam qui plus laudat ore ⁊ minus sufficit laudare corde: ⁊ qui plus corde minus ore: quia forte quod affectus suggerit labor ⁊ occupatio non permittit. Quod cum ita sit. Quid restat nisi vt fateamur bonum esse dominum omnibus qui sperant in eum: ⁊ nec cum quisq; ore laudat minus esse de premio presummendum: nec cum minus posse cõceditur de misericordia desperandum: quin potius ⁊ timendum illud quod de quibusdam dicitur. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me presummendum vero de eo: quod scriptum est. Sacrificium deo spiritus contribulatus cor con

Psal.

Psal. 83.

Jac.

Esa.

Psal. 50.

tritum ⁊ humiliatuꝫ deus non despicies. Non enim pari modo libera potest esse mes ad psallendū tempore gemitus ⁊ laboris (⁊ si nō minus necessariū sit) qꝫ tpe prosperitatis ⁊ gaudij: dicēte apło. Tristatur quis in vobis: oret equo animo ⁊ psallat. Ideoqꝫ ⁊ mestitie tēpore debet sibimet vnus frater aliquantulū inferre vim: ⁊ bñdicere oportētez deum in tribulationibus suis: vt non tm in die gaudij: verūetiaꝫ ⁊ in nocte tristitie: laudet ⁊ glorificet deū suū memorās illud qđ scriptū est i eodē libro. In noctibus extollite manus vestras in sctā ⁊ bñdicite dominū. Sz ⁊ illud añ omnia obseruari opz: qđ ⁊ satis pijs mentibus cōpertum est: ⁊ diuinis auctoritatibus approbatū: cantare. s. ⁊ psallere in cordibus nostris deo: magis qꝫ in apta voce: ⁊ pcrepatione labioꝝ: qz loq ⁊ clamare actionis est: orare ⁊ psallere cum silentio: ⁊ pēplationis. Nec illud putet qs esse pcrarium: qđ in ecclesia solemniter obseruatur: qz illud timoris est: hoc amoris: illud debiti: istud deuotionis: quamuis ⁊ ibi amor ⁊ hic timor necessarius sit: vt alterū (vt ita dicā) temperet ex altero: ſz qz ⁊ psalmista admonet dicens. Seruite dño in timore: ⁊ exultate ei cū tremore. Et i alio loco. Misericordiam ⁊ iudiciū cantabo tibi dñe. Uerūtñ vbi debitū ibi timor: vbi aūt non est debitū: ibi liberior amor ē. Quo circa illud publicū: istud archanū esse debet: qz ⁊ in aperto debemus deum nostruꝫ vocis officio pfiteri: pp eos qui foris sunt: ⁊ i occulto pro dono ipsius intrare penetralia cordis nostri: ibiqꝫ absqꝫ strepitu ⁊ sono vocis: offerre ipsi soli: sacrificiuꝫ laudis: sicut de sancta Anna futura Samuelis matre dictum est. Porro illa loquebat in corde suo tñqꝫ labia eius mouebantur: ⁊ vox penitus non audiebatur. Et eidez Samueli ex voce domini. Homo videt ea que parent: deus autem intuetur cor. Qui hec ⁊ similia scripturarum loca vigilāter inspicit: nō sibi sufficere putat qđ ex lege debitoqꝫ cōi: manifeste persoluit nisi habeat aliquid archani qđ secrete offerat deo suo: ne non esse amicus quincē: sed seruus: si nō aliquid spontaneus offerrat: ex voto suo: sed omnino coactus ⁊ exactus exoluit. Omnia igitur bona que facit christianus: debēt habere principium intentionem bonaꝫ: vt nō velut absurde: aut inaniter fiant. Sed primo ⁊ principaliter ad laudem ⁊ gloriā dei: qui est omnium auctor bonoꝝ: deinde pro remedio ⁊ indulgentia peccatorum suorū: pro vincendis passionibus carnis que militant aduersus animam: pro impetrāda gratia spiritus. Ut ergo in eis q psalmis ⁊ orationibus vacant. fructuosior semper fiat deuotionis affectus: bonum satis ⁊ laudabile est: ita dare operam psalmodie: vt per hoc quod exterius ore promitur mēs interius illustretur: ⁊ quod foris discrete agitur interiori: nostre notitie reueleť ⁊ crescat. Hac pro causa tricenarium numerum eis quin psalterio decacordo laudare cupiunt deuz suum: non frustra extimauerim cōmendādum cum cōstet luce clarius sicut superius dictum est: pertinere tres denarios ad portionem personarum: tricenarium vero ad vnitatem trinitatis. Unus est enim deus: vnus dominus: vnus rex: vn⁹ creator apud quem non est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Ad cuius gloriaꝫ ⁊ laudem pertinere credidimus: ita vniuersum psalterium: siue in quinqꝫ ascensionibus per triginta siue in quindecim gradibus per decem psalmos partiri: vt per singulos denos psalmos vbiliber distinctio fiat: ⁊ singule trium decadum ad honorem ⁊ reuerentiam singulorum soluantur: patris. s. ⁊ filij: ⁊ spiritus sancti. Et quia sicut supra notatum est: singulas decadas generationiuz tres: aliqne persone precedunt in typo reuerentissime atqꝫ prestantissime trinitatis: vt ipsum venerandum mysterium: sicut ostensuꝫ est in generationibus seculoruz in secreta quoqꝫ persolutione psalmorum: ob causam fidei teneatur assumendi sunt nouem psalmi de corpore Psalterij: qui dicuntur terni: ⁊ terni in singulis confessionibus: ad honorem sancte trini-

Psal.

Psal.

Psal.

Jac.

1. Reg.

Reg.

tatis: nimirū qz in patre filius ē ⁊ spiritus seūs: ⁊ in filio pater ⁊ spūs scūs: ⁊ in spiritu scō pater ⁊ filius: ⁊ nihil sic attribuit vni psone ꝓprietate mysterij: qđ nō sit trib⁹ pariter ⁊ indifferenter cōe. Dicēdi sunt ergo ipsi nouē psalmi terni ⁊ terni per singulas trū decadaꝫ. i. añ qꝫ decade psoluant: ⁊ ad vltimū fiet cōmemoratio scē ⁊ individue trinitatis: post trigita. s. modulationē psalmoꝝ. Fiducia vero ad psoluendū in illo ponenda est q se promittit cōplere in nobis: haud dubiū: qđ in tpibus istis: dicens inter cetera p Zachariā prophetā. In die illa querā ꝓterere oēs gētes que venerūt cōtra Hyerusalem ⁊ effundā sup domū David spiritum gratie ⁊ precum.

¶ Explicit liber tertius Psalterij decem cordaruz venerabilis abbatis Joachiz.

¶ Prophetia inuenta per fratrem Gerardum Odonis ordinis minorum.

Hoc euidentiā qndeciz signorum diei iudicij. Nota sit lectorem fratrum minorum conuentus Tholose quādo in vacationibus natalis domini legebat decretale scholaribus Tholosanis (vt moris est:) vocatū fratrē Gerardum Odonis: qui postea fuit minister generalis totius ordinis minoꝝ: ⁊ magister parisiensis: ⁊ excellentissimus: q fecit ⁊ dedit plura scripta in decretalibus: ⁊ dixit qꝫ in diuersis libris partialibus theologie in studio Parisiensi repererat ista de die iudicij. s. in Daniele ⁊ in Joachim libris. sed non asserebat esse vera: ſz sic inuenerat scripta: vnde aliqua sunt que fient añ diem iudicij: ⁊ quedaꝫ in die iudicij: ⁊ quedā post diem iudicij. Añ diem iudicij erunt qnqꝫ bella: Primum bellum erit inter rusticos ⁊ clericos: ⁊ rustici deuincēt clericos: ⁊ sup peditabit ecclesia Romana: in tantum qꝫ non erunt ausi portare tōsurā: nec ipsi eos nominabunt clericos. Secundum belluz erit inter laicos ⁊ ecclesiam taliter: qꝫ nec Papa: nec cardinales erūt ausi apparere. Tertium bellum erit inter rusticos ⁊ nobiles: ⁊ rustici deuincent nobiles: ⁊ illo tunc omnes erunt equales. Quartum bellum erit iter christianos ⁊ saracenos: ⁊ christiani erunt deuicti: ⁊ soluent tributum saracenis per longum tempus: Postea nascētur duo reges christiani. vnus in grecia: alter in Italia: ⁊ erunt fideles christiani: ⁊ bellabūt ꝓtra saracenos: ⁊ sicut christiani soluebant tributū saracenis: ita saraceni qui remanebunt soluent christianis: ⁊ istud erit vez bellū. Hoc facto illi duo reges facient octo reges cū populo: ⁊ erūt decē reges: ⁊ illi ⁊ oēs christiani pstituent vnum imperatorem Romanum: iste autem imperator fidelis faciet vnum scutum: in quo erūt picti duo viri: ⁊ super illos ponet alium viz: ad denotanduz qꝫ ipse est supra illos reges ⁊ supra omnes christianos dominus. Postea ille imperator sicut fidelis christianus ⁊ alij christiani accipient crucem Christi: ⁊ ibunt in Hyerusalez: ⁊ ibi Imperator faciet mansionem: ⁊ sic totus mūdus erit in pace. Et omnia erunt vnum: ⁊ vnus diliget alterum: sicut pater filium: ⁊ hoc durabit per longum tempus: postea nascetur Antichristus.

¶ Incipit hymnus eiusdez abbatis Joachim de patria celesti.

O Felix regnum patrie superne: i quo quiescūt agmina sanctoꝝ: gloria multa decorata cuncta pace perhenni.

Non est scribētis calamꝰ signare nec eloq̄ntis hominis narrare: q̄ꝫta parauit in te regnaturis deus eternus.

Ad te suspirat generis humani perdita p/les in parente primo: sed redemptoris celi tus directi morte redempta.

Bene suspirat tenebris ad dicta que paradisi gaudijs priuata: perdidit lumen quo fruuntur semper ciues superni.

Namq; presentis luminis splendore fallit ceca iuuenū caterua: putans iocunduz qō adimplet mundum fletu perhenni.

Quid.n.pōt hō moriturus nū dōlēr miseras ruinas: atq; lugere icolatꝰ suꝫpe breui.

Est quidem miser ꝛ infelix valde qui se dū viuit exulem ignorat: qui non suspirat ad illius regni felicitatem.

O siquis posset in palato cordis illius regni epulas sentire: sperneret cuncta que iocunda presens vita mentitur.

Nec mirum tamen si notatur opus p creature merito distinctum: bonis ꝛ malis medyq; trinum ante paratum.

Nam celum terra inferusq; simul confide/rata singula demonstrant: dum in respectu singuli pensatur singulum quodq;.

Inferus infra tenebraꝝ locus: desuper celū luminis eterni: media manens arida communis inter vtrunq;.

Inferus neq; angelos includit: regnuz supernum spiritus beatos: terra serpētis sauciatum ore genus humanum.

Jam si queratur singulorum status: tartaꝝ simul atq; paradisum: crederet mundus qui duo diuersa contemplaretur.

Nam in respecru loci tenebrarum mūdus hic locus credit amenus: celi respectu baratrum putatur ꝛ iure quidem.

Talis hic namq; dictus lachrimarum la/chrimas prestans parentibus primis oēm suorum filiorum turbam flere coegit.

Cur enim non flet homo peregrinus: qui supra flumen sedens babylonis: memor est matris qua priuatur visu tempore multo.

O vere mater ciuitas superna: ad te suspi/rant anime fideles: que tui roris pocula degustant celo demissa.

Claritas tua claritas eterna: honor ꝛ de/cus in turribus tuis: ꝛ per murorum me/nia iocunda: cantica laudum.

Lapides tui: lapides electi: aurum obrizū pulchritudo tua: ex margaritis ianuarū de cus omne consistit.

Preciosoruz lapidū structura: singula tua fundamenta vernāt: ꝛ per plateas ligni vi te fructus multiplex surgit.

O lignum felix quod rigatur vnda sōtis eterni qui de throno manat: impetu cuius hylarescit semper ciuitas dei.

Hec tue laudis ciuitas iocunda: ꝛ que nec lingua resonare potest: imo nec cordis sufficit humani sensus rimari.

Quoniam si iz latius pensemus: quāta sit ibi gloria tustorum: qui laureati manēt ante thronum regis eterni.

Nunq; laborant: esuriunt nunq; : semper exultant: iubilant ꝛ psallūt: quippe cū nulla gaudia festiua tempora claudant.

Jam enim imber transiet ꝛ hyems: flores in terra vndiq; vernabunt: ꝛ exultātis turturis os noua cantica procant.

Uoxq; letantis audietur sponsi: surge que dormis propera dilecta: ꝛ acceptura veni p paratam tibi coronam.

Jam nuptiarum copula secunda: citat cā/torum organa iocunda: cōcrepat simul co/hors letabunda cytharedorum.

Ad quorum voces resonat ꝛ tellus: chori sanctorū pariter exultant: ꝛ inaudita cōiuarum corda: gaudia replent.

Uerum hec parua exhibet aspectus: illius sponsi regis ꝛ magistri: qui super omnes i/perat ꝛ regnat vnus ꝛ idem.

Cuius q̄ꝫ mira gloria: maiestas: bonitas sūma claritas immensa: cuius splendoris speties illustrat secula cuncta.

Ergo fallacis gloria contempta mūdi que

ramus gaudia superna: vbi sanctorum cu/nei letantur: sorte felici.

Gloria tibi cuncti potens pater: gloria na/to ꝛ qui ab vtroq; semper procedit similis amborum: sit honor vnus. Amen.

¶ Explicit hymnus venerabilis abbatis Joachim de celesti patria.

¶ Incipit Visio eiusdē preclara: ac pluri mū admiranda: de gloria paradisi.

Uisionē admirande ordiar hystorie ꝛ succincte scribā textū felicis memorie Quidā vir religiosus fuma nō ignotus: Scripsit rē quāvidit q̄dā inextasi positus. Ducꝰ animi excessu ambulat per inuia. Nulla sibi parent campi nulla loca pervia. Primo die moto gressu i latrones icidit. Et ligatus strictis locis pene vita deficit. Hi his solutuz lux sēda semiuiuū suscipit. Nō curandū iz mactādū scorpionū ictibꝰ. Tertia his liberatus traditur exilio. Iter agit destitutus hominum consilio. Nihil minus q̄rto die patit discriminis. Fame siti ꝛ seruore maceratus heremi. Quinto asperis ferax laniat vngulbus. Et frequenter lacerat bestiaꝝ morsibus. Sz hoc totū se perpessum arbitrat venit. Dum in sexto intrat vltime miserie. Inde linces hinc hyene ꝛ grusonū feritas. Procedendi vltra sibi interdicūt semitas. Hinc leones hinc dracones minat iteritū. Aspides ꝛ basilisci tristem formant sibilū. Horꝝ dentibus attritus cogitur deponer. Erūnosaz carnis onus quo gravat pōder. In hac ipsa tū hora qua soluitur corpore. Videt flumē sumās igne ꝛ corrupto sulfur Ibi pons est ostitutus arctus in examine. Per quē transeunt tuuite miseroꝝ anime. Qū nozūt arctā viā a pontis acumine. Corruentes in pfundū absorbēt flumine. Sz felices q se ipsos luxu priuant seculi. Et cohercent studiose a carnis illecebris. Qui seipsos crucifigūt cū nature vitijs. Et induti vite pēnis exuunt spurcitys. Ibi securi ꝛ veloces ac si leues aquile. Trāseunt p arctū pōtē inducatum patrie. Erat āt murus ingens iuxta flumē posit⁹ Et in sūmitate muri cāpus amenissimus. Ipse murus velut eris ꝓtēdebat spetiem. Sive manu ꝓstitutus a summo artifice. Sed ꝛ via per anfractus inerat disposita. Per quā poterat ascēdi ad cāpoꝝ menia. Ergo cum illuc trāsiret vir prelatus spū. Videt beatoꝝ turbas: tripartitas gradib⁹. Prima hora vltra flumē supra muri verti Trahebat i imēsuz: spatioꝝ limitē. (cem. Ibi loca spatiosa illustrata lumine. Et in ipsis gēs beata fruens pacis requie: Ibi silue q̄ꝫ cōdempse diuersaꝝ arboꝝ. Poma ferūt vniuerse sapoꝝ suauium. Alte valde vt excedāt ceteraꝝ species. Umbra quaꝝ fit iocūda calozis tēperies. Abest anguis abest rana: abest mala bestia. Totū pulchrū totū tutū: totū plena gloria Ambulās p multos dies ꝓpe ānē turbidū Videt hinc reoꝝ penā: hinc iustoꝝ prmū. His p̄pētis i his locis ꝛ ad pmū rediēs. Querit vltra pträire vt in terra nosceret. Sz cū multa plustrasset ad radicē ducit. Mōtis alti cuius rupis murus ē argēteus Videt scalā elena: ā supra mōtis verticem. Per quā scādit ꝛ iustoꝝ ꝓemplar speciez. Ibiq; spatiosaz prospicit planiciem. Specioseꝫ visionis exhibēs blanditiem. Inter species herbaꝝ: prata viridantia. Liliozꝝ ꝛ rosaꝝ redolet fraglantia. Ibi multi diuidunt ruuiloꝝ impetus. Qui de fonte vite fluūt in mille meatibus Sz ꝛ loca infrascripta irrigantes fluunt. Et secūdant vniuersa infra muri ambitū. Uez surſū iuxta riuos arbores pulchrime Frōde floze decorate: ꝛ pomis vberrime. Querit tū aque fonte per pratoꝝ intima. Et ad altioris montis ducitur initia. Tūc ascendit data sibi vestis aminiculo: Et se cernit constitutum in regis palatio. Cuius muri erāt structi ex viridi iaspide. Et ornati vniuersi precioso lapide. Cuius tectū aurū purū supra vitrū lucidū Et i ipo splēdens thronus vñ flumē oriē.

Ipsa sedes preciosis rutilat lapidibus.
Et coruscat admirādis gēmaꝝ ordinibus
In sublimi constituta solis vincit radios.
Et illustrat infra sitos electorum cuneos.
In circuitu sedis huius: plurima sedilia.
Et in ipsis seniores decernunt iudicia.
Ibi pulchra super luna residet ecclesia.
Quasi sponsa viro suo circundata gloria.
Ante sedem assistebant puerorum millia.
Quorum vestes margarite ⁊ corone lilia.
Citharizant ⁊ decātant canticoꝝ cantica.
Et letificabant trina electorum agmina.
De sedenti super sedē non est loqui facile.
Superat non modo visuꝫ ſ ⁊ mētis acie.
Sed cū trine mansionis intellectū q̄reret.
Edocetur qd per ipsam expedit ppēdere.
Primo gradu ptinentur electorū populi.
Profitentes fidem trinit⁊ vnius domini.
Qui in hūiliori vita placant deū munere.
Laudis ⁊ oblationis ⁊ fideli opere.
Quorum vita coniugalis portat eris pcū.
Per qō suū serui domus iplēt ministeriū.
Estat viridis colozis per quā fides noscit.
Designare in quam viuit qsqs deo iūgit.
In secūdo manent illi q ꝓ ſancta studia.
Quodo vbo nūc exēplo edificāt agmina.
Horū vita per argentū designari creditur.
Cuius nitor dat iplēdore ſalnādoꝝ certio⁹.
In supmo manēt illi q ꝓmpta gloria.
Mundi solū querūt regē cernere i patria.
Quoruꝫ vita auri puri extimatur similte.
Et virtutum ornamenta: preciosis lapidis.
Tria sunt ergo veneranda electoꝝ gen⁊a.
In vicis ⁊ subuibanis: in vrbe consita.
Trina voce simul cantant laudita cātica.
Et collaudant regez celi qui fecit hec oia.
Trino deo trina turba electoruꝫ carmina.
Modulatur ⁊ exultat per eterna secula.
Amen. Finis.

Explicit visio seu hymnus ō celesti patria: Correspondens Psalterio decem cordarū ⁊ libro apocalipsis venerabilis abbatis Joachim.

Mapheus Pasinus impræssoribus.

NE quis vestrum se hac excusatione tueri possit se monefactū de horum volumine priuilegio non fuisse: ideo ad eorū pleniorem notificationem sciant: expresso Senatus Veneti consulto Cautum esse, ne quis i illustrissimi dominii locis per decennium præsens volumen a nobis impræssum, imprimere, nec ipsi mi facere, aut alibi impræssum vendere audeat. Sub pœna in priuilegio contenta.

Venetiis in ædibus Francisci Bindoni: & Maphei Pasini sociorū. Anno domini. M. D. XXVII. Die. XVIII. mensis Martii.

Decem chordaꝝ Abbatis Joachim

Incipit Tabula primi libri Psalterij decem chordarum.

Quod in figura materiali Psalterij demonstratur tres quin quagene psalmoruꝫ: propter tres personas deitatis: ⁊ tres status seculi. fo. 226. la. 1

decem cordas ipsius psalterij esse misteriales ⁊ continentes omnes seculi generationes ab Habraam vsqꝫ ad vltimū electū docet sacra scriptura. fo. 226. la. 1

primum ⁊ superius cornu psalterij nō est acutum sicut duo alia inferiora: quia pater manēs in culmine maiestatis missus non legitur: sed tantum filius ⁊ spiritus sanctus ad nostras angustias missi sunt ab ipso patre. fo. 226. la. 1

homo prelatus ē omnibus ordinibus Angelorum propter verbum patris humanam carnem assumens: vt gradum chordē decimum (qui corruit) restauraret. fo. 226. la. 1

prima decem chordarum: incipit a timore ⁊ ascendit vsqꝫ ad altitudinez caritatis. fo. 226. la. 1

per staturam ⁊ coniunctiones rotaruꝫ ab Ezechiele descriptam intelliguntur quattuor intelligentie seu sensus sacre scripture: ⁊ quelibet earuꝫ diuiditur in diuersas species: Nota ⁊ tecum serua. folio. 226. la. 2

antiqua patrum traditione prolatum est vsqꝫ ad modernos: magni esse premij psalmodiam: ⁊ ad ipsam pertinere illud psalmi. 49. Sacrificiū laudis honorificabit me: ⁊ illic iter quo ostendam illi salutare dei. fo. 227. la. 1

multi desiderantes sapientiam dederunt studium lectioni: insistendo doctrine: nec tamen ad ipsius medullam peruenerunt: quia non sunt arbitrati intrādum esse per gratiam: sed magis per arbitrium liberum qō non profuit ab initio intentibus super eo. fo. 227. la. 1

predicti sic querentes: non inuenerūt clauem Dauid: nec eum qui aperit diligentibus eum. fo. 227. la. 1

auctor ⁊ ipse aliquando erat anxius ad verba dei ⁊ querebat per exercitium lectionis ad veritatis dei notitiam peruenire: eumqꝫ ad eam per legendi studiuꝫ properare fragraretur: assumens sibi pēnas velut aquile longinis q̄ erat recedebat ab eo. fo. 227. la. 1

auctor positus in seruore noui tio cepit dei causa diligere psalmodiā: vnde multa sibi psallenti in scriptura sacra reserari ceperunt que antea legendo vestigare nequiuerat. fo. 227. la. 1

auctor in die sancto Penthecostes ob reuerentiam tante sollempnitatis statuit dicere aliquot psalmos ad honorem spiritus sancti sperans sibi ab eo donari aliquid in die illo. fo. 227. la. 1

auctor dum coram sancto altari oraret prefata die ac psalleret: occurrit eius animo forma psalterij de cacordi ⁊ in ipsa tā liuidum ⁊ apertum misterium sacre trinitatis: vt protinus compelleretur clamare: Quis deus magnus sicut de⁹ noster ⁊c. ⁊ sic cepit subscripti operis librū primum ocmpilare. fo. 227. la. 1

auctor dedicauit opus cōcordie deo patri opus apocalipsis filio: ⁊ opusculum psalterij spiritui sancto: ⁊ q̄ secundum procedit a primo: ⁊ tertium ab vtroqꝫ. folio. 227. la. 2

dictum opus distinguitur in tribus libris secundum q̄ tres sunt persone deitatis in quibus fidei nostre pulchritudo consistit. fo. 227. la. 2

in primo libro huius operis agitur de vase mistico: qō proprietate alti misterij attribuitur patri: a quo omnia: in secundo agitur de numero psalmoruꝫ sapientie diuine: per quaꝫ omnia: in tertio agitur de modo psalmodie: ⁊ institutione psallentium eidem sancte vnctioni: in

Tabula in erpõnẽ super psalte.

qua omnia: que cum sit gaudium ⁊ exultatio sumi dei: eos quos sacris replet muneribus letos efficit: atq; iocundos. folio. 223.la.2

Psalterium est egregium ⁊ preclarum inter omnia: ⁊ super omnia musica instrumenta cui tamen suppar est cythara in diuinis misterijs. fo.228.la.2

cythara rideo iũgitur Psalterio: quia maximo illi precepto qõ est. Dilige Deum: necessario iungi oportet aliud qõ ẽ: dilige proximum. fo.228.la.2

psalterium: seu vas muficum est opus scilicet regulatum habens decem chordas coram facie sua pulchram formam sono gracile: modulatione suauem: totum arte mysticum: ⁊ diuinitus adinuentum. folio. 228.la.2

tanta est in eo modulationis suauitas: vt dum ipse quoq; sonus exterior aures tinniendo percutit plerunque animos auditorum rapiat ad mentis excessum: ⁊ vsq; ad effundẽdas lachrymas demulcendo compingat. fo.228.la.2

vacat omne melos exterius cum interna percipitur cantilena: ⁊ dulcedo corporalis despicitur cum spiritualis iocũditas reperitur: qõ suauius diuina contemplatione: ⁊ per ea que facta sunt: ad factorem deueniretur. fo.228.la.2

frustra nonnulli se excusant de tarditate intellectus: dicentes q; impossibile sit ⁊ supra humane capacitatis mensuram extendere se ad intelligentiã creatoris: cum scriptura testetur dicens. Spiritus scrutatur omnia ⁊ etiam profunda dei. fo.228.la.2

nõ potest opus opifici: aut factura coequari factori suo: nec potest signum tamen in eum qui se finxit operatiõe subsolli. fo.229.la.1

inuisibilia dei que exsuperant omnem sensum non potest infirmitas captiuitatis nostre nisi per res visibiles ꝓtemplari. folio. 229.la.1

